



k00001533415

FD-137

v.2

R. 137390



800

102



90/



GREGORII PAPÆ IX.
DECRETALES,

U N A C U M

LIBRO SEXTO, CLEMENTINIS
ET EXTRAVAGANTIBUS,

AD VETERES CODICES RESTITUTÆ
ET NOTIS ILLUSTRATÆ

QUIBUS ACCEDUNT

SEPTIMUS DECRETALIUM

E T

JO. PAULI LANCELOTTI

INSTITUTIONES JURIS CANONICI,

cum Indicibus necessariis

Summa diligentia ac nova methodo concinnati.

EDITIO SECUNDA VENETA.

T O M U S I I.



V E N E T I I S , M D C C L X X I I .

Typis Joannis Baptistæ Costantini.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

GREGORII PAPAE IX

DECRETALES

LIBRO SEXTO CLEMENTINIS

ET EXTRAVAGANTIBUS

AD VETERES CODEX RESTITUTIS

ANNO DOMINI MDCCLXXII

IN URBE ROMA

SEPTIMUS DECRETALIVM

IO. PAULLEANI SCOLASTICI

INSTITUTIONES IURIS CANONICI

cum indicibus recentibus

Summae Bibliopoli in via S. Andreae

AD PARS SECVNDA VENTURA

TOMUS II



VENETIIS, MDCCXXII

Typis Joannis Baptistae Costantini
Subaerario perpressu, in P. S. S. S. S.


P R Æ F A T I O

A D B E N E V O L U M L E C T O R E M

D E U S U S E Q U E N T I S I N D I C I S C O N F E C T I

A JO. LEL. PR. PAR. Col. E. SS. M. & P. S. Aug.

Cant. & Can. Cap.

1.  Ituli Juris utriusque ad hoc digesti sunt, vel, ut Ideam claram compendiosamque materiæ sub illis contentæ statim Studiosi percipiant: vel, ut ad memoriam quondam lecta facilius revocentur; Quæ, ut facilius obtineantur duo potissimum in *Titulorum Indice* desiderari perspicuum est.

2. *Primo*, facillima & promptissima illorum investigatio, prout ab Auctoribus passim allegantur; quam utique assequetur vel rudior Tyro, si numeris suis absoluta serie Alphabetica disponantur. *Secundo*, cum ex ipsis initialibus vocabulis tota materia, quæ quandoque multiplex est in uno Titulo, comperta non habeatur, ipsi Tituli sub eadem serie secundum *Voces Prinipes*, iterum sunt distribuendi.

3. Ita modo *Tituli Juris Canonici* digesti sunt, ut utrumque statim ob oculos appareat; sicque variarum Linearum & Characterum dispositione distributi, ut discerni valeant *soli Tituli*, si his quis indigeat: quin & simul, materiam, toto Corpore Canonico diffusam, ad idem verbum referant coadunatam (a).

4. Tituli initiales habent sub se *Collectionem* non modo *Gregorii IX.* quæ cæteras plerumque complectitur & superat; verum etiam & *Sexti Clementinarum, Extravagantium Joannis XXII. & Communium*, nova methodo integre continent, & discernunt (b): Quorum etiam discretionem nonnihil conferunt capitula signata: Ex quibus primo intuitu, notitia generalis, fuse vel paucis in Titulis tractatorum, erui potest.

5. Ne vero conquiri quis valeret, quod singulis verbis Citationes non sint appositæ: duplici de causa consulto actum est. *Primo*, ut brevitati confuleretur, & Studiosi facilius titulos addicerent per frequentiore illorum, initialemque, ut ita dicam, indigationem. *Secundo*, ne, ob varias eorundem locorum Citationes, frequens error irreperet, qui & nauseam Lectori, incertitudinemque pareret. Sic certe evenisse non in uno loco deprehensum est in *Indice Titulorum Juris Civilis*, (c) præstantissimo illo inquam Indice, ad cujus imitationem hunc nostrum reduximus & reformavimus: Hic enim *Titulos* non secundum *verba Initialia* exhibet, sed secundum *voces sensum aliquem præ se ferentes*. Sic Titulum de

(a) Vide litt. C. Clerici, Clericis, Clerico, Clericorum. Litt. E. Ecclesia, Ecclesia, Ecclesias, Ecclesiast. Ecclesiis &c.

(b) Vide etiam titulos: De Concessione Prabenda. Elections & electi potestate. Prabendis & dignitatibus Privilegiis & excessibus privilegiorum. Rebus Ecclesia alienandis. Religiosis domibus. Reliquiis & venerat. sanct. Sententia excommunicationis, &c.

(c) Extrat laudatus Index ad Caput Juris Civilis in Editione Francofurtens. An. M. DC. XXCVIII. sumptibus Societatis.

de *Officio Procuratoris Caesaris, &c.* sub littera C. collocatum, ibi: *Digestorum L. 1. tit. 19.* indicavit quærendum, & bene: sub litt. O. verbo *Officio*, habet, *Lib. 1. tit. 91.* qui error est Typographicus; hic instar fit omnium, qui satis frequentes sunt, præsertim ob repetitas Citationes, quas Correctores conferre vix solent.

6. Porro ad instar modo dicti Indicis, monosyllaba & dissyllaba, qualia sunt, *Contra, dato, Et, In, Inter, pro, possunt, post, Quam, Quæ, Qui, Quid, Re, Rei, sine, sint, vel,* & alia, si quæ sint id genus, ultro omisimus; quippe confusio magis conducentia, quam celeri investigationi: Nisi monosyllaba illa initialia sint, uti sunt in Titulis: *His quæ in integrum restit. Ne sede. Qui Clerici vel voventes. Ut Ecclesiastica beneficia. Ut lite pendente, &c.* propter rationem jam datam (num. 2.) sub litteris suis initialibus collocavimus.

7. Ne quid tandem in præsentis indice desideraretur, Titulos *Septimi*, vulgo *Decretalium*, quem a nonnullis allegari palam est, ad Titulos *Decretalium* retulimus, ubi inter se conveniunt (a). Alios vero qui nullibi habentur (b), suis etiam locis apte, distinctosque alio caractere apposuimus: & licet liber iste & publica auctoritate careat, & multa alia in eo non desint animadversione digna: Illis saltem Index noster conferet, qui Librum *Petri Matthæi* (c) in suis Editionibus habent, prout in præsentis sistitur.

8. Neque necesse fuit Titulos Institutionum *Lancelotti* adjungere, cum ipsæ deriventur ex Jure Canonico, cujus fontes satis indicantur præsentis Indice. Plura præfari non libuit, de opella nostra judicium esto penes Benevolam Lectorem.

(a) Vide Titulos: *De Appellationibus. Clericis non residentibus. Consanguinitate. Electione & electi potestate, &c.*
 (b) Item & titulos: *De Ambitu. Annatis. Beneficiorum collatione. Blasphemis, &c.*
 (c) *Petrus Matthæus*, librum suum *Cardinali Caserano* dicavit, *Teste Doujario*, Prænotiorum Canoniar. lib. IV. cap. XXVI. p. 585. sed & referente *Bucelino Part. 1. Germ. factæ p. 57. Jacobo Christophoro Blarer* Episcopo *Basilienfi* dedicavit A. C. 1582.



TITULI OMNES
 DECRETALIU M
 SEXTI, CLEMENTINARUM,
 EXTRAVAGANTIUM IOANNIS XXII.
 ET COMMUNIUM,
 NEC NON SEPTIMI VULGO DECRETALIU M
 P. MATTHÆI, J. C.

LUGDUNENSIS, NOVA ET FACILI METHODO

Juxta Seriem Alphabeti dispositi.

A

A Busu tollendo *Quastorum.* vide
Quastorum.
 qui Accusare poss. matr. &c. vide
 Qui matrim.
 De Accusationibus, & Inquisitionibus &
 Denunciationibus, Lib. 5. tit. 1.
 cap. 23. pag. 595
 In Sexto, tit. 1. cap. 2.
 pag. 131
 qui *Adversus Christianos infidel. auxili.*
 vide *His qui infidel.*
 Adulteriis & stupro, L. 5. tit. 16.
 cap. 7. pag. 659
 quam per Adulterium polluit, &c.
 vide *eo qui duxit.*
 Edificandis Ecclesiis vel reparandis.
 vide *Ecclesiis ædif.*
 Agrotante Clerico vel debilitato.
 vide *Clerico agrotante.*
 Ætate & Qualitate a & ordine præ-
 ficiendorum, Lib. 1. tit. 14. c. 15.
 pag. 98
 Jur. Canon. Tom. II.

In Sexto, tit. 10. c. un.
 pag. 41
 In Clem. tit. 6. c. 3. p. 201
 a *Ordinandorum*, In *Septi-*
mo, tit. 42. c. 2. pag. 20
 Affinitate & Consanguinitate, vide
 Consanguinit.
 Agitatione animalium, &c. vide
 Taurorum, &c.
 Alcatribus, vide *Blasphemis.*
 Alienandis bonis Ecclesia vel non,
 vide *Bonis Ecclesia.*
 Alienandis Rebus Ecclesia vel non,
 vide *Rebus Ecclesia.*
 Alienatione Judicii mutandi causa fa-
 cta, L. 1. tit. 41. c. 2. pag. 184
 Alienis Parochianis, vide *Parochiis*, &c.
 Aliis Cautionibus, vide *Pignoribus*, &c.
 In Aliis Contractibus & desponsationib. condi-
 tionibus appositis, vide *Conditionibus appo-*
sitis.
 Aliis divinis officiis, &c. vide *Celebratione*
Missarum.

- Aliorum Animalium agitatione, &c. vide Taurorum, &c.*
 Aliorum locorum religiosorum immun. &c. *vide* immunitate.
 Aliorum Religiosorum & Monach. Capellis, *vide* Capellis.
 Aliorum Sacramentorum Custodia Eucha. & Chrif. *vide* Custodia Euch.
 ne Aliquid exigatur pro Licent. docendi, *vide* Magistris, &c.
 Aliquid ne innovetur sede vacante, *vide* Ne sede vacante.
 Aliquid pro spiritualibus ne exigatur, &c. *vide* Simonia & ne.
 Altaris vel Ecclesie Consecratione, *vide* Consecratione Ecclesie.
- Ambitu.** In Septimo, Lib. 5. tit. 10. cap. 3. pag. 217
- Animalium agitatione, &c. vide Taurorum & Aliorum.*
- Annatis.** In Septimo, Lib. 2. tit. 3. cap. 7. pag. 72
 sub Annuo censu Præl. vic. su. vel Eccl. ne conced. *vid.* Ne Prælati.
- Apostatis & reiterantibus Baptisma,** L. 5. tit. 9. cap. 6. *Apostolicis Mandatis, vide Rescriptis.*
- Appellationibus a, Recufationibus & Relationibus,** L. 2. tit. 28. cap. 73. pag. 324
 a In Sexto, tit. 15. ult. c. 12. pag. 76
 a In Clem. tit. 12. ult. cap. 7. pag. 217
 a In Septimo, tit. 9. cap. 7. pag. 89
- Appositis Conditionibus in despons. vel aliis contractibus,** *vide* Conditionibus appositis.
- Arbitris,** Lib. 1. tit. 42. ultim. cap. 14. pag. 85
 In Sexto, tit. 22. ult. cap. 2. pag. 59
- Archidiaconi Officio,** *vide* Officio Archid.
Archipresbyteri Officio, *vide* Officio Archipresb.
Attestationibus & Testibus, *vide* Testibus, &c.
- Auctoritate & usu pallii,** Lib. 1. tit. 8. cap. 7. pag. 77
 In Extr. Com. tit. 4. c. unic. pag. 415
qui Auxiliantur infidelibus adversus Christianos, vide His qui Infidelibus.
- B**
- Baptisma,** *vide* Homicidis.
 Baptisma reiterantibus, *vide* Apostatis.
- Baptismo & ejus effectu,** Lib. 3. tit. 42. cap. 6. pag. 520
 In Clem. tit. 15. c. un. nic. pag. 239
 non Baptizato Presbytero, *vide* Presbytero non.
 Beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferantur, *vide* Ut Ecclesiastica.
 Beneficii restitutione *vide* Fructuum.
- Beneficiorum Collatione & Impetratione.**
 In Septimo, Lib. 2. tit. 10. c. 25. pag. 226.
Beneficiorum Unionibus, vide Unionibus.
- Bigamis a non ordinandis,** L. 1. tit. 21. cap. 7. pag. 32
 a In Sexto, Digamis tit. 12. c. un. pag. 32
vide Digamis.
- Blasphemis & Aleatoribus.**
 In Septimo, L. 5. tit. 7. cap. 2. pag. 202
- Bonis Ecclesie alienandis vel non.**
 In Septimo, L. 1. tit. 7. c. 7. pag. 21
Bonarum Cessionibus, vide Dilationibus.
Bonarum Ecclesie occupatoribus, vide Invasoribus.
- C**
- Calumniæ Juramento,** *vide* Jurament. calumniæ.
- Calumniatoribus,** L. 5. tit. 2. c. 2. pag. 608
 Cambiis. In Septimo, Lib. 2. tit. 11. cap. unic. pag. 97
- Canonica Purgatione,** *vide* Purgatione Can.
Canonicorum Regularium, *vide* Statu Monachorum, &c.
- Capellis Monachorum a & aliorum Religiosorum,** L. 3. tit. 37. c. 4. pag. 490
 a In Sexto, tit. 18. c. un. pag. 117
 sine

- Ine Capituli Consensu, *vide* His quæ sunt a
 Prælato.
 Capituli majori parte, *vide* His quæ
 sunt a.
 Cardinalibus. In Septimo, Lib. 1.
 tit. 4. cap. 7. pag. 14
 Casuali vel voluntario homicidio, *vide*
 Homicidio.
 Catholica fide, *vide* Summa Trinit.
 Causa metus, vel vi quæ fiunt, *vide* His, & Iis,
 quæ vi.
 Causa murandi Judicii, facta alienatione,
vide Alienatione.
 Causa Possessionis & proprietatis,
 L. 2. tit. 12. cap. 8. pag. 221
 In Clem. tit. 3. c. un. pag. 207
 Causa rei servandæ, eo qui in poss. mitt.
vide Eo qui mittitur.
 Cautionibus, *vide* Pignoribus,
 & aliis.
 Celebratione Missarum a & Sacramento
 Eucharistiæ, & divinis Officiis b,
 Lib. 3. tit. 41. c. 14. pag. 512
 a Et aliis divinis Officiis.
 In Clem. tit. 14. c. 2. p. 238
 a In Extrav. Com. tit. 11.
 cap. unic. pag. 372
 b In Septimo, tit. 8. cap. 3.
 pag. 132
 Censibus, exactionibus, & procura-
 tionibus, L. 3. tit. 39. cap. 27.
 pag. 501
 In Sexto, tit. 20. c. 5. pag. 118
 In Clem. tit. 14. c. 3. pag. 236
 In Extr. Com. tit. 10. c.
 unic. pag. 367
 sub Censu annuo Prælati, ne vices suas vel
 Eccles. conced. *vide* Ne Præ-
 lati.
 Censum contrahendi forma, *vide* Forma
 contrahendi.
 Cessionibus Bonorum, *vide* Dilatio-
 nibus.
 Chrismatibus Euchar. & alior. sacr. custodia,
vide Custodia Eucharistiæ.
 adversus Christianos Infidelibus auxilians.
vide His qui infidel.
 Clandestina desponsatione, L. 4. tit. 3.
 cap. 3. pag. 552
 extra Clausura vagantibus, *vide* Regula-
 ribus.
 Clerici vel Monachi sæcularibus negot.
 ne se immisceant, *vide* Ne Clerici
 vel.
 qui Clerici vel voventes matrimonium con-
 trahere possunt, *vide* Qui Cle-
 rici.
 Clericis conjugatis, Lib. 3. tit. 3.
 can. 10. pag. 365
 In Sexto, tit. 2. cap. un. p. 81
 Clericis non Residentibus in Ecclesia vel
 præbenda, Lib. 3. tit. 4. cap. 17.
 pag. 367
 In Sexto, tit. 3. c. un. pag. 83
 In Septimo, tit. 2. c. 7. pag. 508
 Clericis peregrinantibus, Lib. 2.
 tit. 29. c. unic. p. 353
 Clericis peregrinis, L. 1. tit. 22.
 c. 4. p. 118
 Clericis pugnantibus in duello, L. 5.
 tit. 14. cap. 2. p. 658
 Clerico ægrotante vel debilitato,
 Lib. 3. tit. 6. c. 6. p. 385
 In Sexto, tit. 5. c. unic.
 pag. 98
 Clerico excommunicato, deposito vel
 interdicto ministrante, L. 5. t. 27.
 cap. 10. p. 676
 Clerico non ordinato ministrante,
 L. 5. tit. 28. c. 2. p. 680
 Clerico percussore, L. 5. tit. 25.
 c. 4. p. 675
 Clerico per saltum promotus, L. 5.
 tit. 29. cap. unic. p. 680
 Clerico venatore, Lib. 5. tit. 24.
 cap. 2. p. 674
 Clericorum cohabitatione, & Mulierum,
vide Cohabitatione.
 Clericorum honestate & vita,
vide Vita & honestate.
 Clericorum peculio, *vide* Peculio
 Clericor.
 Clericorum spoliis, *vide* Spoliis
 Clericor.
 Cœmeterii Ecclesiarum & rerum ad eas perti-
 nentium immunitate, *vide* Immuni-
 tate.
 Coendi impotentia, frigid. & malef.
vide Frigidis, &c.
 Cogendis Testibus, vel non, *vide* Testi-
 bus.
 Cognatione legali, Lib. 4. tit. 12.
 c. unic. p. 567
 Cognatione spiritali, Lib. 4. tit. 11.
 cap. 8. p. 563
 In Sexto, tit. 3. ult. c. 3.
 Cognationum ordine, *vide* Ordine cogni-
 tionum.
 qui Cognovit consang. uxor. suæ, vel sponsæ,
vide Eo qui cognovit.
 Cohabitatione Clericorum & mulie-
 rum, L. 3. tit. 2. c. 19. p. 362
 A + Cel.

- Collatione Beneficiorum, & Impet. vide Beneficiorum.*
- Collusione detegenda, L. 5. tit. 22. p. 673
 c. 4.
Comitibus Palatinis.
In Septimo, Lib. 3. tit. 4.
 c. un. p. 221
- Commodato, L. 3. tit. 15. c. un. p. 410
 Competenti foro, vide Foro.
 ne Concedant Prælati Eccles. suas, vel vices sub annuo censu, vide Ne Prælati.
- Concessione Præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis, Lib. 3. tit. 8. c. 16. pag. 389
 In Sexto, tit. 7. c. 8. p. 99
 In Clem. tit. 3. c. un. p. 222
 In Extr. Joann. XXII. tit. 4. cap. 2. p. 277
- Conciliis.
In Septimo, L. 3. tit. 7.
 cap. 4. p. 126
- Concubiniis & Fornicatoribus.
In Septimo, Lib. 5. tit. 16
 cap. 2. p. 232
- Conditionibus appositis in desponsationibus, vel in aliis contractibus, Lib. 4. tit. 5. cap. 7. p. 555
- Conducto & Locato, vide Locato & Cond.
- Conferantur, sin. dim. Benef. Eccles. vide Ut Ecclesiastica benefic.
- Confessis, L. 2. tit. 18. cap. 3. p. 245
 In Sexto, tit. 9. c. 2. p. 66
In Septimo, tit. 5. c. 3. p. 82
- Confirmatione utili, vel inutili, Lib. 2. tit. 30. ult. cap. 9. p. 353
- Conjugatis Clericis, vide Clericis conjugatis.
 Conjugatorum Conversione, vide Conversione Conjugatorum.
- Conjugio Leproforum, Lib. 4. tit. 8. cap. 3. p. 562
- Conjugio fervorum, Lib. 4. tit. 9. cap. 4. p. 563
 eo qui Con sanguineam uxoris suæ, vel sponsæ cognovit, vide Eo qui cognovit.
- Consanguinitate & affinitate, L. 4. tit. 14. cap. 9. p. 571
 In Clem. tit. un. cap. un. p. 243
- In Septimo, tit. 2. ult.*
 cap. 4. p. 164
- Confecratione Ecclesiæ vel Altaris, L. 3. tit. 40. cap. 10. p. 510
 In Sexto, tit. 2. i. c. un. p. 121
 sine Consensu Capituli, vide His quæ fiunt a Prælato.
- Constitutionibus, L. 1. tit. 2. c. 13. p. 3
 In Sexto, tit. 2. c. 2. p. 2
- Consuetudine, L. 1. tit. 4. c. 11. p. 26
 In Sexto, tit. 4. c. 4. p. 7
 In Extr. Com. tit. 1. cap. un. p. 310
- Contestata non lite, ut non procedatur, &c. vide Ut lite non.
- Contestazione litis, vide Litis Contestatione.
 in Contractibus aliis & desponsationibus conditionibus appositis, vide Conditionibus appositis.
- Contrahendi forma, vide Forma contrahendi.
- Contrahere matrimonium, qui Clerici possunt, vel voventes, vide Qui Clerici.
- Contumacia & Dolo, vide Dolo & Contumacia.
- Conversione Conjugatorum, Lib. 3. tit. 32. cap. 21. p. 464
- Conversione Infidelium, Lib. 3. tit. 33. cap. 2. p. 472
- Corpore vitiatas Ordinandis, vel non Lib. 1. tit. 20. c. 7. p. 114
- Crimine falsi, L. 5. tit. 20. c. 9. p. 668
 In Extr. Joan. XXII. tit. 10. cap. un. p. 284
 In Extr. Com. tit. 6. c. un. p. 386
- Custodia Eucharistiæ, Chrismatis & aliorum sacramentorum, L. 3. tit. 44. cap. 2. p. 526
 Custodis Officio, vide Officio Custodis.

D

D Anno dato, vide Injuriis, &c.
 Debilitato Clerico, vel ægrotante, vide Clerico ægrotante.

- Decimis, a Primitiis, & Oblationibus b, L. 3. tit. 30. c. 35. p. 444
 b In Sexto, tit. 13. c. 2. p. 111
 b In Clem. tit. 8. c. 2. p. 227
 a In Extr. Com. tit. 7. cap. un. p. 359
 a In Septimo, tit. 16. c. un. p. 147

- ad Definitivam sententiam non procedatur, &c.
vide Ut lite non.
- Delegati Judicis potestate, *vide* Officio
& Potestate.
- Delictis Puerorum, Lib. 5. tit. 23.
c. 2. p. 674
- Denunciationibus & Inquisitionibus,
vide Accusationibus.
- Deposito, Lib. 3. tit. 16. c. 2. p. 410
- Deposito Clerico excom. vel Interd. ministr.
vide Clerico Excommun.
- Desponsatione clandestina, *vide* Clandestina
desponsatione.
- Desponsatione impuberum, L. 4.
tit. 2. c. 15. p. 946
- In Sexto, tit. 2. c. un. p. 129
- in Desponsationibus, Conditionibus appositis,
vel in aliis contractibus, *vide* Conditionibus
appositis.
- Detegenda Collusione; *vide* Collusione.
ne quid Detur vel exigatur, &c. vide Simoniacis.
- Digamis. In Sexto, L. 1. tit.
12. c. un. p. 42
- vide* Bigamis *supra*.
- Dignitatibus & Præbendis, *vel* Præbendis &
dignit.
- Dilationibus a Lib. 2. tit. 7. c. 4.
pag. 214
- In Extr. Com. tit. 2. c.
unic. p. 330
- a & Cessionibus bonorum.
In Septimo, tit. 10. c. 4. p. 93
- sine Diminutione Conferantur Benef.
vide Ut Ecclesiast. Beneficia.
- Dispensationibus, *vide* Gratias, &c.
Divinis Officiis, &c. *vide* Celebratione
Missarum.
- Divortiis, Lib. 4. tit. 19. c. 9 p. 588
- post Divortium restituenda Dote, &c.
vide Donationibus inter.
- pro Docendi Licentia ne exigatur aliquid,
vide Magistri, &c.
- Dofloribus, *vide* Magistris.
- Dolo & Contumacia, Lib. 2. tit.
14. cap. 10. p. 235
- In Sexto, tit. 6. c. p. 65
- In Clem. tit. 4. c. un. p. 208
- In Extr. Com. tit. 2. ult.
c. un. p. 331
- In Septimo, tit. 8. c. p. 83
- Domibus Religiosis, ut Ep. sint subjectæ,
vide Religiosis Domibus.
- Donationibus, Lib. 3. tit. 24.
cap. 10. p. 424
- Donationibus inter virum & uxo-
rem, & dote post Divortium re-
stituenda, L. 4. tit. 20. c. 8. p. 592
- Jur. Canon. Tom. II.
- Dote post Divortium restituenda, &c.
vide Donationibus, inter.
- Duello, & Duellum permittenti-
bus.
In Septimo, Lib. 5. tit. 17.
cap. 2. p. 233
- in Duello pugnantibus Clericis, *vide*
Clericis pugnantibus.
- Duorum Sponsa, *vide* Sponsa duorum.
eo qui Duxit in matrim. quam poluit per
Adulterium, *vide* Eo qui duxit.

E

- in Ecclesia vel præb. non Resident. *vide*
Clericis non Resid.
- Ecclesia bonis alienandis vel non, *vide* Bonis
Ecclesia.
- Ecclesia bonorum occupatoribus, *vide*
Invasoribus.
- Ecclesie consecratione vel Altaris, *vide*
Consecrat. Eccles.
- Ecclesie Concessione & Præbendæ non
vocantis, *vide* Concessione Præbend.
- Ecclesie rebus alienandis vel non,
vide Rebus Ecclesie.
- Ecclesiarum Immunitate, Cœmeterii, &c.
vide Immunitate.
- Ecclesiarum rapt. incend. & Violatoribus,
vide Raptoribus.
- Ecclesias vel vices suas Prælat. ne concedant
sub annuo censu, *vide* Ne Prælati.
- Ecclesiastica benef. sine diminutione conferantur,
vide Ut Ecclesiastica.
- Ecclesiis ædificandis, vel reparandis,
L. 3. tit. 48. cap. 6. p. 529
- Effectu Baptismi, *vide* Baptismo.
- Electione a & Electi potestate, L. 1.
tit. 6. cap. 60. p. 36
- In Sexto, tit. 6. cap. 47.
pag. 10
- In Clem. tit. 3. c. 8. p. 196
- In Extra. Joan. XXII.
tit. 1. cap. 2. p. 271
- a In Extr. Com. tit. 3.
cap. 4. p. 311
- In Sept. tit. 3. cap. 5. p. 10
- Emptione & Venditione, L. 3.
tit. 17. cap. 7. p. 411
- In Extr. Com. tit. 5.
cap. 2. p. 352
- Eo qui cognovit Consanguineam
uxoris suæ, vel sponsæ, L. 4. tit.
13. cap. 11. p. 567
- Eo qui duxit in matrimonium quam
polluit per adulterium, Lib. 4.
tit. 7. cap. 8. p. 557
- Eo

Eo qui furtive ordinem suscepit,
 Lib. 5. tit. 30. cap. 3. p. 681
 Eo qui mittitur in possessionem
 Causa rei servandæ, Lib. 2.
 tit. 15. cap. 4. p. 240
 In Sexto, tit. 7. c. un. p. 65
 qui Episcopatum renunciavit, vide Ordinatis ab
 Ep.
 Episcopi Translatione, vide Translatione.
 ab Episcopo ordinatis qui renunc. Episcop. vide
 Ordinatis ab Ep.
 Episcopo sint subiecta Domus Religiosæ, vide
 Religiosis Domibus.
 Eucharistiæ Custodia, Chrismatis, &c. vide Custodia
 Euchar.
 Eucharistiæ Sacramento, &c. vide Celebrat.
 Missarum.
 Exactionibus, & Procuracionibus, vide Censibus,
 exactionibus.

Exceptionibus, Lib. 2. tit. 25.
 cap. 14. p. 300
 In Sexto, tit. 12. c. 2. p. 69
 In Clem. tit. 10. c. 2. p. 213
 Excommunicationis Sententia, & vide Sententia
 excomm.
 Excommunicato Clerico, depos. vel Interd. ministrante,
 vide Clerico excomm.
 ne Exigatur aliquo pro Licent. docendi, vide Magistris,
 &c.
 ne Exigatur aliquo pro Spiritualibus, &c. vide
 Simonia & ne.
 ne quid Exigatur, &c. vide Simoniaci.
 Exponentibus falsum, &c. vide Falsis
 & fal.
 Expositis Languidis, vide Infantibus, &c.
 Excessibus Prælatorum a & subditorum,
 L. 5. tit. 31. c. 18. p. 682
 In Sexto, tit. 6. c. un. p. 248
 a In Clem. tit. 6. c. un. p. 252
 Excessibus Privilegiatorum, vide Privilegiis.

F

Faciendo serutinio in Ordine, vide Serutinio.
 Facta alienatione Iudicii mutandi causa,
 vide Alienatione.
 Falsi Crimine, vide Crimine falsi.
 Falsis & falsum exponentibus.
 In Septimo, Lib. 5. tit. 9.
 cap. 4. p. 214
 Famefis libel. vide Libellis famefis.
 Feriis, Lib. 2. tit. 9. cap. 5. p. 216
 Feudis, Lib. 3. tit. 20. c. 2. p. 418
 Fide Catholica, vide Summa.
 Fide Instrumentorum, Lib. 2.
 tit. 22. cap. 16. p. 285
 Fidejussoribus, L. 3. tit. 22. c. 5. p. 422
 qui Filii sint legitimi, vide Qui filii.

Filiis presbyterorum a ordinandis
 vel non, L. 1. tit. 17. c. 18. p. 107
 a In Sexto, & aliis illegitime
 natis, tit. 11. c. 2. p. 41
 a In Septimo, tit. 6. c. un. p. 20
 Fiunt quæ a majori parte Capituli, vide His quæ
 fiunt a
 Fiunt a Prælo sine Consensu Capituli, vide
 His quæ fiunt.
 Fiunt quæ vi metusve causa, vide His & His
 quæ vi.

Forma contrahendi censum.

In Septimo, Lib. 2. tit.

12. c. unic. p. 98

Fornicatoribus, vide Concubinariis.

Foro competenti, a Lib. 2. tit. 2.
 cap. 20. p. 198

In Sexto, eod. c. 3. p. 61

In Clem. eod. c. unic. p. 206

a & Jurisdictione ordinaria
 potestatis.

In Septimo, t. 1. c. 5. p. 57

Frigidis & maleficiatis & impotentia
 coeundi, L. 4. tit. 15. c. 7. p. 574

Fructuum Beneficii restitutione.

In Septimo, Lib. 1. tit. 5.

ult. cap. 3. p. 56

Fructuum & possess. sequestratione,
 vide Sequestratione.

Furtis, Lib. 5. tit. 18. c. 5. p. 663

In Extr. Com. tit. 5.

c. unic. p. 385

qui Furtive ordinem suscepit, vide Eo qui furtive.

G

Gratias & Dispensationibus.

In Septimo, Lib. 3. tit.

3. cap. 2. pag. 141

H

Hæreticis, a Lib. 5. tit. 7.

cap. 16. p. 634

In Sexto, tit. 2. c. 20. p. 133

In Clem. tit. 3. c. 3. p. 247

In Extr. Com. tit. 3. c. 3. p. 181

a & Schismatis.

In Septimo, tit. 3. c. 10. p. 176

His, quæ fiunt a majori parte Capituli,

L. 3. tit. 11. c. 4. p. 403

His

- His quæ fiunt a Prælato sine Con-
sensu Capituli, Lib. 3. tit. 10.
cap. 10. p. 399
- His quæ vi metusve causa fiunt,
Lib. 2. tit. 40. c. 7. p. 177
vide infra, His quæ vi, &c.
- His qui filios occiderunt, Lib. 5.
tit. 10. c. 3. p. 647
*His qui Infidelibus adversus Chri-
stianos auxiliantur.*
In Septimo, Lib. 5. tit. 2.
c. unic. p. 175.
- Homicidio a Voluntario vel Ca-
suali b, L. 5. tit. 12. c. 25. p. 648
a In Sexto, tit. 4. c. 3. p. 145
b In Clem. tit. 4. c. un. p. 251
- Homicidis & Bannitis.
In Septimo, Lib. 5. tit.
8. cap. 10 p. 204
- Honestate & vita Clericorum, *vide Vita, & hone-
state*

I

- Juniorum observatione, *vide Observatione
juniorum.*
- His quæ vi metusve causa fiunt.
In Sexto, Lib. 1. tit. 21.
c. unic. p. 58
vide supra, His quæ vi, &c.
Illegitime natis, vide Filiis illegitime, &c.
*ne se Immisceant secularibus negotiis Clerici
vel Monachi. vide Ne Clerici vel.*
- Immunitate Ecclesiarum a, b Cæ-
meterii & rerum ad eas pertinen-
tium, L. 3. tit. 49. c. 10. p. 530
*a Cæmeteriorum & aliorum
locorum Religiosorum.*
In Sexto, tit. 23. c. 5. p. 123
b In Extr. Com. tit. 13. ult.
cap. unic. p. 376
Impetratione Beneficiorum, vide Beneficior.
Impotentia coeundi, frig. & malef. vide Frigidis.
Impuberum desponsatione, vid. Desponsatione.
Incantatoribus vide Maleficis.
*Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum, vide
Raptoribus.*
- Indulgentiis. *In Septimo, in L. 3.*
t. 14. cap. unic. p. 143
- Infantibus & languidis expositis,
L. 5. tit. 11. cap. unic. p. 648
*qui Infidel. advers. Christian. auxilia. vide His qui
bns.*
- Infidelium conversione, *vide Conversione infide-
lium.*
- In integrum restitutione a, Lib. 1.
tit. 41. c. 10. p. 180
a Restitutione in integrum
b ut infra.
In Sexto, tit. 21. c. 2. p. 58
b In Clem. tit. 11. ult.
c. unic. p. 204
- Injuriis & damno dato, Lib. 5.
tit. 36. c. 9. p. 710
In Sexto, tit. 8. c. un. p. 154
*ne Innovetur aliquid sede vacante, vide
Ne sede vacante.*
Innovetur nihil, vide Ut lite pendente.
*Inquisitionibus & denuntiationibus, vide accusa-
tionibus.*
- Institutionibus, L. 3. tit. 7. c. 7. p. 386
In Sexto, tit. 6. c. 2. p. 99
Instrumentorum fide, vide instrument.
- Insulis novi orbis.
In Septimo, Lib. 1. tit. 9.
cap. unic. p. 87
- Interdicti sententia, & suspensionis, *vide Senten-
tia, Excommunicationis.*
Interdicto. In Septimo, Lib. 2.
tit. 8. c. 3. p. 78
- Interdicto Clerico excom. vel deposito minist.
vide Clerico excommunic.
ab Intestato, vide Successionibus.
- Invasoribus & occupatoribus bo-
norum Ecclesie. *In Septimo,*
Lib. 2. tit. 2. c. 4. p. 66.
- Inutili vel utili confirmatione, *vide Confirma-
tione.*
non Iterandis Sacramentis, vide Sacramentis.
- Judæis a & Saracenis b & eorum
servis, L. 5. tit. 6. c. 19. p. 628
b In Clem. tit. 2. c. un. p. 247
b In Extrav. Joan. XXII.
tit. 8. c. unic. p. 283
a In Extrav. Com. tit. 2.
cap. 2. p. 830
a In Septimo tit. 1. c. 7. c. 167
- Judicata re & sententia, *vide Sententia, &c.*
*Judicii mutandi causa, facta alienatione, vide
Alienatione.*
- Judicii, L. 2. tit. 1. c. 21. p. 191
In Sexto, eod. c. 3. p. 59
In Clem. eod. c. 2. p. 205
In Extr. Com. eod. c. un. p. 327
- Judicis delegati potestate, *vide Officio & po-
testate*
- Judicis Officio, *vide Officio Judicis.*

Judicis ordinatii Officio, *vide* Officio Judicis ordinatii.

Jurisjurandi obligatione, *vide* *Juramentis*.

fide Jussoribus, Lib. 3. tit. 22.

cap. 5. p. 422

Juramentis & Jurisjurandi obligatione.

In Septimo, Lib. 3. tit.

10. c. unic. p. 137

Juramento Calumniæ, Lib. 2. tit.

7. c. 7.

In Sexto, tit. 4. c. 3. p. 63

Jurejurando, L. 2. tit. 24. c. 36. p. 287

In Sexto, tit. 11. c. 3. p. 68

In Clem. tit. 9. c. un. p. 210

Jure Patronatus, Lib. 3. tit. 38.

cap. 31. p. 492

In Sexto tit. 19. c. un. p. 118

In Clem. tit. 12. c. 2. p. 235

In Septimo, Lib. 3. tit. 4.

cap. 3. p. 80

Jurisdictionis ordinaria potestate, *vide* *Fore Competenti*.

Juris Regulis, *vide* *Regulis Juris*.

L

L Anguidis expositis, *vide* *Infantibus*.

Legali cognatione, *vide* *Cognatione legali*.

Legati Officio, *vide* *Officio Legati*.
qui Legitimi sint filii, *vide* *Qui filii*.

Lenonibus. *In Septimo*, Lib. 5.

tit. 15. cap. unic. p. 231

Leprosorum Conjugio, *vide* *Conjugio Leprosorum*.

Libelli oblatione, Lib. 2. tit. 3.

cap. 3. p. 205

Libellis famosis. *In Septimo*,

Lib. 5. tit. 5. cap. 2. p. 199

ex Libero ventre natis, *vide* *Natis ex libero*.

Libris prohibitis. *In Septimo*,

Lib. 5. tit. 5. cap. 6. p. 193

pro Licentia docendi ne exigatur aliquid,
vide *Magistris*, &c.

Lite non contestata, ut non procedatur,
vide *Ut lite non*.

Lite pendente ut nihil innovetur, *vide*
Ut lite pend.

Litis contestatione, Lib. 2. tit. 5.

c. unic. p. 207

In Sexto, tit. 3. c. 2. p. 62

Locato & conducto, Lib. 3. tit. 18.

cap. 4. p. 413

Locorum Religiosorum immunitate, &c.
vide *Immunitate*.

M

M Agistris a & ne aliquid exigatur, pro licentia docendi,

Lib. 5. tit. 5. c. 5. p. 626

In Clem. tit. 1. c. 2. p. 245.

a *Et Doctoribus*. *In Septimo*,

Lib. 3. tit. 5. cap. 2. p. 122

Majori parte Capituli, *vide* *His quæ fiunt a majori*.

Majoritate & obedientia, Lib. 1.

tit. 33. c. 17. p. 158

In Sexto tit. 17. c. un. p. 54

In Extrav. Joan. XXII.

tit. 2. unic. p. 274

In Extrav. Com. tit. 8. c. 3. p. 319

Maledicis, L. 5. tit. 26. c. 2. p. 676

Maleficiatis & frig. & imp. coeundi,
vide *Frigidis &c.*

Maleficis & Incantatoribus. *In*

Septimo, L. 5. tit. 12. c. 6. p. 225

Mandatis Apostolicis, *vide* *Rescriptis*.

Manumissione servorum, *vide* *Servis non ordin.*

Matrimoniis & Sponsalibus. *In Se-*

ptimo, Lib. 4. tit. 1. cap. 3. p. 161

Vide *Sponsalibus*.

Matrimonio contracto, contra interdictionem Ecclesiæ, Lib. 4. tit.

16. c. 3. p. 578

qui Matrimonium accus. poss. vel contra illud restari, *vide* *Qui matrimonium*.

qui in Matrimonium duxit quam polluit per adult. *vide* *Eo qui duxit*.

Matrimonium qui Clerici vel vovent. contra here possunt, *vide* *Qui Clerici*.

Medicis. *In Septimo*, Lib. 3. tit.

6. cap. 2. p. 124

Metus causa vel vi quæ fiunt, *vide* *His*, & *lis quæ vi*.

Ministrante Clerico excom. deposito vel interdictione. *vide* *Clerico excommun.*

Ministrante Clerico non ordinato, *vide* *Clerico non ordinato*.

Missarum Celebratione, *vide*
Celebratione Missar.

qui Mittitur in poss. caus. rei servand. *vide* *Eo qui mittitur*.

Monachi vel Clerici secularibus negotiis, ne se immisceant, *vide* *Ne Clerici vel*.

Monachorum Capellis, & aliorum Religiosorum, *vide* *Capellis*.

Monachorum & Canon. Regular. *vide* *Statu*.

Mnetarum Tonsoribus. *In Septi-*

mo L. 5. tit. 14. c. un. p. 213

Moia-

- Monialibus. In Septimo, Lib. 3.*
tit. 19. ult. c. 2. p. 157
Monibus pietatis, vide Religiosis Domibus.
 Mulierum & Clericorum cohabitatione,
vide Cohabitatione.
 Mutandi Judicii causa, facta alienatione,
vide Alienatione.
- Mutuis petitionibus, Lib. 2. tit. 4.
 c. 2. p. 206
- N**
- N**atis ex libero ventre, Lib. 4.
 tit. 10. c. un. p. 564
Natis illegitime, vide Filiis illeg.
Naufragium patientibus, vide Nautis &c.
- Nautis & Naufragium patientibus.*
In Septimo, L. 2. tit. 14.
& ult. c. 2. p. 104
- Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant, L. 3.
 tit. 50. ult. c. 10. p. 533
In Sexto, tit. 24. ult.
cap. 3. p. 271
Negligentia Prælatorum, vide Supplenda.
Negotiis secularibus Clerici vel Monachi ne
se immisceant, vide Ne Clerici, vel.
- Ne Prælati vices suas vel Ecclesias
 sub annuo censu concedant, L. 5.
 tit. 4. c. 4. p. 625
- Ne sede vacante aliquid innovetur.
 L. 3. tit. 9. c. 3. p. 398
In Sexto, t. 8. c. un. p. 105
In Extr. Jo. XXII. tit. 5.
c. un. p. 279
In Extr. Com. t. 3. c. un. p. 330
- Novi operis nunciatione, Lib. 5.
 tit. 32. c. 4. p. 689
Novi orbis Insulis, vide Insulis novi.
Nunciatione novi operis, vide Novi operis.
Nuptiis secundis, vide Secund. nupt.
- O**
- O**bedientia & Majoritate, vide Majoritate.
Oblatione Libelli, vide Libelli oblat.
 Oblationibus & Primitiis, vide Decimis.
Obligatione jurisjurandi, vide Juramentis.
- Obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non, Lib. 1. tit. 19.
 c. un. p. 114
- Observatione Jejuniorum, Lib. 3.
 t. 46. c. 3. p. 527
qui Occiderunt filios, vide His qui fil.
Occupatoribus bonorum Ecclesia, vide Invasoribus.
 Officiis divinis, &c. vide Celebratione
 Missarum.
- Officio Archidiaconi, L. 1. tit. 22.
 c. 10. p. 119
- Officio Archipresbyteri, Lib. 1.
 tit. 24. c. 4. p. 122
- Officio Custodis, Lib. 1. tit. 27.
 c. 2. p. 124
In Extrav. Com. tit. 5.
c. un. p. 315
- Officio a & potestate Judicis delegati, L. 1. tit. 29. c. 43. p. 126
In Sexto, tit. 14. c. 15. p. 43
In Clem. tit. 8. c. un. p. 202
 a Delegati. In Extr. Com.
 tit. 6. c. un. p. 316
- Officio Judicis, Lib. 1. tit. 32.
 c. 2. p. 157
- Officio a Judicis ordinarii b, L. 1.
 tit. 31. c. 20. p. 149.
 a Ordinarii. In Sexto, t. 16.
 cap. 9. p. 49
 b In Clem. tit. 9. c. 2. p. 303
 b In Extr. Com. tit. 7.
 c. 2. p. 317
- Officio Legati, Lib. 1. tit. 30.
 c. 10. p. 146
In Sexto, tit. 15. c. 5. p. 47
In Septimo, tit. 8. c. un. p. 27
- Officio Primicerii, Lib. 1. tit. 15.
 c. un. p. 124
- Officio Sacristæ, Lib. 1. tit. 26.
 c. un. p. 124
- Officio Vicarii, Lib. 1. tit. 28.
 cap. 6. p. 125
In Sexto, tit. 13. c. 3. p. 42
In Clem. tit. 7. c. un. p. 202
- Operis novi nunciatione, vide Novi oper.
Orbis novi Insulis, vide Insulis novi.
 non Ordinandis Bigamis, vide Bigamis.
 non Ordinandis servis, vide Servis non ordin.
 Ordinandis vel non, Corpore vitiatis,
 vide Corpore vitiatis.
 Ordinandis vel non filiis Presbyter.
 vide filiis Presbyter.
 Ordinandis vel non obligatis ad Ratiocinia,
 vide Obligatis.
 Ordinandorum qualitate, vide Temporibus.
 Ordinandorum qualitate & ætate, vide Ætate
 & qualitate.
 Ordinaria jurisdictionis potestate, vide Foro
 competenti.
 Ordinarii, & Judicis ordinarii officio,
 vide Officio Judicis ordinarii.

- Ordinationum Temporibus, *vide* Temporibus.
Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, L. 1. tit. 13.
 c. 2. P. 97.
 Ordinatis a Schismaticis, *vide* Schismaticis, &c., non Ordinato Clerico ministrante, *vide* Clerico non ordinato.
- Ordine Cognitionum, L. 2. tit. 10.**
 c. 4. P. 218
 Ordine & qualitate præficiendorum, *vide* Etate.
 in Ordine faciendo scrutinio, *vide* Scrutinio.
 qui Ordinem furtive suscepit, *vide* Eo qui furtive.
- P**
 Pace & Treuga, *vide* Treuga.
Pactis, Lib. 1. tit. 35. c. 8. P. 166
 In Sexto, tit. 18. c. 3. P. 54
Palatinis Com. vide Comitibus Palat.
 Palli usu, *vide* Auctoritate, &c.
 Parochianis alienis, *vide* Parochiis.
- Parochiis & alienis Parochianis,**
 L. 2. tit. 29. c. 5. P. 443
 Parte Majori Capituli & *vide* His quæ sunt.
 post Partum purificatione *vide* Purificatione:
Patientibus naufragium, vide Nautis, &c.
Patronatus jure, vide Jure patronat.
- Pecudio Clericorum, L. 3. tit. 25.**
 c. 5. P. 428
 Pendente lite ut nihil innovetur, *vide* Ut lite pendente.
Pensionibus. In Septimo, Lib. 1.
 tit. 12. c. 2. P. 50
 Percussore Clerico, *vide* Clerico percuss.
 Peregrinantibus Clericis, *vide* Clericis peregrinantibus.
 Peregrinis Clericis, *vide* Clericis peregrinis.
Permissibus Duellum, vide Duello & Duell.
 Permutatione rerum, *vide* Rerum permutatione.
Permutationibus, vide Resignationibus.
 Pertinentium rerum ad Ecclesiar. Immunitate. *vide* Immunitate.
 Petitionibus, *vide* Plus petitionibus.
 Petitionibus mutuis, *vide* Mutuis petitionibus.
Pietatis montibus, vide Religiosis Domibus.
- Pignoribus & aliis Cautionibus,**
 L. 3. t. 21. c. 8.
- Plus petitionibus, L. 2. t. 11. c. un.** P. 220
- Pœnis. L. 5. t. 37. c. 13.** P. 712
 In Sexto, t. 9. c. 5. P. 254
 In Clem. t. 8. c. 3. P. 256
 In Extrav. Joan. XXII. t. 12. c. un. P. 286
 In Extrav. Com. tit. 8. c. un. P. 394
- Pœnitentiis & Remissionibus, L. 5.**
 t. 38. c. 18. P. 715
 In Sexto, tit. 10. c. 3. P. 158
 In Clem. tit. 9. c. 2. P. 259
 In Extr. Com. t. 9. c. 5. P. 296
 quam Polluit per adulterium, &c. *vide* Eo qui duxit.
 in Possessionem eaus. rei servandæ mittitur, *vide* Eo qui mittitur.
 Possessionis causa & proprietatis, *vide* Causa possessionis.
 Possessionum & fructuum sequestr. *vide* Sequestratione.
- Postulando, L. 1. t. 37. c. 3.** P. 171
Postulatione Prælatorum, L. 1. t. 5.
 c. 6. P. 31
 In Sexto, t. 5. c. un. P. 9
 In Extrav. Com. tit. 2. c. un. P. 310
 Potestate electi, *vide* Electione.
 Potestate Judicis delegati, *vide* Officio & potestate.
 Potestate Jurisdictionis ordinaria, *vide* Foro competenti.
 Præbendæ Concessione & Ecclesiæ non vacantis, *vide* Concessione præbend.
 in Præbenda vel Eccles. non resident. *vide* Clericis non resident.
- Præbendis & Dignitatibus, Lib. 3.**
 t. 5. c. 38. P. 372
 In Sexto, tit. 4. c. 41. P. 83
 In Clem. t. 2. c. 6. P. 220
 In Extr. Joan. XXII. t. 3. c. un. P. 275
 In Extr. Com. t. 2. c. 14. pag. 334
 Præficiendorum etate, qualitate, & ordine, *vide* Etate.
 Prælati ne vices suas vel Eccles. sub annuo censu conced. *vide* Ne Prælati.
 a Prælato sine Consensu Capituli, *vide* His quæ sunt.
 Prælatorum excessibus & subditorum. *vide* Excessibus.
 Prælatorum postulatione, *vide* Postulatione.
- Præscriptionibus, Lib. 2. tit. 26.**
 c. 20. P. 307
 In Sexto, tit. 13. c. 2. P. 70
- Præsumptionibus, Lib. 2. tit. 23.**
 c. 16. P. 282
- Precariis, L. 3. t. 14. c. 3.** P. 410
- Presbytero non baptizato, Lib. 3.**
 t. 43. c. 3. P. 524
 Presbyterorum filiis ordinandis vel non, *vide* Filiis Presbyter.

- Primericii, V. Officio Primie.
Primitiis & oblationibus, V. Decimis,
Privilegiis *a* & excessibus Privilegiatorum *b*, Lib. 5. tit. 33.
c. 33. p. 691
- a* In Sexto, tit. 7. c. 12. pag. 148
b In Clem. t. 7. c. 2. p. 254
a In Extr. Joan. XXII. t. 11. c. un. p. 285
a In Extr. Com. tit. 7. c. 4. pag. 387
- Probationibus, Lib. 2. tit. 19. c. 15. pag. 246
In Clem. tit. 7. c. unic. pag. 209
non Procedatur ad Testium receptionem.
V. Ut lite non cont.
- Procuratoribus, L. 1. tit. 38. c. 15. pag. 172
In Sexto, tit. 19. c. 9. p. 55
In Clem. t. 10. c. 4. p. 203
Procuracionibus & exactionibus, V. Censibus, exactionibus.
Professione vororum, vide Voris & Votor.
Prohibitis Libris, vide Libr. prohib.
ne Promittatur aliquid vel exigatur pro spiritibus, vide Simonja & ne.
Promoto Clerico per saltum, V. Clerico per saltum.
Proprietatis & possessionis causa, V. Causa possessionis.
Puerorum delictis, V. Delictis puer.
Pugnantibus Clericis in Duello, V. Clericis pugnantibus.
- Purgatione canonica, L. 5. tit. 34. c. 16. p. 704
Purgatione vulgari, Lib. 5. tit. 35. c. 3. p. 710
Purificatione post partum, Lib. 3. tit. 47. c. un. p. 528
- Q**
Questorum tollendo abusu.
In Septimo, Lib. 3. t. 15. c. 2. p. 144
Qualitate & ordine praeferendorum, vide Aetate.
Qualitate ordinand. vide Temporibus. &c.
- Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt, L. 4. t. 6. c. 7. p. 557
Qui filii sint legitimi, L. 4. t. 17. c. 15. p. 579

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testari. *, L. 4. t. 18. c. 6. p. 586
* Testari ita legitur in Editione Parisiensi an. 1687. in aliis legitur Testificari.

T

- R**aptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum, L. 5. t. 17. c. 7. p. 660
ad Ratiocinia obligatis ordinandis vel non, vide Obligatis.
- Rebus Ecclesiae alienandis vel non, L. 3. t. 13. c. 12. p. 406
a non alienandis *b*.
In Sexto, t. 9. c. 2. p. 106
In Clem. t. 4. c. 2. p. 223
b In Extr. Com. tit. 4. c. unic. p. 351
ad Receptionem Testium non procedatur, vide Ut lite non cont.
- Recusacionibus & Relationibus, vide Appellationibus.
Redemptione voti, vide Voto &c.
- Regularibus & *a* transeuntibus ad Religionem. Lib. 3. tit. 31. c. 24. p. 455
In Sexto. t. 14. c. 6. p. 112
In Clem. t. 9. c. 2. p. 228
In Extr. Com. t. 8. c. 1. p. 364
a Religiosis extra claustra vagantibus. In Septimo, tit. 18. c. 3. p. 152
Regularium vel Canonicorum, vide Statu Monachorum.
- Regulis Juris, L. 5. tit. 41. ult. c. 11. p. 753
In Sexto, tit. ult. de beret esse, 13. c. 88. p. 186
Reiterantibus Baptisma, vide Apostatis, &c.
Relationibus & Recusacionibus, vide Appellationibus.
Religionem Transeuntibus, V. Regularibus.
- Religiosis Domibus *a*, ut Episcopo sint subiectae *b*. Lib. 3. tit. 36. c. 9. p. 486
a In Sexto, t. 17. c. un. p. 126
b In Clem. t. 11. c. 2. p. 223
a In Extr. Joann. XXII. t. 7. c. un. p. 281
a In Extrav. Com. tit. 9. c. un. p. 281
a Dr

- a *Et montibus pietatis*. In
primo, t. 17. c. 5. p. 147
 Religioforum aliorum, & Monachorum
 Capellis, *vide* Capellis.
 Religioforum locorum immunitate, &c.
vide Immunitate.
- Reliquiis & Veneratione Sanctorum,
 L. 3. t. 45. c. 2. pt 526
 In Sexto, t. 22. c. un. p. 122
 In Clem. t. 16. c. un. p. 239
 In Extr. Com. tit. 12.
 c. 2. p. 373
 In *Septimo* t. 9. c. 3. p. 135
 Remissionibus & Poenitentis, *vide* Poeniten-
 tis, &c.
- Renunciatione, L. 1. t. 9. c. 15. p. 79
 In Sexto, t. 7. c. 2. p. 37
 In Clem. t. 4. c. un. p. 200
 qui Renunciavit Episcopatu, *vide* Ordinatis
 ad Episcop.
- Reparandis Ecclesiis, vel adificand.
vide Eccles. adificand.
- Rerum permutatione, Lib. 3. t. 19.
 c. 9. p. 415
 In Sexto, t. 10. c. un. p. 107
 In Clem. t. 3. c. un. p. 223
 Rerum pertinentium ad Ecclesias Immuni-
 tate, &c. *vide* Immunitate.
- Rescriptis a L. 1. t. 3. c. 43. p. 10
 In Sexto, t. 3. c. 15. p. 2
 In Clem. t. 2. c. 5. p. 195
 a & Mandatis Apostolicis.
 In *Septimo*, t. 2. c. 4. p. 5
 Reservationibus. In *Septimo*, L. 1.
 t. 11. c. 6. p. 44
 non residentibus Clericis in Ecclesia prab.
vide Clericis non resident.
- Resignationibus & Permutationibus.
 In *Septimo*, Lib. 1. t. 14.
 cap. 5. p. 52
- Restituenda dote post divorcium, &c.
vide Donationibus inter.
- Restitutione Beneficii, *vide* Frustrum.
- Restitutione in integrum.
 In Sexto, L. 1. tit. 21.
 c. 2. p. 58
 In Clem. tit. 11. ult. c.
 un. p. 204
vide In integrum restitutione supra.
- Restitutione spoliatorum, L. 2. t. 13.
 c. 19. p. 225
 In Sexto, t. 5. c. 2. p. 64
- S**
- Sacramentis non iterandis, L. 1.
 t. 16. c. 3. p. 106
 Sacramento Eucharistia, &c. *vide* Celebra-
 tione Missarum;
 Sacramentorum aliorum Custodia, Eucha. &
 Chriſm. *vide* Custodia Euchar.
- Sacra unctione, L. 1. tit. 15. c.
 un. p. 103
Sacrilegii. In *Septimo*, Lib. 5.
 t. 6. c. un. p. 201
 Sacrista Officio, *vide* Officio Sacrist.
 Secularibus negotiis, Clerici vel Monachi ne
 se immisceant, *vide* Ne Clerici vel.
- Sagittariis, Lib. 5. tit. 15. cap.
 un. p. 658
 per Saltum promoti, *vide* Clerico per saltum.
 Sanctorum Veneratione, *vide* Reliquiis.
 Saracenis, Judæis, & eorum servis.
vide Judæis, &c.
- Schismaticis a & ordinatis ab eis,
 L. 5. t. 8. c. 2. p. 645
 a In Sexto, t. 3. c. un. p. 143
 a In Extr. Com. tit. 4. c.
 un. p. 384
 a & Hæreticis. In *Septimo*,
vide Hæreticis.
- Scrutinio in ordine faciendo, L. 1.
 t. 12. c. un. p. 97
- Secundis nuptiis, L. 4. t. 11. ult. c. 5. p. 595
 Sede vacante aliquid ne innovetur,
vide Ne sede vacante.
- Sententia & re judicata, L. 2. t. 27.
 c. 26. p. 315
 In Sexto, t. 14. c. 5. p. 71
 In Clem. t. 11. c. 2. p. 214
- Sententia Excommunicationis a,
 L. 5. t. 39. c. 60. p. 720
 a Suspensionis & interdicti b.
 In Sexto t. 11. c. 24. p. 150
 b In Clem. t. 10. c. 4. p. 260
 b In Extr. Jo. XXII. t. 13.
 c. un. p. 288
 a In Extr. Com. tit. 10.
 ult. c. 4.
 b *vide* supra Interdicto.
 ad Sententiam definitivam non procedatur,
vide Ut lite non.
- Sepulturis, L. 3. t. 28. c. 14. p. 438
 In Sexto, t. 12. c. 5. p. 108
 In

- In Clem. t. 7. c. 2. p. 224
 In Extr. Com. t. 6. c. 2. p. 356
 Sequestratione possessionum & fructuum, L. 2. t. 17. c. 3. p. 244
 In Clem. t. 6. c. un. p. 209
Sequestris. In Septimo, Lib. 2. tit. 7. c. 2. p. 85
 Servandæ rei causa. *Vid. Eo qui in possess. mitt.*
 Servis non ordinandis & eorum manumissione, L. 1. t. 18. c. 8. p. 112
 Servis Judæ. & Saracen. *vide Judæis, &c.*
 Servorum conjugio, *vide Conjugio fervor.*
 Significatione verborum, *vide Verborum significatione.*
Simoniæ, & ne quid detur vel exigatur. In Septimo, L. 5. t. 11. c. 4. p. 222
 Simonia a & ne aliquid quo spiritualibus exigatur vel promittatur, L. 5. t. 3. c. 46. p. 609
 a In Extr. Com. t. 1. c. 2. p. 377
 Solutionibus, L. 3. t. 23. c. 4. p. 423
 Sortilegiis, L. 5. t. 21. c. 6. p. 672
 pro spiritualibus ne aliquid exigatur, &c. *vide Simonia & ne.*
 Spirituali Cognatione, *V. Cognatione spirit.*
 Spoliatorum restitutione, *vide Restitutione spoliatorum.*
Spoliis Clericorum. In Septimo, Lib. 3. t. 3. c. 5. p. 115
 Sponsa duorum, L. 4. t. 4. c. 5. p. 553
 eo qui sponsæ suæ Confanguineam, vel uxoris cognovit, *vide Eo qui cognovit.*
 Sponsalibus & matrimoniis, L. 4. tit. 1. c. 32. p. 537
 In Sexto, t. 1. c. un. p. 129
 In Septimo, tit. 1. c. 3.
 Statu a Monachorum b, & Canonicorum Regular. L. 3. tit. 35. c. 8. p. 479
 a Regularium. In Sexto, t. 16. c. un. p. 114
 b vel Canon. Regularium.
 In Clem. t. 10. c. 2. p. 229
 Stupro & Adulteriis, *vide Adulteriis & Stupro.*
 Subditorum & Prælator. Excessibus, *vide Excessibus.*
 si Subjectæ sint Episcopo, *V. Religiosis domibus.*
 Successionibus ab intestato, Lib. 3. t. 27. c. 3. p. 437
 Summa Trinitate & fide Catholica, L. 1. t. 1. c. 2. p. 1
- In Sexto, t. 1. c. un. p. 2
 In Clem. eodem c. un. p. 194
 In Septimo, eodem c. 4. p. 1.
 Supplenda negligentia Prælatorum, L. 1. t. 10. c. 5. p. 90
 In Sexto, tit. 8. c. 4. p. 38
 In Clem. t. 5. c. un. p. 200
 eo qui Suscepit ordinem furtive, *vide Eo qui furtive.*
 Suspensionis & Interdicti sententia, *vide Sententia Excomm.*
 Syndico, L. 1. t. 39. c. un. p. 177
- ## T
- T**aurorum & aliorum animalium agitatione & pugna. In Septimo, L. 5. t. 18. ult. c. un. p. 235
 Temporibus Ordinationum & qualitate Ordinandorum, L. 1. t. 11. c. 17. p. 92
 In Sexto, t. 9. c. 4. p. 36
 Testamentis & ultimis voluntatibus, L. 3. tit. 26 c. 20. p. 429
 In Sexto, t. 11. c. 2. p. 108
 In Clem. t. 6. c. un. p. 223
 In Septimo L. 2. tit. 13. cap. 3. p. 99
 qui Testari poss. contra matrimonium, vel, &c. *vide Qui Matrimonium.*
 Testibus cogendis vel non, L. 2. tit. 21. c. 11. p. 273
 Testibus a & Attestationibus, L. 2. t. 20. cap. 56. p. 253
 In Sexto, t. 10. c. 3. p. 67
 a In Clem. tit. 8. c. 2. p. 200
 a In Septimo, Lib. 5. t. 13. c. un. p. 230
 ad Testium receptionem non procedatur, &c. *vide Ut lite non.*
 Tollendo abusu questorum, *vide Questorum.*
 Tensuris monetarum, *vide Monetarum.*
 Torneamentis, L. 5. t. 13. c. 2. p. 657
 In Extr. Jo. XXII. tit. 9. c. un. p. 283
 Transactionibus, Lib. 1. tit. 36. cap. 11. p. 168
 Transeruntibus ad Religionem, *V. Regularib.*
 Translatione Episcopi, Lib. 1. t. 7. cap. 4. p. 74
 Treu-

Treuga & pace, Lib. 1. tit. 34.
 cap. 2. p. 165
 In Extr. Com. tit. 9. ult.
 cap. 2. p. 321
 In Septimo, L. 3. tit. 11.
 cap. 2. p. 138
 Trinitate, vide Summa.

V

Vacante sede ne innovetur aliquid,
 vide Ne sede vacante.
 non Vacantis Ecclesie concessione & Præbend.
 vide Concess. Præbend.
 Vagantibus extra Clausura, vide Regularibus.
 Venatore Clerico, vide Clerico Venatore.
 Venditione & Emptione, V. Emptione &
 Venditione.
 Veneratione Sanctorum, V. Reliquiis, &c.
 ex Ventre libero natis, V. Natis ex libero.
 Verborum Significatione, Lib. 5.
 tit. 40. c. 33. p. 742
 In Sexto, t. 12. c. 5. p. 170
 In Clem. t. 11. ult. c. 2. p. 262
 In Extr. Jo. XXII. tit. 14.
 ult. c. 5. p. 290
 Vicarii officio, V. Officio Vicarii.
 Vices suas Prælati, vel Ecclesie. ne conced. sub
 annuo censu, V. Ne Prælati.
 Vi metusve causa quæ fiunt, V. His, & Iis,
 quæ vi.
 Violatoribus & Incendiaris Ecclesiarum,
 V. Raptoribus.
 Virum inter & uxorem don. & dot. post divort.
 restituend. V. Donationibus inter.
 Vita & honestate Clericorum, L. 3.
 tit. 1. c. 16. p. 357
 In Sexto, eod. c. un. p. 81
 In Clem. eod. c. 2. p. 219
 In Extr. Com. eod. c. un. p. 333
 In Septimo, eod. c. 5. p. 105

Vitiatis Corpore ordinandis vel non,
 V. Corpore vitiatis.
 Ultimis voluntatibus, vide Testamentis.
 Unctione sacra, V. Sacra unctione.
 Unionibus Beneficiorum. In Septi-
 mo, L. 1. t. 13. c. un. p. 50
 Voluntario Homicidio vel Casuali, V. Ho-
 micidio.
 Voluntatibus ultimis, V. Testamentis, &c.
 qui Voventes vel Clerici matrim. contra-
 here possunt, V. Qui Clerici.
 Votis & votorum confessione. In
 Septimo, L. 3. t. 12. c. un. p. 141
 Voto & voti redemptione, Lib. 3.
 tit. 34. c. 11. p. 473
 In Sexto, t. 19. c. un. p. 114
 In Extr. Jo. XXII. tit. 6.
 c. un. p. 281
 Ufu Palli, V. Auctoritate &c.
 Usuris, L. 5. t. 19. c. 19. p. 663
 In Sexto, tit. 5. c. 2. p. 146
 In Clem. t. 5. c. un. p. 251
 Ut Ecclesiastica Beneficia sine dimi-
 nutione conferantur, L. 3. tit. 12.
 c. un. p. 405
 Utili vel inutili confirmatione V. Confir-
 matione utili.
 Ut lite non contestata non proceda-
 tur ad Testium receptionem, vel
 ad sententiam definitivam, L. 2.
 tit. 6. c. 2. p. 207
 Ut lite pendente † nihil innovetur,
 L. 2. tit. 16. c. 5. p. 242
 In Sexto, tit. 8. c. 2. p. 66
 † nil, In Clem. t. 5. c. 2. p. 208
 Vulgari purgatione, V. Purgatione vulgari.
 Uxorem inter & virum donat. & dot. post
 divort. restit. V. Donationibus inter.
 eo qui Uxoris suæ vel sponsæ Consanguineam
 cognovit, V. Eo qui cognovit.

FINIS INDICIS TITULORUM OMNIUM.

RUBRICÆ DECRETALIUM GREGORII IX.

Quibus subnectuntur concordantes Tituli ex

SEXTO DECRETALIUM, CLEMENTINIS,

EXTRAVAGANTIBUS JOANNIS XXII. EXTRAVAGANT.
COMMUN. & tandem LIBRO VII. DECRETALIUM.

LIB. I. DECRETALIUM GREGORII IX. Tit. I.

- D**E a Summa Trinitate & Fide Catholica. *In Sexto*
tit. 1. In Clem. tit. 1. In Septimo tit. 1.
II. De Constitutionibus. *In Sexto tit. 2.*
III. De Rescriptis. *In 6. tit. 3. In Clem. tit. 2. In 7. tit. 2.*
IV. De Consuetudine. *In 6. tit. 4. In Extr. com. tit. 1.*
V. De b Postulatione Prælatorum. *In 6. tit. 6. In Extr.*
comm. tit. 2.
VI. De Electione & Electi Potestate. *In 6. tit. 6. In*
Clem. tit. 3. In Extrav. Joan. XXII. tit. 1. In Extrav.
com. tit. 3. In 7. tit. 3.
VII. De Translatione Episcopi.
VIII. De Auctoritate & Ufu Pali. *In Extr. com. tit. 4.*
IX. De e Renunciacione. *In 6. tit. 7. In Clem. tit. 4.*
X. De supplenda negligentia Prælatorum. *In 6. tit. 8.*
In Clem. tit. 5.
XI. De temporibus Ordinationum, & qualitate ordi-
nandorum. *In 6. tit. 9.*
XII. De scrutinio in ordine faciendo.
XIII. De d ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit
Episcopatu.
XIV. De Etate & Qualitate & ordine præficiendorum.
In 7. tit. 10. In Clem. tit. 6. In 7. tit. 5.
XV. De sacra Unctione.
XVI. De Sacramentis non interandis.
XVII. De e Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non.
In 6. tit. 11. In 7. tit. 6.
XVIII. De Servis non ordinandis & eorum manumif-
sione.
XIX. De obligatis ad ratiocinia ordinanda, vel non.
XX. De Corpore vitiatas ordinandis, vel non. *In 6. tit. 12.*
XXI. De f Digamis non ordinandis. *In 6. tit. 12.*
XXII. De Clericis Peregrinis.
XXIII. De Officio Archidiaconi.
XXIV. De g Officio Archipresbyteri.
XXV. De Officio Præbiteri.
XXVI. De Officio Sacristæ.
XXVII. De Officio Custodiis. *In Extrav. com. tit. 5.*
XXVIII. De Officio Vicarii. *In 6. tit. 13. In Clem.*
tit. 7.
XXIX. De h Officio & potestate Judicis delegati. *In 6.*
tit. 14. In Clem. tit. 8. In Extrav. com. tit. 6.
XXX. De Officio Legati. *In 6. tit. 15. In 7. tit. 8.*
XXXI. De Officio Judicis Ordinarii. *In 6. tit. 16. In*

- Clem. tit. 9. In Extrav. com. tit. 7.*
XXXII. De i Officio Judicis.
XXXIII. De Majoritate & Obedientia. *In 6. tit. 17. In*
Extrav. Joan. tit. 2. In Extrav. comm. tit. 8.
XXXIV. De Treuga & Pace. *In Extrav. comm. tit. 9.*
In tit. lib. 3. tit. 11.
XXXV. De Pactis. *In 6. tit. 18.*
XXXVI. De k Transactionibus.
XXXVII. De Postulando.
XXXVIII. De Procuratoribus. *In 6. tit. 19. In Clem.*
tit. 10.
XXXIX. De Syndico.
XL. De l iis quæ vi metus causa fiunt. *In 6. tit. 20.*
XLI. De in integrum restitutione. *In 6. tit. 21. In Clem*
tit. 11.
XLII. De Alienatione Judicii mutandi causa facta.
XLIII. De Arbitris. *In 6. tit. 22.*

LIB. II. DECRETALIUM GREGORII IX. Tit. I.

- D**E a Judiciis. *In 6. tit. 1. In Clem. tit. 1. In Extr.*
com. tit. 1.
II. De Foro competenti. *In 6. tit. 2. In Clem. tit. 2.*
In 7. tit. 1.
III. De Libelli Oblatione.
IV. De Mutuis Petitionibus.
V. De b Litis contestatione. *In 6. tit. 3.*
VI. Ut lite non contestata non procedatur ad testium
receptionem.
VII. De c Juramento calumniæ. *In 6. tit. 4.*
VIII. De Dilationibus. *In Extr. com. tit. 2. In 7. tit. 10.*
IX. De Feriis.
X. De Ordine cognitionum.
XI. De d plus Petitionibus.
XII. De Causa Possessionis & Proprietatis. *In Clem. tit. 3.*
XIII. De Restitutione Spoliatorum. *In 6. tit. 5.*
XIV. Te e Dolo & contumacia. *In 6. tit. 6. In Clem.*
tit. 4. In Extrav. comm. tit. 3. In 7. tit. 6.
XV. De Eo, qui mittitur in possessionem causa rei fer-
vandæ. *In 6. tit. 7.*
XVI. Ut lite pendente nihil innovetur. *In 6. tit. 8. In*
Clem. tit. 5.
XVII. De sequestratione Possessionis & fructuum. *In*
Clem. tit. 6. In 7. tit. 7.
XVIII. De f Confessis. *In 6. tit. 9. In 7. tit. 5.*

XIX. De

- XIX. De Probationibus. *In Clem. tit. 17.*
 XX. De Testibus & Attestationibus. *In 6. tit. 20. In Clem. tit. 8. In 7. lib. 5. tit. 13.*
 XXI. De Testibus cogendis vel non.
 XXII. De g Fide Instrumentorum.
 XXIII. De Præsumptionibus.
 XXIV. De Jurejurando. *In 6. tit. 11. In Clem. tit. 9. In 7. lib. 3. tit. 10.*
 XXV. De Exceptionibus. *In 6. tit. 12. In Clem. tit. 10.*
 XXVI. De b Præscriptionibus. *In 6. tit. 13.*
 XXVII. De Sententia & re judicata. *In 6. tit. 14. In Clem. tit. 11.*
 XXVIII. De Appellationibus, recusationibus & relationibus. *In 6. tit. 15. In Clem. tit. 12. In 7. tit. 9.*
 XXIX. De Clericis peregrinantibus.
 XXX. De i Confirmatione utili vel inutili.

LIB. III. DECRETALIAM GREGORII IX.
 Tit. I.

- D**E a Vita & honestate Clericorum. *In 6. tit. 1. In Clem. tit. 1. In Extrav. comm. tit. 1. In 7. tit. 1.*
 II. De Cohabitatione Clericorum & mulierum.
 III. De Clericis conjugatis. *In 6. tit. 2.*
 IV. De b Clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbenda. *In 6. tit. 3. In 7. tit. 2.*
 V. De Præbendis & Dignitatibus. *In 6. tit. 4. In Clem. tit. 2. In Extrav. Joann. tit. 3. In Extrav. comm. tit. 2.*
 VII. De e Institutionibus. *In 6. tit. 6.*
 VIII. De concessione Præbendæ Ecclesiæ non vacantis. *In 6. tit. 7. In Clem. tit. 3. In Extrav. Joann. tit. 4.*
 IX. Ne sede vacante aliquid innovetur. *In 6. tit. 8. In Extrav. Joann. tit. 5. In Extrav. comm. tit. 3.*
 X. De d iis, quæ fiunt a Prælatibus sine consensu Capituli.
 XI. De iis, quæ fiunt a majori parte capituli.
 XII. Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
 XIII. De e rebus Ecclesiæ alienandis vel non. *In 6. tit. 9. In Clem. tit. 4. In Extrav. comm. tit. 4.*
 XIV. De Precariis.
 XV. De Commodato.
 XVI. De Deposito.
 XVII. De f Emptione & Venditione. *In Extr. com. tit. 5.*
 XVIII. De Locato & Conducto.
 XIX. De Rer. Permutatione. *In 6. tit. 10. In Clem. tit. 5.*
 XX. De Feudis.
 XXI. De Pignoribus & aliis Cautionibus.
 XXII. De Fidejussoribus.
 XXIII. De Solutionibus.
 XXIV. De Donationibus.
 XXV. De Peculio Clericorum.
 XXVI. De g Testamentis & ultimis Voluntatibus. *In 6. tit. 11. In Clem. tit. 6. In 7. lib. 2. tit. 13.*
 XXVII. De Successionibus ab intestato.
 XXVIII. De Sepulturis. *In 6. tit. 12. In Clem. tit. 7. In Extrav. com. tit. 6.*
 XXIX. De h Parochiis & alienis Parochianis.
 XXX. De Decimis, primitiis & oblationibus. *In 6. tit. 13. In Clem. tit. 8. In Extrav. com. tit. 7. In 7. tit. 16.*
 XXXI. De Regularibus & transeuntibus ad Religionem. *In 6. tit. 14. In Clem. tit. 9. In Extr. com. tit. 8. In 7. tit. 18.*
 XXXII. De i Conversione Conjugatorum.
 XXXIII. De Conversione infidelium.
 XXXIV. De Voto & voti redemptione. *In 6. tit. 15. In Extrav. Joann. tit. 6. In 7. tit. 12.*
 XXXV. De k Statu Monachorum & Canonicorum Regularium. *In 6. tit. 16. In Clem. tit. 10.*
 XXXVI. De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint sub-

- jectæ. *In 6. tit. 17. In Clem. tit. 11. In Extrav. Joann. tit. 7. In Comm. tit. 9. In 7. tit. 17.*
 XXXVII. De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum. *In 6. tit. 18.*
 XXXVIII. De l Jure Patronatus. *In 6. tit. 19. In Clem. tit. 12. In 7. lib. 2. tit. 4.*
 XXXIX. De Censibus, Exactionibus & Procurationibus. *In 6. tit. 20. In Clem. tit. 13. In Extrav. com. tit. 10. In 7. lib. 2. tit. 12.*
 XL. De Consecratione Ecclesiæ vel Altaris. *In 6. tit. 21.*
 XLI. De m Celebratione Missarum, & sacramento Eucharistiæ & divinis Officiis. *In Clem. tit. 14. In Extrav. com. tit. 11. In 7. tit. 9.*
 XLII. De Baptismo & ejus effectu. *In Clem. tit. 15.*
 XLIII. De Presbytero non baptizato.
 XLIV. De n Custodia Eucharistiæ, Chrismatis & aliorum Sacramentorum.
 XLV. De Reliquiis & veneratione Sanctorum. *In 6. tit. 22. In Clem. tit. 16. In Extr. com. tit. 12. In 7. tit. 9.*
 XLVI. De Observatione Jejuniorum.
 XLVII. De o Purificatione post partum.
 XLVIII. De Ecclesiis adificandis, vel reparandis.
 XLIX. De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeteriorum & rerum ad eas pertinentium. *In 6. tit. 23. In Clem. tit. 17. In Extrav. com. tit. 13.*
 L. Ne p Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. *In 6. tit. 24.*

LIB. IV. DECRETALIAM GREGORII IV.
 Tit. I.

- D**E a Sponsalibus & matrimoniis. *In 6. tit. 1. In 7. tit. 1.*
 II. De Desponsatione Impuberum. *In 6. tit. 2.*
 III. De Claustrina Desponsatione.
 IV. De Sponsa duorum.
 V. De b Conditionibus appositis in desponsatione vel aliis contractibus.
 VI. Qui Clerici vel vovent, matrim. contrahere possunt.
 VII. De Eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per Adulterium.
 VIII. De conjugio Leprosorum.
 IX. De c conjugio Scrvorum.
 X. De natis ex libero venire.
 XI. De Cognatione Spirituali. *In 6. tit. 3.*
 XII. De Cognatione Legali.
 XIII. De d Eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ.
 XIV. De Consanguinitate & Affinitate. *In Clem. tit. unic. In 7. tit. 2.*
 XV. De Frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.
 XVI. De e Matrimon. contracto contra Interdict. Ecclesiæ.
 XVII. Qui Filii sint legitimi.
 XVIII. Qui f Matrimonium accusare possunt vel contra illud testificari.
 XIX. De Divortiis.
 XX. De Donationibus inter Virum & Uxorem, & de Dote post divortium restituenda.
 XIX. De secundis nuptiis.

LIB. V. DECRETALIAM GREGORII IX.
 Tit. I.

- D**E a Accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus. *In 6. tit. 3.*
 II. De Calumniatoribus.
 III. De Simonia & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur. *In Extravag. com. tit. 1. In 7. tit. 11.*

IV. Ne

- IV. Ne a Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.
- V. De Magistris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. *In Clem. tit. 1. In 7. lib. 3. tit. 5.*
- VI. De Judæis, Saracenis & eorum Servis. *In Clem. tit. 2. In Extrav. Joan. tit. 8. Extr. comm. tit. 2. In tit. 1. comm. tit. 3. In 7. tit. 3.*
- VII. De Hæreticis. *In 6. tit. 2. In Clem. tit. 3. In Extr. comm. tit. 3. In 7. tit. 3.*
- VIII. De c Schismaticis & ordinatis ab eis. *In 6. tit. 3. In Extrav. comm. tit. 4. In 7. tit. 3.*
- IX. De Apostatis & reiterantibus baptisma.
- X. De iis qui Filios occiderunt.
- XI. De d Infantibus & languidis expositis.
- XII. De Homicidio Voluntario vel Casuali. *In 6. tit. 4. In Clem. tit. 4. In 7. tit. 8.*
- XIII. De Torneamentis. *In Extrav. Joan. tit. 9.*
- XIV. De e Clericis pugnantibus in Duello. *In 7. tit. 17.*
- XV. De Sagittariis.
- XVI. De Adulteriis & Stupro. *In 7. tit. 16.*
- XVII. De Raptoribus, Incendiariis & Violatoribus Ecclesiarum. *In 7. lib. 2. tit. 2.*
- XVIII. De f Furtis. *In extr. comm. tit. 4.*
- XIX. De Usuris. *In 6. tit. 5. In Clem. tit. 5.*
- XX. De crimine falsi. *In Extr. Jo. tit. 10. In Com. tit. 6. In 7. tit. 9.*
- XXI. De Sortilegiis. *In 7. tit. 12.*
- XXII. De Collusione & detegenda.
- XXIII. De delictis Puerorum.

- XXIV. De Clerico Venatore.
- XXV. De Clerico Percussore.
- XXVI. De Maledicis. *In 7. tit. 5.*
- XXVII. De b Clerico Excommunicato, Deposito vel Interdicto ministrante.
- XXVIII. De Clerico non ordinato ministrante.
- XXIX. De i Clerico per saltum promoti.
- XXX. De eo qui turpe ordinem suscepit.
- XXXI. De Excessibus Prælator. & Subditor. *In 6. tit. 6. In Clem. tit. 6.*
- XXXII. De Novi operis nuntiatione.
- XXXIII. De k Privilegiis & excessibus Privilegiator. *In 6. In Clem. tit. 7. In Extr. Jo. tit. 11. In Extr. Com. tit. 7.*
- XXXIV. De Purgatione Canonica.
- XXXV. De Purgatione vulgari.
- XXXVI. De l Injuriis & damno dato. *In 6. tit. 8.*
- XXXVII. De Pœnis. *In 6. tit. 9. In Clem. tit. 8. In Extr. Joan. tit. 12. In Extrav. com. tit. 8.*
- XXXVIII. De Pœnitentiis & Remissionibus. *In 6. tit. 10. In Clem. tit. 9. In Extrav. com. tit. 9.*
- XXXIX. De Sententia Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti. *In 6. tit. 11. In Clem. tit. 10. In Extrav. Joan. tit. 13. In Extr. com. tit. 10. In 6. lib. 2. tit. 8.*
- XL. De m Verborum Significatione. *In 6. tit. 12. In Clem. tit. 11. In Extrav. Joan. tit. 14.*
- XLI. De Regulis Juris. *In 6. tit. ult.*



CARMINA RUBRICARUM JURIS PONTIFICII.

Tota siquidem congeries Decretalib. famulatur: Et earum aliqua in Sexto, Clementinis, Extravagantibus Joannis XXII. Extravagantibus Commun. & Libro VII. reperiuntur, ut in præmissa expositione patet.

Primi libri Rubricæ sunt in Decretalibus xliij. In Sexto xxij. In Clementinis xj. Extravagantes Joannis XXII. complectuntur xx. Constitutiones sine distinctione librorum. Lib. 1. Extravagantium Communium habes rubricas ix. Et Lib. 1. in 7. x.

- a **P**rimæ summa fides. statuit. rescripta. suscipit.
- b **P**ostular. electi. translati. auctor & usu.
- c **I**nde renuntio. de supplenda. tempora. scrutor.
- d **O**rdo resignatis. atas. ac ungo. sacramen.
- e **F**ilius & servus. obnoxius. & vitatus.
- f **H**inc bigamus. clericus peregrinus. & archidiacon.
- g **A**rchipres. primic. sacrist. custos. vice fungens.
- h **D**elegat. legat. & dictus ab ordine iudex.
- i **J**udicis officium. major. p.m. p.asta sequuntur.
- k **T**ransfige. postulo. post procuro. syndicus exto.
- l **V**is metus integrit. ac alien. & arbiter hic est.

Secundi libri Rubricæ sunt in Decret. xxx. In Sexto xv. In Clementinis xij. In Extrav. Com. iij. In Septimo xiv.

- a **J**udicium. forus. atque libellus. mutua poscens.
- b **L**item contestans. sine quo non suscipit testes.
- c **J**urat. dilatis. & feriat. ordine noscitis.
- d **P**lus peto. de causa. spoliatus restituendo.
- e **E**st dolus. & missus. lis pendens atque sequestrat.
- f **C**onfessis. probato. sunt testes. testes quoque cogit.
- g **I**nstruo. præsumo. iurjurans. excipiendo.
- h **P**raescribit. sententias. appellat. peregrinans.
- i **U**tilis omnibus. his est confirmatio iuncta.

Tertii libri Rubricæ sunt in Decretal. L. In Sexto xxij. In Clementinis xvij. In Extr. Com. xij. In Septimo xix.

- a **V**ita decens. clericus habitans. clericusque iugatus.
- b **N**on residens. prabens. ager vel debilitatus.
- c **I**nstitutis concedendo. ne sede vacante.
- d **E**t sine consensu. major pars. non minuantur.

- e **N**on alieno. trado precario. commodo. pono.
- f **V**endo. loco. muso. de feudis. pignoribusque.
- g **A**tque fidejussor. & solvis. dona. peculi.
- h **D**e testamentis. etiam succedo. sepultus.
- i **P**arochiis. decimus. hinc regula religionis.
- k **C**onversus conjunx. infidus. vota redempta.
- l **D**eque statu monachi. domib. subjungo capellas.
- m **J**ure patronatus. de censibus. ara sacra.
- n **M**issa. baptismus. quo non est Presbyter.
- o **E**ucharistia. reliquia. jejunia serva.
- p **P**urificans. ac adificans. immunis adbarens.
- q **C**lerico vel Monache. dimittit negotia seclii.

Quarti libri Rubricæ sunt in Decretal. xxi. In Sexto iij. In Clementinis i. In Septimo ij.

- a **S**ponsus & impubes. & clandestina. duorum.
- b **C**onditione. vovens. quam polluit atque leprosus.
- c **S**ervus. de natis. sequitur cognatio duplex.
- d **P**ost consanguineam. consanguinitas. gelidique.
- e **A**c interdictum. qui nati legitimi sunt.
- f **A**ccusare queunt. divorcia. Dote. secundis.

Quinti libri Rubricæ sunt in Decretal. xii. In Sexto xij. In Clementinis xj. In Extr. Com. x. In Septimo xvij.

- a **A**lucatio. sive calumnia. sit tibi Simon.
- b **P**ralesi. Rabbi. Judæis. hereticos. dant.
- c **S**chismaticis. vel apostaticis. natos perimentes.
- d **I**nfans expostus. homicidia. ludisur hastis.
- e **C**leri pugna. sagittar. adulter. postea rapsor.
- f **F**urtus usuri. de falsi crimine. fortes.
- g **C**olludo. pecco. venor. serio. maledico.
- h **P**ost interdictum celebrans. ac ordinis expert.
- i **S**altus. fursivus. excessus. opusque novellum.
- k **L**ex privata subit. purgat cum canone vulgus.
- l **D**ammum cum panis. post panites. est anathema.
- m **V**erborum sensus. sequitur quoque regula juris.

TITULORUM JURIS PONTIFICII NUMERUM,

QUI SUNT IN DECRETALIBUS CLXXXV.

In Sexto LXXVII. In Clementinis LII. In Extravagantibus Joann. XXII.
Tit. XX. In Extravagant. Commun. XXXV. In Septimo LXVIII.
In Institutionibus XCI. indicant sequentes versus.

Centum Rubricas octogintaque volumen
Gregorii Noni ponit, quinas superaddens.
Ac septuaginta septem numerat tibi Sextus;
Ex Clemente duas quinquagintaque notabis.
Bisque decem jungas, quas promisit Papa Joannes;
Quinque super triginta tum ex Communibus adde.
Septimus annectit ter viginti rubra & octo.
Nonaginta dedit sed Lancellottus & unum.





D E C R E T A L I U M

D. G R E G O R I I IX. ^a

C O M P I L A T I O.

GREGORIUS *Episcopus servus servorum DEI, dilectis filiis Doctoribus
& Scholaribus universis, Bononiae commorantibus, salutem
& Apostolicam benedictionem.*

REX pacificus, pia miseratione disposuit sibi subditos, fore pudicos, pacificos, & modestos. Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut nisi Justitia conatus ejus sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, jus humani fœderis litigatorum abusus extingueret, & dato libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideoque lex proditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus humanum ut honeste vivat, alterum non lædat, jus suum unicuique tribuat, informatur. Sane diversas constitutiones, & decretales epistolas Prædecessorum nostrorum, in diversa dispersas & volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur extra volumina supradicta, *d* quæ tanquam incertæ frequenter in judiciis vacillabant. Ad communem, & maxime studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum, Capellanum & Pœnitentiarium nostrum, illas in unum volumen (resectis superfluis *e*) providimus redigendas, adjicientes Constitutiones nostras, & Decretales epistolas, per quas nonnulla *f* quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in judiciis & in Scholis, districtius prohibemus, ne quis præsumat aliam facere, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali. *g*

a Titulus hujus libri in manuscriptis vetustissimis ita habet: Incipit compilatio Decretalium Divi Gregorii Papæ IX. *b* In uno manuscripto Vaticana legitur Parisiis; in altero Bononiæ & Parisiis: sed ut plurimum omnes habent, Bononiæ. *c* al. sparsas. *d* Text. in l. 1. C. de nov. cod. fac. & l. 2. §. si quid autem in tanta. C. de vet. inv. encl. *e* Interdum & utilis. quod & de Triboniano dicitur, qui fuit Raymundo isto doctior. *f* Multa. *g* Data fuit hac Epistola anno Christi 1230.



DECRETALIUM D. GREGORII PAPÆ IX. LIBER PRIMUS.

TITULUS I. DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA. CAPITULUM I.

De Trinitate et ipsius operibus. De fide et articulis fidei.

Innocentius III in Concilio Generali

cap. 1. a (An. Crif. 1215. Roma).



IRMITER credimus *b*, & simpliciter confitemur *c*, quod unus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: tres quidem personæ, sed una *d* essentia, substantia, seu natura simplex omnino; & pater a nullo, Filius a Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: absque initio, semper ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, & Spiritus Sanctus procedens: consubstantiales & cœquales, & coomnipotentes, & cœterni: unum universorum principium: creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotentis virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales: angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diaboli enim & alii demones Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vera diaboli suggestionem peccavit. §. 1. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam individua, & secundum personales proprietates discretæ, primo per Moysen & sanctos Prophetas, aliosque servos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. §. 2. Et tandem unigenitus Dei filius Jesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compositus *e*, una in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstravit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, *f* descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque

pariter in *a* utroque: venturus in fine seculi, iudicaturus vivos & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis: qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala, illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

Tractatur hic de Sacramentis Ecclesiasticis. Abbas Siculus.
§. 3. Una *b* vero est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse Sacerdos est sacrificium *e* Jesus Christus: cujus corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis panem in corpus, & vino in sanguinem, potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus, secundum claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Jesus Christus. §. 4. Sacramentum vero *d* baptismi (quod ad Dei invocationem & individua Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, consecratur in aqua) tam parvulis, quam adultis in forma Ecclesiæ a quocunque rite collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem *e* baptismi quiscquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram poenitentiam semper poenitentiam reparari *f*. §. 5. Non solum autem virgines & continentes, verum etiam conjugati, per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire.

C A P. II.

Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vera unione, non collectiva, seu similitudinaria, sunt una essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus non attribuantur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore respiciant, & correctioni Apostolica sedis se supponant. Abbas Siculus.

Idem in eodem. g

DAmnamus *b* ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum, de unitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis *i*: (quoniam quædam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens): unde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem ascribebat in Deo, videlicet tres personas, & illam

a Hoc Concilium Roma in Laterano celebratum est anno Christi 1215. assidentibus Hierosolimitano & Constantinopolitano Patriarchis, & totius fere orbis Episcopis, Principumque Legatis, anno Pontificatus Innoc. III. decimo octavo. *b* Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. *c* Hanc Decr. & sequentissime explicat E. Thom. opusc. 23. & 24. tom. 17. d. similis textus in nullis hæreticus. *2. C. eod. tit. e* Textus in l. inter claras. *8. §. omnes. vers. & quoniam C. eod. tit. f* Omisit illud & sepultus est, usq. Athanas. in symbolo, & hoc de descensu Christi. Rufino auctore. *Jur. Canon. Tom. II.*

a Extremum iudicium. *b* Ecclesia unitas. *c* Eucharistia. *d* Baptismus, *e* Poenitentia. *f* Concord. cap. quia sanctitas. *c. ponderes. & c. contumace. 50. di. quod autem ad civilem potestatem et vindictam attinet, nemo poenitentiam nocens esse definit. l. 67. de surr. l. 17. de adil. ed. l. pen. v. bon. rapp. g* Cap. 2. h. Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. *l. L. 1. sent. dist. 5.*

Illam communem essentiam quasi quartam: manifeste protestans, quod nulla res est quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamvis concedat, quod Pater & Filius & Spiritus Sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura, verum unitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia: juxta illud a: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* &: *Qui b adhaeret Deo, unus Spiritus est cum illo.* Item c: *Ille qui plantat, & qui rigat, unum sunt:* &, d *Omnes unum corpus sumus in Christo, Rursus in libro Regum e: Populus meus & populus tuus, unum sunt.* Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Evangelio f: *Volo pater, ut sint unum in nobis sicut es nos unum sumus, ut sint consummati in unum.* Non enim (ut ait) fideles Christi sunt unum, i. e. quadam una res, quæ communis sit omnibus, sed hoc modo sunt unum, id est: una Ecclesia, propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum, propter unionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Joannis Apostoli epistola legitur: *Quia tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, & Filius & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt:* Statimque subjungitur: *Et tres sunt: qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua et sanguis: et hi tres unum sunt:* sicut in quibusdam codicibus invenitur, §. 1. Nos autem sacro h approbante Concilio, credimus & confitemur cum Petro Lombardo, quod una quadam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; tres simul personæ ac sigillatim quælibet eandem: & ideo i in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina: quæ sola est universonum principium, præter quod aliud inveniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, & Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus, qui procedit: ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud: sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus Sanctus idem omnino: ut secundum orthodoxam & catholicam fidem constantialiter esse creduntur. Pater enim ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur k: *Pater quod dedit mihi, majus omnibus est.* Ac dici non potest, quod partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin defisset esse substantia. Pater ergo, quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est Pater & Filius, nec non & Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Cum vero Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem l: *Volo inquitens* m ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus: hoc nomen m unum pro fidelibus quidem accipitur, ut intellegatur unio charitatis in gratias pro personis vero divinis, ut attendatur indentitatis unitas in natura,

a Act. 4. b 1. Cor. 9. c 1. Cor. 12. d 1. Cor. 12. e 3. Regum 22. f Joan. 17. g 1. Joan. 5. h Vide Melchiorem Can. lib. 12. cap. 7. de locis Theolog. §. sic. præc. i In uno manserunt. ita: Et ideo in Deo solummodo Trinitas, non quaternitas reperitur. k Joan. 10. l Joan. 17. m Significatum & equivocationem dictionis unius vide apud Barr. in lib. 1. si plures in vers. d. sicile. ff. de pac. Sed aliter unum sunt fideles Christi, autem tres persona divina.

quemadmodum alibi Veritas ait: *Estote a perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est,* ac si diceret manifestus: *Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester celestis perfectus est perfectione naturæ, utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda.* §. 2. Si quis igitur sententiam vicedoctrinam præfati Joachim in hac parte defendere vel apl probare præsumperit, tanquam hæreticus ab omnibus evitetur b. In nullo tamen propter hoc Florenti e monasterio (cujus ipse Joachim extiterit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & observantia salutaris: maxime, cum ipse Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit Apostolica sedis iudicio approbata, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) sanctorum fidelium mater est & magistra. §. 3. Reprobamus etiam & condemnamus pervefissimum dogma impii d Almarici, cujus mentem sic pater mendaciter excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica, quam insana sit censenda.

TITULUS II DE CONSTITUTIONIBUS CAP. I

Juris canonice statuta omnes ligant: & eorum ritu, tam in pronuntiando, quam in decidendo iudicia sunt regulanda. Ex Concilio Meldensi. e (An. Chr. 845. in Gallia).

Canonum f statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

CAP. II.
Constitutio respicit futura, & non præterita.
Gregorius g in regefo. (An 586. Roma in Campaniam).

Cognoscentes: h (Et infra. x) Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit. Quoties verò novum quid statuit, ita solet futuris formam imponere, ut dispensandi præterita non i commendet: ne detrimentum ante prohibitionem possint ingroantes k incurere, quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

(x Multa narrantur de Christianis mancipiis, quæ Judæi comparabant. Volebat autem Gregorius in futurum statuere, ut Judæi qui Christiana mancipia emerint, intra diem quadragesimum eos vendere teneantur. Sed si ante annum quam hoc statueretur quadam apud eos Christiana mancipia manserant, vetat illis ex eo dispensari rogari, sed eis eorum alienandorum licentiam dari, causa redditur, quia.)

CAP. III.
Potestas legem condendi & mutandi est penes Vicarium Christi. Et quod de uno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Abbas Siculus.
Augustinus super illud epist. ad Hebræos).

Translato sacerdotio m necesse est, ut legis translatio fiat. Quia enim simul & ab eodem & sub eadem sponse utraque data sunt, quod de uno dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur.

CAP. IV.

a Matth. 5. b resuscitur. c ab Florentino. d Almarici hæreses refert Diciturum p. 2. q. 7. e Capis. 11. et Burch. lib. 1. c. 61. lvo p. 5. c. 171. et c. 1. eod. tit. in 2. compil. f Quid dicatur canon nosant DD. in l. privilegia. de sac. Eccl. et gl. can. 1. dist. 3. g Lib. 7. epist. 35. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum. h Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. i al. non commendat. k l. cum indebito. et ibi gl. de prob. et l. lege. §. cum quidam. ubi Barr. ff. ad leg. Corn. de sic. l. Cap. 7. extant verba hujus cap. in gloss. ord. m Cap. 4. eod. tit. in compil.

C A P. IV.

Omne prohibitum a lege, peccatum est, & omne illud, quod sequitur ex eo. h. d.

Idem super epist. ad Roman. a

NAM concupiscentiam b nesciebam, &c. Hoc enim elegit Apostolus generale, unde omnia mala oriuntur. Bona est ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

C A P. V.

Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus præferenda.

Hieronymus in Parabolis. c

NE innotuit prudentiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, quæ, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit.

C A P. VI.

Non valet constitutio Collegii in damnum aliquorum, & commodum aliorum, cessante rationabili causa. Vel sic: Absque rationabili causa non potest maior pars Capituli tollere consuetudinem, utilitatem privatam natiendo.

Innocentius III. Senonensi Archiepiscopo, & Episcopo

Trecensi. (An. 1298. Roma in Galliam)

CUM omnes d: (et infra. α) Ad audientiam e nostram pervenit, quod Trecenses Canonici novum fecerunt in Trecensi Ecclesia constitutum, ut eis tam in præsentia, quam in absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadem Ecclesia post illam constitutionem fuerunt, vel de cætero fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant, sed tunc solum, cum fuerint residentes: cum secundum Trecensium Ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueverint esse pares. Statuerunt etiam, ut (cum singulis præbendis annexæ sint vineæ) ipsi suas, dum vixerint, possidentibus, vineæ decedentium ad successores non transeant, sed proventus eorum inter singulos dividantur.

Cum igitur, quod quisque juris in alterum statuit, ipse debeat uti eo: & sapientis dicar auctoritas g: Patere legem, quam tu ipse ruleris: mandamus, quatenus antiquos Canonicos junioribus, & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quam vinearum cõqueris antiquis, secundum priorem consuetudinem, usque ad tempus prædictæ constitutionis servatam, vel secundum rationabilem institutionem in posterum observandam.

(α Unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: non debent majores minoribus, aut seniores junioribus invidere. Sed omnes qui in una Ecclesia uni Deo famulantur, pari gaudeant libertate. Cam pondus & pondus, mensura & mensura utrumque abominabile sit apud Deum. Et evangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ suæ operarios remuneravit, & extremos. Verum ad audientiam Apostolatus nostri pervenit.)

C A P. VII.

Constitutio Laicorum Ecclesiam seu ejus bona non adstringit.

Idem b Tridentino Episcopo, (An. 1598. Roma in Venetiam).

QUÆ in i Ecclesiarum: (et infra. α) Sane pervenit ad audientiam nostram, quod civis k Trevissini constituerunt, ut si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegaverit l, alienandi feudum, quod ab Ecclesia vel aliis tenet, liberam habeat facultatem: (et infra. β)

a Cap. 7. leguntur hæc verba in gloss. ordin. b Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. c Cap. 1. eod. verba sunt in gloss. ordin. & cap. 6. eod. tit. in 1. compil. d Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. e In multis antiquis ita: ad audientiam Apostolatus nostri. f Secundum est Canonicoꝝ statutum. g Canonis scilicet in dist. moral. ut notat Conruius. text. in Rubr. & lib. 1. D. quod quisque juris, & c. h al. Trecensi. al. Cenerensi. al. Ceron. al. Suffraganeus Mediolanensis. i Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. k Treverense et Conaglanenses: l Id eod. f, allegando probaverit, neque enim sufficit dicere, nisi probetur.

Volentes igitur Ecclesiarum indemitati consulere, constitutionem hujusmodi, & venditiones feudorum Ecclesiasticorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, vires decernimus non habere.

(α Et Ecclesiasticorum virorum præjudicium attentatur, firmitatem fortiri non debent, sed ad Ecclesiarum indemitatem debent potius infirmari.)

(β Nec emptor cenatur priori domino respondere, nisi ex sexta parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit, exhibebit, ex quo Ecclesiastica non modicum jura laedantur).

C A P. VIII.

Dignitas sublata de Ecclesia per statutum Capituli confirmatum per Papam, ulterius non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit revocatum.

Idem. (circa An. 1204. Roma in Galliam.)

CUM accessissent a ad Apost. sedem Archid. Tullenfis & G. Tullen. Capituli procurator: Archid. proposuit memoratus, quod cum olim quidam Tullenf. Canonici nostris auribus intimasset, quod Primiceriatu b in Tullenf. Ecclesia tanto tempore vacavisset, quod ad manus nostras illius personatus esset donatio devoluta: (et infra. α) Fuit insuper ex parte Capituli allegatum, quod de communi assensu Canonicoꝝ Tullenfium fuerit constitutum, ne Primiceriatu dignitas e esset ulterius in Ecclesia memorata: inter Canonicos ipsos Primiceriatu proventibus & possessionibus distributis: (et infra. β) Propter quod evidenter apparet, quod Primiceriatu ipse tanto tempore non vacaverit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum. (et infra). Quocirca mandamus, quatenus si vobis consiterit Tullenf. Canonicos, ne ulterius in Tullenf. Ecclesia Primiceriatu esset officium, communiter statuisse, ac statutum ipsum auctoritate sedis Apostolicæ fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum, vos illud facilitatis in suo robore permanere: nisi postea dicti Canonici contraverint, aliquem videlicet in Primicerium eligendo.

(α Dil. fil. Alra Sylva et Belli pravi Abbatis, et Colymbani monasterii Decano dedimus in mandatis, ut super hoc inquirerent veritatem, et si personatum illum tanto tempore ita vacavisset constaret, quod juxta Lateran. statuta Concilii ad nos ipse esset donatio devoluta, ipsi personatum idoneam de Tullenf. Ecclesia vel aliunde in ipso personatu insisterent vice nostra, et eundem sacerdotem ab illa pacifice possideri.)

(β Et eadem constitutio a be. mem. Alex. P.P. prædecess. n. suis postmodum confirmata.)

C A P. IX.

Non obstante certo Canonicoꝝ numero etiam per Papam confirmato, providendum est receptis ultra numerum de supererexcentibus fructibus, maxime si voluntarie per Canonicos fuerint recepti.

Idem Clugiensis d Episcopo. (An. 1198.)

CUM M. Ferrariensis, e (et infra. α) Dicitur M. pro se ac quatuor sociis suis proposuit, quod Ferrarienses Canonici, ut eo amplius suos redditus augmentarent, quo proventus Ecclesiæ (qui dividi consueverant inter plures) in usus cederent paucorum, quatuordecim præbendas tantum, præter id, quod mensæ communiter deputant, in eadem Ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodum vero contra constitutionem ipsam voluntarie venientes dictos quinque in Canonicos receperunt, nullis præbendis assignatis eisdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex supererexcentibus redditibus providere.

Verum ex adverso f fuit propositum, quod quatuordecim præbendarum numero in Ferrariensi Ecclesia instituto, & Apostolicæ protectionis præsidio roborato,

cum

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b al. Primiceriatu dignitas. c Vide tit. de offic. primic. f. d al. Fluzensis. e Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. f ex diverso.

cum una in eadem Ecclesia præbenda vacasset, ad quorundam instantiam duos ad eam, & postmodum ad prætes Episcopi dictum M. & quendam alium sine præiudicio dictæ constitutionis in Canonicis receperunt: ita quod ipsi Canonici de Canonica nihil perciperent, donec primi duo essent præbendas integre affecti. Cumque per Canonicorum industriam fuerit procuratum, ut ex possessionibus, quas Ecclesia tempore longo possedit, plures eis redditus volerentur, superexcrecentes communi mensæ, quæ minus sufficiens fuerat, deputaverunt: quos dicti quinque sibi postmodum petierunt contra Capituli constitutionem in beneficium assignari. (et infra. B.) Mandamus, quatenus cum in constitutione prædicta, & confirmatione sedis Apost. vel fuerit, vel esse debuerit, sicut confuevit, expressum a, nisi in tantum excrecerent Ecclesiæ facultates, quod pluribus possent sufficere competenter: & iidem Canonici in derogationem suæ constitutionis, ad b vacaturas præbendas quatuor receperunt ultra numerum constitutum: antiquis Canonicis præbendas cum integritate percipientibus consuetas, superexcrecentes redditus prædictis Canonicis facias assignari: ita, quod si ex eis pares potuerint cum aliis sortiri præbendas, quod superuerit, in communes Canonicorum usus (sicut prius statuerant) sive alter, prout melius videbitur, converteratur: revocatis in irritum, quæcumque ab alterutra partium in præiudicium alterius post motam questionem coram Episcopo Ferrariensi circa præbendas vel possessiones fuerint innovata.

(a Canonici, F. B. & E. G. Canonicorum Ferrariensium, & magister G. Ferrariensis Capituli procurator ad sedem Apostolicam accessissent, super quaestione, quam de præbendis & redditibus habebant ad invicem dil. fil. n. tit. sancta M. in Cosm. diac. Cardinalem eis concessimus audirem, coram quo.)

(a Quia vero super his plena nobis, sicut idem Cardinalis asseruit, exhiberi non poterat certitudo, causam ipsam suo examini duximus committendam.)

C A P. X.

Statutum generale Laicorum ad Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præiudicium non extenditur: nec speciale, etiam si earum commodum & favorem concernat. Hoc dicit, quoad intellectum, Abbas Siculus.

Idem Abbati & Conventui S. Sylvestri.

(An. 1199. Roma.)

Ecclēsia sanctæ Mariæ (et infra. a.) Nos attendentes, quod Laici (etiam religiosi) super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis nulla sit attributa facultas: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: a quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & favorem, nullius firmitatis existit c, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum. Unde statutum d Basilii e de non alienandis prædiis rusticis vel urbanis, ministeriis, & ornamentis Ecclesiarum, illa reprobaturam fuit potissima ratione, quod auctoritate non fuit Rom. Pontificis roboratum. Quod a Senatore factum fuerat in præiudicium monasterii non conventi, nec confessi vel convicti, in irritum revocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter definimus. f

(c In Via Lata contra I. de Alceja, qui quasdam ipsius possessiones dicebat contra iustitiam devinere, novit tempore B. Corosonis dicti Senatoris sub L. Judice quaestione.

a L. quod si notis. §. quia affdno. D. de adil. ed. notat. Bart. in l. nomo. D. de reb. dub. b vacantes. e c. 5. in 3. compil. tit. de foro compe. Patres huius c. sunt j. ut lite pendente. cap. 3. & 4. d. Vido c. qua in Ecclesiis. supr. hoc tit. sacra. pag. decretorum & liberalium artium ex tit. de jurjur. in 3. com. e Præfeti urbis Romæ, vid. can. bene. 95. dist. l. residuum est in c. 4. infra, ut lit. pen.

In ipso autem iudicio præfato I. de Alceja Syndicus monasterii vestri asseruit, & ab eo etiam testes producti quidam ex Monachis existerunt. Iudex vero auditis rationibus partium pro eodem I. absolutiois sententiam promulgavit, a cuius sententia pars altera vocem appellationis emisit. Super hoc postea quaestione suborta, proponente parte victrice, quod non potuerit appellare, cum dictus L. non ut Iudex, sed tanquam arbiter fuisset electus, parte victa econtraria asserente, quod cum arbitrio fuerit contraditum, quod partes non nisi metu pœna constringit, qua in præmissis arbitrio non fuerat comprehensa, appellari merito poterit, & fortius, si iudicium existeret. De hoc igitur ad jam dictum B. Corosonem quaestione perlata causam appellatiois S. primicerio iudicium delegavit, in cuius presentia partibus constitutis dictus I. de Alceja proposuit, se conveniendum non esse, cum non possederet id, quod pars altera requirebat, sed cum monasterium vestrum rem possederet peritam, dictus autem B. Coroson, quoniam quoddam statutum emiserat a populo Romano approbatum pariter & acceptum, quod si quis post litem contestatam rem a se peritam transferret in alium, daretur possessore petitori, & alter fieret de possessione petitor: & idem I. post litem contestatam rem ipsam in monasterium transferre præsumpsit & possessionem rei perite assignavit Ecclesiæ memorata. Verum quoniam dictus I. de possessionibus ipsis monasterio nostro annuum reddidit pensioem, adiecit, ut hoc ipsum ab Ecclesiâ S. Mar. a fieret, donec de proprietate fundi cognosceretur: sed solutio qua fieret Ecclesiæ S. Mariæ in Via Lata in iure suo penitus non noceret. Sed quia sæpe factum monasterium vestrum conquirebatur a præmissis B. Coroson, contra iustitiam spoliatur, & ipsum per officium nostrum suppliciter restitui postulabat, quod statutum eius nullius valoris extiterit, multipliciter asseverans. (et infra.) His ergo & consimilibus in nostra, & f. n. presentia prudenter a partibus allegatis.

C A P. XI.

Pœna simpliciter apposta propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.

Idem universis Doctoribus Parisiis commorantibus, circa An. 1206. Roma in Galliam.)

Ex literis a vestre devotionis accepimus: (et infra. a.) Licet a vobis fide præstita fuerit constitutum, ut si quis Magistrorum ordinationi universitatis ipsorum auderet resistendum, & primo, secundo, tertiove communitus, intra triduum universitati parere contemneret Magistrorum, extunc beneficio societatis eorum in magistratibus privaretur: & ob hoc Magister G. fuit eorum communione privatus. Quia tamen constitutum non fuit, ut in perpetuum huiusmodi privato perduraret, eum tam juris canonici, quam nostri motis existat, ut is, qui propter contumaciam communione privatur, cum satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat: mandamus, quatenus supradictum Magistrum statutis vestris nunc humiliter parere curantem, ad communionis vestre consortium in magistratibus admittatis.

(a Quod cum quidam moderni videlicet Doctores liberalium artium a majorum suorum vestigiis in tribus præsertim articulis deviant, habitu videlicet inhonesto, in lectonum & disputationum ordine non servato, et pio usu in celebrandis exequis decedentium Clericorum jam quasi penitus negligenter omisso: Vos cupientes vestra consuleret honestati vobis ex vobis iuratos ad hoc unanimiter elegistis. ut super dictis articulis de prudentiam virorum consilio bona fide statuerent, quod foret expediens et honestum, ad illud in posterum observandum, vos iuramento interposito communiter constringendo, excepto duntaxat Magistro G. qui iurare renuens et formidans fidei iuramentum pro se tantum obtulit cautionem. Fuit etiam insuper ad cautelam

a Cap. 12. in j. compil. de iurjur.

in vobis fide interposita proinus confirmatum, ut si quisquam Magistorum adversus alios duceres resistendum, & primo & secundo, tertio & quarto infra triduum universitatis parere contempserit Magistorum, ex tunc beneficio societatis eorum in magistratibus privaretur: & quidem hac ultimam quidam ex vobis simpliciter, quidam vero nisi satisfaceret, & nonnulli, nisi per vos se admitti ab aliis obtineret, se intellexisse faciunt. Cum autem supradictus Magister G. infra triduum universitatis non paruerit, requisitus juxta conditionem exiit a vobis habitus est exclusus. Qui cum satisfactioni condigna postmodum se obrulisset, in W. Magistro juramento interposito compromisit, illorum dictum pro bono pacis se gratum & ratum pariter habiturum illi vero usi consilio sapientum, dictum suum communiter promulgavit, memorato Magisterio in virtute juramenti preli ei prohibentes, ne deinceps illicitis universitati resisteret Magistorum, & injungentes eidem, ut tandem in eodem statu persisteret, quo tunc erat, donec per se vel per procuratorem se posse ab aliis Magistris admitti per sedem Apost. obtineret, salva in omnibus honestate. Unde nobis humiliter supplicatis, ut eundem Magistorum, virum utique providum & honestum & discretum, qui tanquam obedientia filius, quod sibi predicti quatuor injunxerunt, suscipere humiliter, & patienter observat, & ex benignitate sedis Apostol. faceremus communioni restitui Magistorum. Nos igitur ex premissis intelligentes eidem Magisterio fuisse mandatum, ut samdiu persisteret in eo statu, quo tunc erat, donec Magistorum communi de mandato sedis Apostol. redderetur, & paratus sit super premissis satisfactionem congruam exhibere).

C A P. XII.

Non possunt Canonici sine causa restringere numerum Canonicorum seu prebendarum. Abbas Siculus.

Honorius III. Episcopo & Cantori Cabilonensi.

(An. 1121. Roma in Galliam).

EX parte a Episcopi Eduensis, fuit propositum, quod Canonici Eduenses propriis commodis inhiantes prebendam numerum ab antiquo in Ecclesia Eduensi statutum (licet non sint ejus diminuti redditus) restringerent: (& infra. a) §. 1. Nolentes igitur divini numinis minui cultum, sed potius augmentari, mandamus quatenus antiquum numerum facientes auctoritate nostra servari prebendas, quas a tempore ultimi statuti inveneritis vacasse in Ecclesia memorata (non obstante aliqua constitutione super hoc a Canonice ipsi facta, vel confirmatione a nobis h. ab eisdem obtenta) personis idoneis cum consilio Episcopi conferatis.

Ca. Ut sic in temporalibus magis abundent, dum ea de quibus sustentari valet Canonicorum numerus consuetus, tali pretextu in augmentum nituntur convertere prebendam, & in facti sui tuitionem super hoc confirmationis libertas a nobis dicuntur inpetrasse in communi forma).

C A P. XIII.

Constitutio futura respicit, non praterita: nisi in ea de prateritis caveatur.

Gregorius IX. Archiepiscopo S. Mariae Majoris

de urbe (An. 1200. Roma in Galliam).

Quoniam constitutio Apostolicae sedis omnes adstringit, & nihil debet obscurem vel ambiguum continere: Declaramus constitutionem e, quam nuper super praeferendis in perceptione patronis Majoribus, & conluetis servitiis a Minoribus exhibendis, edidimus, non

ad praterita, sed ad futura tantum extendi a. Cum leges & constitutiones futuris certum sit dare formam a. gottis, non ad praterita facta trahi: nisi nominatim in eis de prateritis caveatur.

TITULUS III.
DE RESCRIPTIS. b
CAP. I.

Privilegio generali, secundum sui commune, obtento, obstat rescriptum speciale, etiam de eo mentionem non faciens, h. d. secundum intellectum magis communem.

Alexander III. Senonesi Archiepiscopo. (An. 1180.)

Sicut e Romana: (& infra. a) Quatum est a nobis ex parte tua, si aliquis causa delegatis iudicibus subliato remedio appellationis committitur, & literis Apostolicis altera pars munita (quibus ei generaliter est indultum, ut libere sibi liceat appellare) in vocem appellationis proruperit, an ejus in eadem causa debeat appellacioni deferri? Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod ejus in hac parte appellatio non debet admitti, postquam est causa iudicibus appellatione remota commissa. Quia speciale mandatum derogat generali.

(a. Ecclesia omnium Ecclesiarum disponente Domino mater est, & magistra; ita & nos qui eidem Ecclesia, licet immeriti, divina dispositionis providentia praesidemus, prout Dominus nobis ministravit, consultationibus respondere cogimur singulorum, & qua videtur dubia, Apostolica circumspectionis providentia declarare. Sane)

C A P. II.

In rescripto Apostolico intelligitur clausula, si preces veritate nitantur. Et si rescriptum prohibet cause cognitionem, est de falsitate suspectum.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo. (An. 1180.)

EX parte Conventrensis Episcopi nostris est auribus intimatum, quod cum de causa, qua inter G. & F. Clericos vertitur super prebenda de Novalis e, cognoscens, legitime eidem F. (secundum tenorem literarum nostrarum, continentium, quod si constaret ipsum F. de perjurio esse convictum, & perpetuo illi renuntiasse prebendam, amoveretur ab ea, eo cognito & probato) prebendam adjudicasset eandem: ipse in vocem appellationis prorupit: & ad te quod et prebendam praecise & absque causa cognitione restitueres, literas reportavit: (& infra. a) Verum quoniam non credimus ita praecise scriptis, & in hujusmodi literis intelligenda est haec conditio, etiam si non f. apponatur, si preces veritate nitantur g: mandamus, quatenus inspectis literis, quas Episcopo predicto direximus, si inveneris, quod secundum predictum modum ei scripserimus, & in literis, quas praefatus E. reportavit, non fuerit habita mentio priorum literarum, sententiam praefati Episcopi confirmes, & se predictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad praesentiam nostram tanquam falsarium, venire compellas.

Ca. Episcopum, qui post appellationem eum prebenda sponsauerat, aut. Ap. alicui beneficium conferendi potestatem app. cessante privaret, donec per se, vel per nuncium, aut per literas suas de tanto excessu satisfacturus ad sedem Ap. accederet, & praenominatum F. si eundem F. in jam dicta prebenda praesumeret molestare, vinculo excommunicationis usque ad condignam satisfactionem constringeres.

CAP. III.

a Verba l. leges. C. de legibus. b Et eorum Interpretationibus, add. in quadam edit. Vaticana. c cap. 1. eod. tit. in 1. compilas. Post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 10. cap. 11. d Post Concil. Lateran. pars. 7. cap. 18. & cap. 2. eod. tit. in 1. compilas. e Norbale al. Nobarl. f Et si scriptus taliter: hoc est nimia occupatione contigit. g Jure civili nisi haec clausula inferatur rescripto, non valet rescriptum. l. ult. C. de diversis rescriptis.

a Ex hoc c. aperte colligitur, non valere statutum, per quod cultus divinus sine causa diminuitur, etiam si in forma communi per Papam fuerit confirmatum. b Hunc textum dixit Card. Floren. esse singularem ad hoc, quod app. confirmationis intelligit de confirmatione in forma communi. c e. statumus, infra de majoribus, & ob.

C A P. III.

Si in secundo rescripto per adversarium impetrato, non fiat mentio de primo, valet primum, & non secundum; alias valet secundum. Et si primum fuit impetratum communi consensu superius, non valet secundum impetratum per alteram partem, hoc sacro.

Idem Alexand. III. Vinsoniensi Episcopo. (An. 1180.)

Ceterum a si aliquis super aliqua causa ab Apostolica sede impetraverit literas, & adversarius ejus eandem causam postmodum obtinuerit committi aliis, de commissione priori non habita mentione: priores iudices ad decisionem causae possunt procedere, nec secunda litera obtinent alicuius roboris firmitatem. Si vero in secunda litera habeatur mentio de commissione priori, praedicta causa a priorum est exempta iudicio: cum eadem litera non sint veritate tacita impetrata. Verum si de assensu partium causa committitur, & processu temporis, vel etiam continuo, alterutra pars, altera nesciente, causam ipsam, tacito de commissione priori, alii iudici obtinuerit delegari, non immerito is, qui tali dolo vel fraude adversarium suum laborare cogit, in expensis condemnari debet eidem.

C A P. IV.

Si Papa mandas in rescripto de vobis inquiri alternative ad certum effectum consequendum, sufficit alterum probari. Idem Eboracensi Archiepiscopo. (1181.)

Inter ceteras c. consultationes tuas, fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cum aliqua sub disjunctione mandantur, quorum unum verum est, alterum falsum: ut puta si proponatur, quod si talis sit Sacerdotis filius, & in sacerdotio genitus, qui proximo in tali Ecclesia ministravit, vel quod illicite Ecclesiam occupavit eandem. Huic ergo quaestioni taliter respondemus (iudici quodcumque istorum confiterit) illi praebatam Ecclesiam adjudicari debere. Et idem in similibus observandum est.

C A P. V.

Is, ad quem rescriptum Papa dirigitur, debet illi parere, vel causam rationabilem assignare, quare parere non potest. Idem Ravennati Archiepiscopo. (An. 1186.)

Si quando e aliqua tua fraternitati dirigimus, quae animi tuum exasperare videntur; turbari non debes. (& infra. a.) Qualiter negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter consideras, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam praetendas: quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.

(a) Neque moveri, aut credere, quod personam tuam contemptibilem velimus reddere vel despiciam, quia se sic clarissimum fratrem nostrum, & immobilem columnam Ecclesiae assuentissima charitate diligimus, & honoris & exaltationis tuae desideramus modis omnibus incrementum. Nam etsi saepe fratribus & Coepiscopis nostris secundum veritatem eorum qua nobis suggeruntur, asperere & dure scripsimus: hoc tamen non ex minori affectione cogit, sed ut clamoribus querelantium secundum Deum, & officii nostri debitum satisfacere eo comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam & exhortamur assentiri, quatenus de caetero non movearis, neque turberis, nec tuus animus deiciatur, si tibi durum vel asperum scripsimus, sed sicut vir providus & discretus.

C A P. VI.

Cistercienses sunt privilegiati, quod non possunt conveniri per rescriptum Papa, nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.

Idem Cisterciensibus fratribus. f. (An. 1180. Roma in Angliam).

CUM ordinem a Cisterciensem professi: (& infra. a.) Si contra vos super decimis, vel aliis (quae ordini vestro specialiter sedes Apostolica indulgit) non facta mentione Cisterciensium ordinis, litera fuerint a sede Apost. impetratae, per eas minime teneamini respondere.

(a) Eo privilegio, quo fratres alii gaudeatis, inter vos & Clericos alios seculares super decimis quaestione suborta, tacite quod sitis Cisterciensium ordinis, contra vos, velut in Monachos alterius ordinis literas a sede Apost. impetrantes, deinde iuramentis, litigiis, sicut a vobis significantibus accepimus, & expensis difficilibus vos inquietant. Volentes ergo vobis sollicite providere: ne contra tenorem privilegiorum vestrorum possitis quorumlibet miserari vexari, auth. Apostol. vobis mandamus, ut)

C A P. VII.

Si sede vacante scribitur Capitulo, ut gerens vices Episcopi, ut praebendam alicui conferat, si creatur Episcopus nondum executo mandato, & ea eum spectet collatio praebendarum, illud adimplere tenetur. hoc dicit secundam lecturam communiter approbatam. Abbas Siculus.

Idem Tornacensi Episcopo. (An. 1180.)

EAM b te: (& infra). Dudum siquidem ante tuam promotionem litera a nobis (si bene meminimus) emanarunt, quibus Decano & Ecclesiae tibi commissae (te adhuc in eodem Capitulo existente) mandatum dedimus & praecipuum, ut P. (qui de gente Judaeorum originem duxit, & divina gratia fidem Christi suscepit) in Canonico reciperet e, & praebendam sibi conferre deberet: (& infra). Ipsi vero (quia donatio praebendarum ad te spectabat) praecipuum nostrum executioni non potuerunt mandare. Cum itaque praescriptus P. te super hoc ex parte nostra requireret, respondisti, quod nullum inde mandatum receperas, & sic cum a te infecto negotio remisisti. Quod nullatenus fecisse debere, si data literarum diligentius attendisses, cum tempore, quo litera ipsa datae fuerunt, de Capitulo ipso esses sicut qui eras Archidiaconus & Canonicus ejusdem Ecclesiae, nec esses adhuc in Episcopium consecratus. (& infra). Pro eo vero quod d. Judaeus extiterit, ipsum dedignari non debes.

C A P. VIII.

Non valet rescriptum impetratum ad beneficia, si in eo tacetur dignitas impetrantis.

Lucius III. Linconensi Episcopo. (An. 1182.)

AD aures nostras f. pervenit, quod plerumque Decani, Archidiaconi, Praeceptores, vel alii Ecclesiasticis praediti dignitatibus, & super minoribus beneficiis literas impetrantes, nomen supprimunt dignitatis suae, & simplici nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatum. (& infra. a.) Tua consultationi taliter respondemus, quod cum non sint intentionis nostrae, ut persona pluribus redivitis abundantes, per literas nostras pauperes clericos super minoribus beneficiis inquirerent, literas, in quibus auctor suae nomen dignitatis supprimit, vires nolumus obtinere.

(a) Ideoque rescripto nostro postulas edoceri, si fraus ista tacendi, praesudicium illis debeat generare).

C A P. IX.

Vales secundum rescriptum impetratum ab adversario, licet non facias mentionem de primo, si prius impetrans dolo, vel negligentia, non suis usus illo.

Idem Norwicensi Episcopo. (An. 1182.)

SI autem aliquis g. auctoritate posteriorum literarum per adversarium in iudicio tractus, objecerit lite-

a Post Concilii Lateran. p. 7. c. 9. & c. 7. eod. tit. in 1. compil. b l. 1. c. si contra jus vel ult. publ. & ibi Bald. c. Post Concil. Later. p. 43. c. 1. & c. 4. eod. tit. in 1. comp. d In 1. comp. legitur, abjudicari. e cap. 5. eod. tit. in 1. compil. f al. Abbatis Cisterciens. & fratribus Cuman. al. de Rivall.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. b Videtur esse pars c. eam se. infra. de atate & qual. ord. c. 3. eod. tit. in 2. compil. c Ivo uno habetur, in fratrem. d Vide in hunc locum Joann. Rojnam in singularibus fidei. singul. 104. e al. Vualtro Licon. Archidiacon. Al. Vison. Episcopo. f Post Concil. Later. sub Alexand. III. p. 41. c. 8. & c. 6. eod. tit. in 1. compil. g Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post. Concil. Later. sub Alex. III. p. 41. c. 9.

litteras se priores habere, de quibus in posterioribus mentio non habetur, si eis dolo, vel negligentia uti postposuerit, excusari non debet. Si autem, quia delegati iudicis copiam nequiverit habere, per posteriores litteras non poterit conveniri.

C A P. X.

Non valent rescripta, per qua incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur.

Idem. (An. 1182.)

AD hæc a sumus (& infra. α) Significatum est nobis, quosdam in provinciæ tuæ partibus tales (ut asserunt) de Cancellaria nostra litteras recepisse, per quas eorum omnia negotia unius iudicis, vel plurium (quos sibi elegerint) arbitrio committuntur: sicque fit, ut si aliquem pulsare voluerint, examen ordinarii iudicis non requirant, sed ad unum iudicem, vel plures delegatos sibi propitios, & parti adversæ suspectos, super examinanda questione decurrant: (& infra. β) Nos igitur huic morbo celeriter volentes obviare remedia, mandamus, quatenus si litteras tales in provincia tua inveneris, eas carere viribus nostra auctoritate decernas.

(α In Apostolica sede disponente Domino constituti, ut quæ contra iustitiam assentantur, nostra sollicitudine ad rectitudinem tramitem revocentur. Proinde)

(β Quod quantum sit Deo contrarium, & Ecclesiasticis sacris vel canonibus inimicum, nemo ambigit, qui vel ad medicam notitiam canonica institutionis apprehendit. Tales itaque litteras a Cancellaria nostra non credimus emanasse vel prodixisse, vel si forte prodierint, conscientiam nostram, qua diversis occupationibus impedita, singulis causis examinandis non sufficit, effugiant. Unde)

C A P. XI.

Falsa latinitas visitas rescriptum Papa, hoc dicit. Joan. Andr. concord. Abbas.

Idem. (b An. 1144.)

I. **A**D audientiam nostram e, te significante, pervenit, quod H. de sancto Stephano, super absolute sua litteras tibi (ut prima facie videbatur) Apostolicas presentavit: quibus (quoniam manifestum continent in constructione peccatum) fidem te nolimus adhibere: d

C A P. XII.

Contra secundum rescriptum non potest opponi de taciturnitate primi imperatoris per appellansem, de sua appellatione non habita mentione. h. d. Joan. Andr. concord. Abbas Siculus.

Clemens III. e (An. 1190. Roma in Angliam).

II. **E**X parte S. personæ f Ecclesiæ de Tarento nobis innotuit, quod cum capella de g Empton. ad prædictam Ecclesiam de jure pertineat, O. Diaconus (qui jam dictam capellam detinet) Capellanum ipsius Ecclesiæ nomine ipsius S. in ea ministrantem, post appellationem a se factam, amovit. Quam cum esset S. prosecutus, & ad iudices es litteras impetrasset, ipse O. appellationem suam prosequi non curavit. Cumque auctoritate iudicum in jus esset vocatus, dixit se litteras priores habere, de quibus nulla mentio in posterioribus habebatur, quas usque ad tertiam citationem suppressit, eisque dolo vel negligentia uti postposuit, quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla etiam mentio de appellatione ab ipso facta fiebat, cum biennium a tempore appellationis jam fuisset elapsum. Ideoque mandamus, quatenus si ita esse contiterit (revocatis in statum pristinum omnibus) quæ post appellationem ipsius O. inveneritis attentata, præscriptam capellam b matri Ecclesiæ restituere procu-

retis prædictam O. (si eum appellationem non fuisse prosecutum contiterit) memorato S. in expensis necessariis condemnantes.

C A P. XIII.

Rescriptum, quo scribitur pluribus cum clausula (Quod si non omnes, &c.) intelligitur tam de impotentia facti, quam juris.

Cælestinus III. (An. 1191.)

Sciscitatus es a nobis petitorio a destinato, de qua impotentia illud intelligatur (quod in literis nostris sæpe consuevit apponi) ut si duo vel tres, quibus literæ dirigitur, ipsis exequendis simul interesse nequiverint, unus aut plures, b quibus scribitur, nihilominus exequantur. Nos vero ita sentimus, quod tam de jure, quam de facto, illa impotentia censetur: de jure, si aliquem illorum servum, vel insanem, aut alio legitimo impedimento detentum esse contiterit: de facto, si contiterit eum casu mortis occumbere, aut inevitabilis necessitatis articulo impediri, quo minus valeat interesse. Dummodo is, qui pro necessitate præsens esse non potest, collegis suis canonicè excusationem suam curet (si poterit) destinare: ut alii conjudices vel executores nihilominus ad consummationem injuncti mandati procedant. Nec enim ille, qui tantummodo non vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valeat aliquatenus excusari: nisi forte sic in rescripto habeatur expressum, si non omnes interfuerint, vel simul nequiverint, aut noluerint interesse.

C A P. XIV.

In questione revocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si iudices in cognitione sibi non deferant, nec invicem concordent. h. d. usque ad §. Quoniam.

Innocent. III. Eienſi Episcopo. (An. 1198.)

Paroralis officii: d (& infra. e) Præterea e quaſiſſi (quando de revocatione litterarum ambigitur) utrum iudices priores, an posteriores cognoscere debeant, & utrum per secundas sint primæ literæ revocata. Ad quod tibi respondemus, quod nisi posteriores prioribus, vel e converso duxerit deferendum, simul utrique cognoscant: f & si forte nequiverint simul in unam sententiam concordare (quamvis plures sint ex una parte, quam ex altera) per arbitros communiter electos a partibus hujusmodi concertatio sopiatur.

Per generalem clausulam positam in rescripto, delegatus ante expressionem personarum, vel rerum, jurisdictionem habet in habitu, & non in actu. Et speciales literæ derogant literis generalibus super non specificatis in eis, quantum de illis nullam faciunt mentionem. Abb. Sic.

Quoniam autem sub hujusmodi forma, videlicet causam, quam talis adversustalem, & quosdam alios super hoc, & quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendam, a nobis multoties literæ impetrantur: sollicite quaſiſſi, an iudex ex delegatione hujusmodi, ante personarum, vel rerum expressionem, super personis, vel rebus exprimendis habeat potestatem: adjiciens, utrum, si antequam personæ vel res expressæ fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori, sed generaliter comprehensis speciales literæ (quæ de priori commissione nullam faciunt mentionem) ad alios iudices a sede Apostolica emanaverint, eandem vigorem debeant obtinere? Nos igitur ad hæc duotally respondemus, quod (cum generali per speciale procul dubio derogetur) g jurisdictione per

a Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. b In veteri adscribitur Innocentio III. c cap. 5. eod. tit. in 2. compil. d Quibus & quot modis rescripta videntur, tradunt DD. in l. 7. C. de diversis rescriptis. e Sic in 2. compil. Clemens III. Abbasibus de Ofen, & de Herber. & Priori sancta Frida. f cap. 8. eod. tit. in 2. compil. g al. Uperone. h Ecclesiam.

a Cap. 9. eod. tit. in 2. compil. b Vide DD. in e. illa de elec. Sp. in sis. de leg. §. nunc ostendendum. versic. 18. ubi dicitur, quod Supplex iuris positivi defectum. c. l. inde Notarius. §. fin. & ibi gloss. ff. ad leg. Aquile & l. confessio. nibus. iuncta glossa. D. de inter. in iur. d Quæ hic defunct. reperies inf. de offic. & pot. Judic. del. c. pastoralis. e Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. f l. si quis ex aliena. D. de iudicis. §. l. in toto. ff. de reg. iur. Barr. in l. Maximo. de legat. 2. & l. 1. in princ. de nov. oper. nunc.

per generales literas attributa, per speciales (quantum ad ea, quae specialiter exprimuntur) penitus enervantur, licet de prioribus non faciant mentionem: unde superflua relinquuntur prima quaestio, etsi merito dici possit, quod donec iurisdictione revocetur, eam super rerum, vel personarum articulis exprimentis obtinet delegatus, sed antequam exprimantur personae, vel res, delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi exercere.

C A P. XV.

Per generalem clausulam, quidam alii, & res alia: multitudo effrenata non includitur, nec persona, nec res majores expressi, sed pares, vel minores.

Idem Senonensi Archiepiscopo. (An. 1198.)

Sedes Apostolica a consuevit exhibere se petentibus liberalem: sed quidam ejus gratia nequiter abutuntur: (& infra. α) Nos igitur volentes eorum malitiis obviare, decernimus, ut cum in commissionibus nostris minores & viliores personae solummodo designentur, majores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed nec liceat occasione generalitatis huiusmodi multitudinem effrenatam in iudicium evocare. Nec super majores & gravioribus negotiis audiantur, qui de minoribus & levioribus tantum faciunt mentionem. Si quis vero aliquas personas expresserit, non ut velit cum eis in iudicio experiri, sed ut ad pares transire valeat, vel b minores (quia fraus & dolus ei patrocinari non debent) tanquam mendax preceptor e careat penitus impetratis.

(α Dum quod ipsa de benignitate concedit, ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes, in commissionibus omnibus nostris minores vel viliores personas propriis nominibus exprimunt, majores autem & digniores specialibus vocabulis non designant, sed eas sub quodam generali: in voluero comprehendunt, ut commissiones ipsas a nobis facilius impetrent sub hac forma: congeritur talis de isto vel illo, & alii quibusdam propriis nominibus exprimentis, qui eis super tali negotio & quibusdam aliis rebus, injuriosi nimis & graves existunt.

C A P. XVI.

Qui contra unum super eodem ad diversos iudices diversa rescripta impetrat, & eis utitur, perdis commodum utriusque.

Idem R. Cantori, & R. Priori de Monte

Leprosorum. d (An. 1205.)

EX tenore R. literarum, quas nobis destinasti, intelleximus R. Sacerdotem de Collovilla f. ad alios iudices super quaestione (quae inter ipsum Abbatem de Becco vertitur) literas Apostolicas impetrasse, qui cum partem citassent adversam, dictus Presbyter coram eis noluit litigare: (& infra. α) Cumque vos in causa cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis proposuit, quod non tenebatur per directas ad vos literas Presbytero respondere, cum per alias ab aliis iudicibus fuisset citatus, quae auctoritate illarum non fuerant revocatae. Nos igitur attendentes fraudem Presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent) decernimus, ut ipse commodo careat utriusque.

(α Postmodum vero idem Presbyter super eodem negotio nobis nostras literas praesentavit, in quibus de prioribus mentio non fiebat.

C A P. XVII.

Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b Vel descendere ad minores in uno manuscr. c In impressis, peccator, male, sed ex omnib. manuscr. reposuimus, peccator, facit inf. ead. tit. cap. super literis. d l. et si. C. si contra jus vel util. publ. d Additur in 2. comp. e Joanni de Sagio Canonico Rotomagensi. A. Idem R. Cantori Rotomagensi & R. Priori, & c. e. s. eod. tit. in 3. compil. f Cozevilla

Idem Mediolanensi Archiepiscopo. (An. 1199.)

CUM a adeo scripta sedis Apost. moderemur: (& infra. α) Scripsisti nobis, quod cum P. Clericus in Ecclesia Modicensi sufficientem sibi sit praebendam adeptus, mirabaris, quod pro receptione ipsius in Ecclesia de Gronzola, Praeposito & fratribus ejusdem Ecclesiae literas miserimus: cum si literarum nostrarum seriem attendisses, nihil invenisses in eis, quod debuisset tuum animum offendisse. Cum enim in literis nec de praebenda ipsius mentio haberetur, nec Modicensis Canonicus, imo nec Clericus diceretur in eis: & in literis ipsis haec esset adjecta conditio: Si dignus existeret ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum: intelligere potuisses, qualiter literae ipsae fuerant impetratae.

(α Ut ex certa scientia nihil in eis faciamus apponi, quod de jure debeat reprehendi, miramur non modicum & movemur, quod quotiens ad te vel ad aliquos tibi subiectos nostras literas destinamus, se super his mirari rescribis, ac si mandarem us aliquid inhonestum.

C A P. XVIII.

Ordo rescripti interpretationem recipit a jure communi.

Idem b electo Decano, & N. Canonico Cameracensi.

(An. 1198. Roma in Belgium.)

Causam c, quae inter Praemonstraten. & Framon. d Ecclesias super possessionibus de Anapia vertitur: (& infra. α) Sed quia in literis animadvertimus fuisse insertum, quod si alterutra partium citata legitime, praesentiam vestram adire, vel iudicio vestro parere contemneret, vos praesentis partis probationes recipere, & quantum de jure poteritis, in causa cognitione ac decisione procedere minime tardaretis. Nos volentes, ut clausula illa (quantum de jure poteritis) quae, antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerit inferenda, clausulam illam de receptione probationum praecedat: mandamus, quatenus ipsam intelligentes ibidem in causa juxta tenorem literarum procedere non tardetis: provisum, ut si literarum auctoritate priorum, in eodem negotio legitime est processum, firmum & stabile perseveret, alioquin si occasione clausulae memoratae aliquid confiteret in alterius partis praedictum attentatum, id viribus decernimus caritum: mandantes, ut in decisione ipsius negotii (sicut praesens est) tam super principali, quam super incidentibus quaestionibus, appellatione remota, canonice procedatis.

(α Super possessionibus de An. discretionis vestrae commisisse meminimus).

C A P. XIX.

Non valet impetratio in Ecclesia numerata, non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus Canonicorum, licet non frangatur numerus praebendarum: & processus inde factus est nullus, hoc dicit ad intellectum. Pannor.

Idem Archiepiscopo Senonensi. (An. 1198.)

Constitutus f. apud sedem Apostolicam P. Clericus proposuit, quod cum C. p. n. g. Decano, & Capitulo Bituricensi dederit in mandatis, ut ipsum reciperent in Canonicum & in fratrem, & praebendam ei conterrerent, si qua tunc in eorum vacaret Ecclesia, vel proximo b vacaturam: & ipsi cum i. mandatum ejus admittere non curassent, eis praecipiendo mandavit, ut quod mandaverat, adimplerent: sibi super hoc executoribus deputatis: (& infra.) Verum pars h. adversa respondit, quod cum in Bituricensi Ecclesia certus esset numerus Canonicorum institutus, firmatus iurjurando, & per Roman. Pontificem confirmatus, & de hoc memoratus P. non fecit.

a Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. b Idem Abbati de Aleobitia F. & P. Monachis Aleobitatis, ut habet 3. compil. al. electo Decano & M. Canonico. c e. 2. eod. tit. in 3. compil. d Praemacensem. e Additur in 3. compil. & S. Mariae in viata, S. Apost. Legato. f cap. 9. eod. tit. in 3. compil. g Caesarius praecessor noster. al. ita, G. Papae. n. h proximum. Haec distio, cum deest in manuscr. & altera.

fecisset in suis literis mentionem: intelligendum erat eic- cum venisse prædecessorem nostrum, & dictas literas veritate tacita impetrasse: (& infra. a) Discretionis a vestra mandamus, quatenus si legitime vobis contiterit numerum Canonicorum, (qui nunc est in eadem Ecclesia) per Decanum & Capitulum ejusdem Ecclesie juramento firmatum, antequam prædictus Clericus literas executorias impetrasset: quicquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis: alioquin ei faciatis in eadem Ecclesia præbendam (si qua vacat) sublato cujuslibet appellationis obstaculo, assignari.

(& licet enim cum in aliqua Ecclesia certus statuitur numerus, hac apponatur conditio, vel intelligatur apponi, salva sed. Ap. auctoritate: non tamen eras credendum, quod cum ex certa scientia contra juramenta eorum recipi mandavisset, cum de hoc in suis literis nihil fuisset expressum.

C A P. XX.

Difficile & famosum c. & est clavis totius tituli. Et h. d. in summa: *Exprensio falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiose, caret prorsus impertratis. Sed si per simplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuisse, vero expresso, & suppresso falso, saltem literas in forma communi, & delegatus procedat servato juris ordine, & non speciali forma rescripti, secus si nullo modo literas habuisset.*

Idem A. Canonico Pictaviensi b (an. 1201.)

Super literis c quæ ab aliquibus ex malitia, & a non nullis ex ignorantia (tacita veritate, vel suggesta falsitate) impetrantur a nobis, diversos intelleximus diversa sentire, aliis asserentibus, eos debere prorsus carere omni commodo literarum, cum mendax precator carere debeat penitus impetratis: aliis vero dicentibus, quod etsi forma carere debeant in literis nostris expressa, nihilominus juxta rigorem juris sit a delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos qui per simplicitatem vel ignorantiam literas a nobis impetrant, hujusmodi credimus discretionem d adhibendam, ut hi, qui priori modo falsitate xprimunt, vel suppressum veritatem, in tua perveritatis poenam, nullum ex illis literis commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa? nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus saltem in forma communi literas dedissemus e, delegatus non sequens formam in literis ipsis appositam, f secundum ordinem juris in causa procedat. Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, literæ fuerint impetratæ, quæ tacita vel expressa nos nullas prorsus literas dedissemus, a delegato non est aliquatenus procedendum g: nisi forsitan eatenus, ut partibus ad suam præsentiam convocatis, de precum qualitate cognoscat: ut sic in utroque casu, eadem ratio, quæ delegatam moveret, moveat etiam delegatum: & ubi delegans suas literas denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

C A P. XXI.

In causa monasterii convenitur Abbas per rescriptum, in quo nulla sit mentio de Conventu: nec propter hoc appellari potest, nisi Abbatis & Conventus bona essent distincta omnino.

Idem Abbati & Conventui Pramonstratensi.

(an. 1204.)

Edoceri a postulatis a nobis, utrum per literas adversus Abbates (nulla mentione habita de suis Conventibus) impetratas, teneantur Abbates ipsi super causis (quæ ad conventus pertinent, & eosdem) ipsi querelantibus respondere: ac licet inhibita sit appellatio, per appellationis objectum possint (ne respondeant) se tueri. Super quo duximus respondendum, quod (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt; quo minus debeant auctoritate literarum hujusmodi legitime respondere: Cum ex officio suo teneantur congregationum suarum negotia procurare: Nisi forte Abbatis & Conventus negotia essent omnino discreta.

C A P. XXII.

Processus factus per literas surreptitias irritatur: sed factus contra formam rescripti, irritus nunciatur.

Idem Archiepiscopo & Magistro VV. Canonico

Magdeburgensi (an. 1209.)

Cum dilecta b in Christo filia R. Custos Hefiensis e Ecclesie, ac procurator G. Monialis, super electionibus in eadem Ecclesia celebratis, litigaverint aliquandiu coram nobis: (& infra.) Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech. d & suos conjudices impetratas, fuisse per subreptionem e obtentas, cum in eis illius articuli, videlicet f, de subtractorum resignatione, fuerit præter conscientiam nostram cognitio demandata, qui in prioribus literis ad Scholasticum g Hildesensem, conjudices suos obtentis, insertus fuerat: de quibus in secundis literis mentio non fiebat: & ideo, quod ipsarum literarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. Dictum insuper Scholasticum, & conjudices suos invenimus minus provide processisse. Cum enim in literis nostris eidem principaliter mandaretur, ut ad prædictam Ecclesiam personaliter accederent, personæ idoneæ administrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus ejus fieret hinc inde resignatio subtractorum: ipsi formam mandati Apostolici transponentes, illo capitulo prætermisso, de aliis articulis inordinare plurimum cognoverunt: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac juris ordinem attentatum, irritum decernimus & inanem. Ideoque mandamus, quatenus G. & quibusdam aliis fororibus Ecclesie (sicut iustum fuerit) restitutus, & forma mandati nostri exacta diligentia observata, in negotio ipso ratione prævia procedatis.

C A P. XXIII.

Valet secundum rescriptum, licet de primo non facias mentionem, quo uti velis impetrans intra annum.

Idem.

Per unum h contingit, quod aliqui nostris literis impetratis, illis uti multo tempore postponentes, tunc demum eas exhibeant, cum aliarum auctoritate, ab eis, contra quos primitus literas impetrant, coeperint conveniri: dicentes, posteriores literas non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem. Cum igitur non sit malitiam hominum indulgendum, statuimus, ut si quis nostras literas impetrans, intra annum postquam copiam iudicium habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit ut eis, auctoritate posteriorum literarum valeat conveniri, licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

CAP.

*a In vulgatis male, dominationi, cum constet legendum, discretioni. b al. Idem A. Amario Can. S. Hilarii Pictaviensis c. 10. eod. tit. in 3. compil. d distinctiorem habendam. e Vide l. 1. c. Si contra jus vel util. publ. & ibid. Bald. f sed g Vide l. Mutus. cum gloss. 2. ff. de proc. & ff. de pet. her. l. Si possess. & l. si quid possess.

a al. nobis per literas edoceri postulastis, c. 12. eod. tit. in 3. compil. b cap. 12. eod. tit. in 3. collect. c al. Heronensis. Al. Heriasensis. d al. Reuane. e id est, tacendo verum, vel exprimendo falsum. f sic legendum in ver. de subtractorum resignatione, vel subtractorum restitutione. g Maaonensem. h Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.

C A P. XXIV.

Si a Delegato aliquod mandatur Ordinario, debes humiliter exequi. Sed si alius Delegatus per alias literas post executionem mandas contrarium, vel si ante executionem innoverit Ordinario, inter Delegatum, qui mandavit, & alium, contensionem esse de jurisdictione, facias sibi utratrumque literarum copiam exhiberi: non ut jurisdictionabiliter cognoscas, sed ut se informes, an per secundas revocentur prima: & si prima revocentur, exequatur secundum mandatum. Si autem non revocentur, vel de hoc dubites, non exequatur secundum mandatum, donec contensio de jurisdictione terminetur. Abb. Sic.

Idem Innocent. III. Rothomagensi Archiepiscopo.

(an. 1211.)

Cum a contingat: (& infra.) Præterea cum quidam super aliquo litigantes, ad diversos iudices literas impetrant, quorum quidam obtenti a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denunciis excommunicationis sententiæ subjacere, aliis iudicibus postmodum tibi injungentibus, ut eandem denunciis absolutam: quaris, an utrisque, an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte? Super quatuor prudentiæ respondentes, credimus distinguendum, an cum primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsitan innoverit, inter illos & alios super jurisdictione discordiam fuisse, an super hoc nihil omnino seivisti. Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi penitus innoverit, cum primum mandatum recipere te contigit, illud debes humiliter executioni b mandare. Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandatur, tunc literarum ad utroqueque se de Apostol. obtenturam copia postulata (quas tibi auctoritate presentium districte præcipimus exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter (ita quod non sit aliquatenus hæsitandum) quod literæ, quæ ad illos, a quibus secundum mandatum recepisti, impetratæ noscuntur, expresse revocent literas aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi secundo loco mandatur. Si vero ex literarum inspectione manifeste tibi constet, quod literæ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime revocantur: secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cuiusdam nostræ constitutionis tenorem inter eos hujusmodi concertatio sopiatur. Et idipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, tibi forsitan innoverit, quod inter se super jurisdictione demandata cœperint disceptare. Cæterum in his omnibus puram & providam te convenit intentionem habere: ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandum non est: vel etiam ad exequendum te asseras esse certum, ubi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur potestas, ut inter Delegatos, aut partes, de jurisdictione debeas judicare. c

C A P. XXV.

Quando in rescripto plura narrantur, diversos effectus operans, non sufficit impetranti alterum solum probare, ad utrumque effectum consequendum.

Idem Magistro G. & P. de Firmisca.

(an. 1213.)

Lim e ex literis sancti Nicasii Rhemensis f, Sargiensis, & Vallis regie Abbatum fuit nostris auribus in-

a Cap. i. eod. tit. in 4. compil. b Quod si non feceris, poteris compelli ad exequendum. c pastoralis. inf. De off. delegat. c Add. concor. in l. qui procurator. in gloss. 1 ff. de procur. & in l. a divo. Pio. & ibi Barr. & doctores. ff. de re judic. d al. Idem de Vallibus Magistro G. & P. de Firmisca. al. de Simiis canonice. e c. 2. eod. tit. compil. f al. Rermanensis, Sarginensis. Alias Signiacensis. & est diocesis Rhemen. al. Sargin.

timatum, quod cum ad eos semel & iterum a nobis literæ processissent, super eo videlicet, quod P Clericus sancti Remigii, parociam de Salice (quam R. de Clivo per interpositam personam sibi collatam fuisse proposuit) detinebat, ipsi partes semel, secundo & tertio citaverunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit, per se vel per responsolem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes; fecerunt fructus parociae sequestrari. Cumque postmodum idem P. accedens ad eos se juri promiserit paritum, ac obtinuerit se absolvi: ipsi absolutionis literas concedentes, diem ei assignaverunt & locum, quibus coram eis, quod promiserat, adimpleret: qui diem & locum ex literis illis radens, in loco a rasura scripsit, quod ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant; quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per literas) est confessus. Nos igitur, cum tantæ temeritatis excessus falsitatis scupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, ut (si esset b ita) ipsi præsumptori super dicta parocia perpetuum silentium imponentes, præfato R. de Clivo assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verum sicut vos per vestras nobis literas intimastis, cum dictus R. Rasuram præfata coram vobis per testes idoneos probavisset, & ob hoc postulasset sibi strictam Ecclesiam assignari: vos utrum c clausula illa (si esset ita) de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasuræ deberet intelligi, dubitasti. Nos igitur respondemus, quod clausula illa ad omnia debet superiora referri, ad hoc ut ipsi R. præfata Ecclesia conferatur: quia licet vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super Ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem hujusmodi perpetravit, non tamen propter hoc eadem Ecclesia est adversario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides.

C A P. XXVI.

Non valet rescriptum super restitutione beneficii impetratum, quod de causa excommunicationis & amonitionis impetrantis non facit mentionem.

Item Episcopo Imolen. (an. 1214. Roma in Romandiolam.)

1. Dilectus d filius Abbas sancti Stephani Bononiensis, per suas nobis literas intimavit, quod cum ipse (cui visitationis officium in civitate ac diocesi Bononiensi commisimus) B. & A. Presbyteros ab Ecclesiis suis (propter eorum graves & manifestos excessus) duxerit amovendos: iidem super restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrarunt, de amonitionis suæ causa, & excommunicationis, & quæ tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionem, (& infra. a) Nos igitur fraternitati tuæ mandamus, quatenus (si est ita) literas ipsas, tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere decernas.

(a Procuratoribus igitur, vicinorum & Ecclesiarum ipsarum exceptiones in tua presentia proponentibus anceditis, tu supersedendum hujusmodi negotio decrevisi, donec super hoc nostra voluntatis beneplacitum recepisses.)

C A P. XXVII.

Per literas justitia non sentitur Episcopus providere habenti perpetuam Vicariam, vel sufficiens patrimonium. Nec valet litera gratia ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuam Vicariam, hoc dicit comprehendendo utrumque intellectum.

Idem Episcopo Veratimensi, f (an. 1214.

Roma in Poloniam.)

Postulasti g per sedem Apostolicam edocesi, utrum aliquis

a al. in locum rasura rescripsit. b Adde, quod si ista clausula desit in aliquo rescripto, illud præsumitur esse falsum. Archiepiscopus diac. & DD. in c. cordi. de app. in 6. c Vos de clausula illa, si ita est. d c. 3. eod. tit. in 4. compil. e Sententia in quibusdam antiquis. f al. Veratimensi. g c. 4. eod. tit. in 4. compil.

cujus Ecclesie perpetuo Vicario de proventibus Vicarie, bonisque paternis, habenti, unde valeat commode sustentari, teneatis per illam formam communem (cum secundum a Apostolum) in Ecclesiastico beneficio providere. Ad quod sic duximus respondendum, quod cum per formam prædictam necessitatibus pauperum Clericorum (qui nullum sunt Ecclesiasticum beneficium assecuti) sedes Apostolica duxerit succurrendum: perpetuus Vicarius (nisi de Vicaria fecerit mentionem) commodum reportare non debet de hujusmodi literis, utpote veritate tacita impetratis. Non enim beneficio carere debet dici, cui contemperer de perpetua Vicarie proventibus est provisum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio, de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem.

C A P. XXVIII.

Per literas Apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dies extra suam diocesim, nisi de consensu partium litera fuerint impetrata. hoc dicit, usque ad §. et alii.

Idem in Concilio generali. b (an. 1215.)

Nonnulli gratia sed. Apostol. abutentes, literas ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere, vel importunitatem auctoris redimere compellatur. Cum autem per judicium injuriis aditus patere non debeat (quas juris observantia interdicit) statimus, ne quis ultra duas dies extra suam diocesim per literas Apostolicas ad judicium trahi possit. Nisi de assensu partium fuerint impetrata, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Non valent litera ad lites impetrata, sine speciali mandato Domini, nisi impetrentur per consensum personam h. d.

§. 1. Sunt & alii, qui se ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel sopitas possint fuscitare querelas, vel novas immittere quaestiones, fingunt causas, super quibus a sede Apostolica literas impetrant, absque Dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molestetur) aut actori (ut per ipsas adversarium indebita molestatione fatiget) venales exponunt. Cum autem lites restringendæ sint potius, quam laxandæ, hac generali constitutione sancimus, ut si aliquis super aliqua quaestione de cætero, sine speciali mandato Domini, literas Apostolicas impetrare præsumpserit, & literæ illæ non valent, & ipse tanquam falsarius puniatur. Nisi forte de illis personis extiterit, a quibus non debet exigere de jure mandatum.

C A P. XXIX.

Si occasione duorum rescriptorum, unus scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis, contenditur: non iudex super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validitate appellationis.

Honorius III. Cantuariensi Archiepiscopo & consuevit iudicibus suis. (an. 1220.)

Illectus filius I. Sarracenus Clericus exposuit coram nobis, quod cum Jordanus Clericus Dumeliensis e ipsum super Ecclesia sancti Nicolai Dumeliensis coram nobis auctoritate literarum nostrarum traxisset in causam: ex parte ipsius Jordani fuit excipiendo propositum, quod auctoritate ipsarum literarum non poterat conveniri, eo quod ultra duas dietas a diocesi, (ubi prædicta Ecclesia erat) contra statuta Concilii generalis (de quo in eisdem literis non fiebat mentio) distabatis d: Et quia hujusmodi exceptionem admittere denegantes, procedebatis in causa (pro eo quod idem J. e in Rophensi & E-liensi diocesi beneficia obtinet, quasi ex hoc domicilium

intelligeretur habere) ipse ad nostram audientiam appellavit: (& infra. a) Cumque idem J. appellationem interpositam prosecutus, ad Eboracens. Archiepiscopum, & ejus collegas, super præmissis literas impetrasset: vos in causa ipsa nihilominus procedentes, eisdem judicibus ne in commissio sibi procedant negotio, inhiberitis. Quocirca mandamus, quatenus (si est ita) causæ superfedatis eisdem, cum non vos, sed dicti iudices cognoscere habeant, ad quos jurisdictionis debet pertinere.

(Vos ejusdem appellatione contemptra partem alteram mittendam in possessionem ejusdem Ecclesie causa custodia decretivisti.)

C A P. XXX.

Si plures impetrant in eadem Ecclesia, statim data, ut primus impetrans præferatur, & solus admittatur. Ita communiter summans dicit. Et procedit istud summarium, secundum opinionem communem, que hodie in vultu propter jura nova.

Idem Episcopo & Archidiacono Legion. (an. 1220.)

Capitulum sanctæ crucis Cameracensis exhibita nobis petitione monstravit, quod Callimacho Clerico super præbendali beneficio in eorum Ecclesia obtinendo, literas nostras ad eos prius monitorias, & demum præceptorias impetrante, B. Clericus contra eos super consimili beneficio in eadem sibi Ecclesia conferendo, ad I. Archiepisc. Tornac. & ejus collegas de prædictis literis non habita mentione, executorias a nobis literas impetravit: qui post appellationem ad nos interpositam, in eos suspensionis & excommunicationis sententias protulerunt: ac dictus a C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra: qui tulerunt suspensionis & excommunicationis sententias in eisdem a. Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in Canonicum & fratrem, assignatoque sibi beneficio præbendali, qui ad eos prius mandatum Apost. reportavit, præfatas sententias juxta formam Ecclesie relaxetis: alteri super præbendali beneficio in eadem Ecclesia silentium imponentes.

(a Unde nobis humiliter supplicavit, ut eum in eadem Ecclesia tantum XII. sint præbenda, & ob hoc sine magno gravamine simul providere possunt, utriusque sacerdotis eadem sententias relaxari, & provideri alteri eorum in eadem Ecclesia de præbenda, præsertim, cum in utriusque literis clausula illa continetur inserta, nisi de mandato nostro eadem Ecclesia foret in alterius receptione gravata.)

C A P. XXXI.

Si habens literas Papa ad beneficium, eis propter annum pensionem renunciat, non valent litera beneficiales per eum hoc tacito impetrata.

Idem Biterreense Archiep. Apostol. sedis Legato (an. 1223.)

II. **A**D audientiam nostram, (et significante,) pervenit, quod quidam Clerici obtentis a sede Apostolica literis super provisione sua in aliquibus Ecclesiis tibi subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia, ab eorum impetratione desistunt, renunciantes beneficio literarum: (& infra. a) F. t. mandamus, quatenus eos, qui post literas taliter venditas, alias (de illis mentione non habita) impetrabunt de cætero, vel hæcenus impetraverint: carere decernas commodo eatundem, & Ecclesias non permittas earum occasione vexari: revocando in irritum, si quid earum prætextu inveneris esse factum.

(a Demum ad sedem Apostolicam accedentes super sua provisione obtinent: alias literas ab eadem de literis antea impetratis non habita mentione, & sic gratia Apostolica benignitatis abutentes, Ecclesias multipliciter inquietant. Ne igitur sales de sua circumventionis astutia gloriantur.)

C A P. XXXII.

Receptus per literas Apostolicas, lites præbendam expectes, per alias literas hoc suppressentes in alia Ecclesia recipi non debes. hoc dicit, inhærendo verbis literæ.

Greg.

a Dicitur R.

a Infra de præbend. cum secundum Apostolum. b Lazerans. c. 37. de liter. non impetrand. &c. c al. Dulmensis. al. Dunedienfis. d In nonnullis manuscriptis legitur, citabatis. e Jordanus.

Greg. IX. Mediolanensi Archiepisc. (an. 1227.)

IN nostra propofuiti prefentia, quod nonnulli Clerici a fede Apofol. plures literas (non tamen alias de alijs mentionem facientes) impetrant fraudulenter, quod in pluribus Ecclefijs admittantur: hecque aliquando in alijs recepti, licet nondum in eis Ecclefiafticum beneficium fine afcicuti, alias Ecclefijs fuper receptione fua nihilominus impetrant & moleftant a: (& infra.) Mandamus, quatenus eos Clericos Ecclefijs, in quibus recepti funt, faciens efle contentos, non permittas alias ab eis occasione literarum hujufmodi moleftari. Nifi de receptione forte fua expreffam fecerint mentionem.

C A P. XXXIII.

Non valet refcriptum, quod procurator revocatus & de hoc certificatus, extra iudicium impetravit: fecus tamen fi in iudicio: dummodo revocatio ad notitiam adverfarii vel iudicis non pervenit. hoc dicit, fecundum lecturam magis communem.

Idem Epifcopo Silvanenfi, & Ablati Caroli Iori. b (an. 1228.)

III. **E**X parte Decani & Capituli Laudunenfiſ fuit propofitum, quod cum ipſi auctoritate Apofol. indulgentia in noſtilem virum I. excommunicationis ſententiam protuliſſent, procuratoribus partium propter hoc ad ſedem Apofol. accedentibus, & hic fuper diverſis articulis contentata, nos cauſam vobis commiſimus terminandam, hoc adjecto, ut non obſtarent litera prater aſſenſum partium impetrata. Diſtus autem nobilis citatus propofuit, quod per illas literas procedendum non erat, ex eo quod V. qui eandem literas impetraverat, falſus extiterat procurator, cum ipſe ante impetrationem literarum ipſarum, propter ſuſpicionem, quam contra eundem conceperat, mandatum ſibi traditum revocaſſet. Eis igitur proponentibus ex adverſo, quod ad nos vel ad ipſos hujufmodi revocatio non pervenit, vos quod deberetis per literas ipſas procedere, per quamdam interlocutoriam protuliſtis: (& infra.) Petente itaque procuratore ipſorum, ut infpiceretis predictam indulgentiam, procurator ipſius nobilis ex adverſo reſpondit, quod non erat per jam dictas literas procedendum, exhibens alias quafdam poſteriori impetratas, inter alias continentes, ut ſi de partium voluntate procederet, cauſam terminaretis eandem: alioquin ipſam ſufficenter infirmitatem remitteretis ad ſedem Apofol. examen, cum indulgentia memorata. Quas literas ipſi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V. & poſt revocationem mandati fuerant impetrata. Quia vero juxta generalis ſtatuta Concilii, Apofol. literas, quas ſine ſpeciali mandato Domini quis impetrat, valere non debent, niſi ſit de illis perſonis, a quibus non eſt exigendum de jure mandatum: mandamus quatenus ſi revocatio mandati ad procuratorem pervenit (cum minus valere debeant litera, quae impetrantur ab illo, a quo mandatum Dominus revocavit) in negotio e juxta priorum continentiam literarum, non obſtantibus poſterioribus, procedatis.

C A P. XXXIV.

Refcriptum impetratum contra hominem alicujus dioceſis, non extenditur ad hominem ejuſdem nominis alterius dioceſis.

Idem Decano & Magiſtro. G. Canonico Leodienſi. (an. 1228.)

Significante V. nos noveris accepiffe, quod cum R. contra V. Rhemenſis dioceſis fuper quibusdam pannis & alijs ad iudices literas impetraſſet, idem V. excipiendo propofuit, quod cum idem non de Rhemenſi, ſed de Leodienſi dioceſi exiſteret, per hujufmodi literas (cum de dioceſi Leodienſi non facerent a aliquam mentionem)

a Videt. i. §. ſed ſi quis. D. de Carb. ed. & D. de lib. cauſ. l. ordinata. b in multis antiquis ita, & Abbati Compedien. c in uno antiquo, in negotio iſto. d faceret.

conveniri de jure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem hujufmodi admittere denegarunt, noſtram audentiam appellavit a. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum, &c.

C A P. XXXV.

Per Refcriptum impetratum contra homines dioceſis, non poſſunt conveniri homines civitatis.

Idem Priori ſancti Laudunenſis, & Suocentori Rothomagenſi. (an. 1228.)

Rodolphus Clericus rector Eccleſiae ſancti Chriſtophori de civitate Sagienſi, ſua nobis infiruatione monſtravit, quod cum Magiſter R. eum per quafdam literas contra Epifcopum Sagienſem, & quofdam alios Sagienſis dioceſis, fuper redditibus & rebus alijs impetratas a nobis coram iudicibus fuper eadem Eccleſia per generalem clauſulam (quidam alii) conveniſſet: idem rector propofuit excipiendo, quod cum eſſet de civitate Sagienſi, & ſub eadem clauſula nullus de civitate ipſa intelligitur incluſus, conveniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem hujufmodi recuſarunt admittere, noſtram audentiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocetis in irritum, &c.

C A P. XXXVI.

Si conveniendus per clauſulam, moriatur re integra, ſucceſſor conveniri non poſſit.

Idem Abbati ſancti Jacobi. (an. 1229.)

Significavit nobis Comitiffa Namurenſis, quod cum mor tuo Comite fratre ſuo, ipſa in ejuſ ſucceſſerit Comitatu, G. & B. per quafdam literas Apofolice contra Tulen. Epifcopum, & quofdam, alios Clericos & Laicos, impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obſtenta fuerant) fuper quadam ſumma pecunia, quam eidem fratri ſuo ſe mutuale dicebant, per illam generalem clauſulam, (quidam alii) (quia in predicto Comitatu ſucceſſerat) conveniunt: excipiente itaque procuratore ſuo, quod cum adhuc frater ejuſdem mulieris vive ret, quando eadem litera impetrata fuerunt, nec per ipſas, dum viveret, fuerat ad iudicium evocatus, eam auctoritate non poterat conveniri. Et quia iudices exceptionem non admittentibus ipſius, noſtram audentiam appellavit. (& infra.) Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum, &c.

C A P. XXXVII.

Non valet litera executoria, in quibus impetrans ſuſſo dixit monitorias praeciſſe.

Idem Abbati ſancti Viktoris. (an. 1229.)

EX infiruatione Epifcopi Ambianenſis accepimus, quod I. Clericus fuper ejuſ proviſione, ad ipſum praecceptorias, & poſtmodum ad vos b executorias contra cum literas impetravit. (& infra.) Quocirca mandamus, quatenus ſi nulla monitoria fuper hoc praeciſſerint, executorias ſuperſedeatis eidem, dummodo eadem executoria de monitoriis fecerint mentionem: alioquin in executionis negotio, juxta directam ad vos pro ipſo mandatum, ratione praeva procedatis.

C A P. XXXVIII.

Ceſſantibus clauſulis in dubio, Papa non intendit gravare eundem collatores fuper proviſione duorum: ideo ſecundus impetrans repellitur, ſive primus expetret, ſive ſis jam gratiam conſecutus. hoc dicit ſecundum intellectum gloſſae.

Idem Novienſi Epifcopo. (an. 1229.)

Mandatum Apofoliticum ad te directum, ut Magiſtrum S. faceres in Canonico recipi, & in fratrem Novien-

a Vide & l. a procedente. & ibi Bart. C. de dilat. b ad duos loquitur, ad Abbatem & Epifcopum. Ne putes erratum eſſe, & pluralis locutio duorum numero conſiſtere poſſet. 4. q. 3. §. ubi numerus. verum rectius loquitur Abbati S. Viktoris, & collegio, alias non ſubaudiret in plurali. c. quam gravi. i. de crim. falſi.

Novien. Eccleſiæ, ſi pro alio ibidem non ſcripſimus, qui huiſmodi gratiam proſequatur, alio jam beneficio per noſtras literas obtinente, proſequi non teneris. Cum ſuper receptione duorum gravandi Eccleſiam antedictam, non fuit intentio mandatoris.

C A P. XXXIX.

Eccleſia in qua Papa primus dedit moniſtorias, et ſecundus executorias, per primum, non per ſecundum intelligitur gravata.

Idem Gregorius IX. (an. 1229.)

Literis Apoſtolicis ad vos directis, ut G. Clericum recipere in Canonicum, & in fratrem, niſi pro alio fuiſet per nos Eccleſia veſtra gravata, mandatum noſtrum vos exequi volumus & mandamus. Non oſtante, quod T. Subdiaconum per noſtras literas executorias recepſiſſis, qui a bonæ memoriæ H. prædeceſſore noſtro moniſtorias impetravit. Cum factum prædeceſſoris noſtri potius, quam noſtrum fuerimus proſecuti. a

C A P. XL.

Diæceſanus, cui ſcribitur, ut in diæceſi ſua, ubi pro alio ſcriptum non eſt, provideat vel facias provideri, non poſeſt id exequi circa beneficium ſpectans ad collationem aſſerini, jam pro alio gravati.

Idem.

Abbatem, qui mandatum Apoſtolicum jam recepit, ut S. Clerico in aliqua Eccleſiarum ſui monaſterii provideret, & per literas generales ad Diæceſanum Episcopum obtentas, ut in diæceſi ſua (ubi pro alio ſcriptum non eſt) faceret provideri, cogi juris ratio non permittit, nec ſuper conferendis Eccleſiis, aut beneficiis aggravari, etiam ſi facultatem habeat Diæceſanus, per eandem literas providendi.

C A P. XLI.

Per reſcriptum directum excommunicatori, ut abſolvat excommunicatum, ſi contra Concilium eum excommunicavit, datis executoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatori, ſed executoribus cognitio demandatur.

Idem.

AB excommunicato, qui contra ſtatuta Concilii generalis aſſerit ſe ligatum, literis ad excommunicatorem obtentis, ut (ſi eſt ita) ſine difficultate abſolvat eundem, & aliis deputatis iudicibus, qui (eo non parente) mandatum Apoſtolicum exequantur: Non excommunicatori (qui de facto ſuo in hoc certus eſſe debet, licet in hoc deferatur eidem) ſed illis cognitio demandatur.

C A P. XLII.

Si impetrans reſcriptum ad beneficium, dixit ſe non beneficiatum, cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet reſcriptum.

Idem.

Si proponente aliquo nondum ſe beneficium Eccleſiaſticum aſſecutum, ſuper proviſione ipſius (licet minus competens obtinens) reſcriptum Apoſtolicum de hoc mentionem non faciens, impetretur. Illum veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

C A P. XLIII.

Abſentes reſcripto Apoſtolicò in caſibus hic enumeratis, privantur commodo reſcripti, et condemnantur in ſumptibus et damnis adverſario.

Idem Episcopo Pariſienſi.

Quia nonnulla diverſis modis literis Apoſtolicis abutuntur, ſtatuiſimus, ut quicunque obtentas ſub nomine ſuo literas aliis ejuſdem nominis tradunt, qui quos volunt fatigant indebite per eandem, & qui eas tali modo recipiunt: quique illos, contra quos nihil habent quaſſionis, faciunt in iudicium evocari: aut literas ipſas ad futuras trahunt controverſias, quæ nondum fuerant tem-

pore impetrationis extortæ: ſeu quinquam ſuper uno negotio, vel etiam malitioſe ſuper pluribus perſonalibus actionibus, quæ ſub uno iudice poſſent tractari commodius, per varias literas coram diverſis iudicibus trahant, ut laboribus fatigatus & ſumptibus, vel compellatur componere, vel cedere juri ſuo: aut reus actorem eodem tempore ad diverſa loca, vel indeterminate ad villam, quæ commune cum pluribus ejuſdem provincie villis habet vocabulum, citari procurat, ut dum non comparuerit, excommunicetur quaſi contumax, & ſic eum a ſua intentione repellat: eandem litterarum commodo careant a, & adverſariis in moderatis expenſis ac damnis, quæ propter eos perſuſiſſe conſiterit, condemnentur.

TITULUS IV.
DE CONSUETUDINE.

C A P. I.

Conſuetudo inferens gravamen Eccleſiis, debet iudicis officio tolli. hoc dicit ſecundum intellectum magis ſingularem.

Gregorius I. in Reſcripto. b (an. 691.)

Roma in Siciliam.)

Conſuetudines, quæ Eccleſiis gravamen inducere dignoſcuntur, noſtra nos decet conſideratione remittere.

C A P. II.

Ex conſuetudine poſſeſt intruduci altus ſive ſolemnitas, per quam ſine apprehenſione reali tranſfertur poſſeſſio rei abſentis h. d. & eſt caſus ſingularis, ſecundum Abbatem Siculum.

Innocentius III. Archiepiſcò et Cap. Lugdunenſi.

(an. 1199. Rom. in Daniam.)

EX litteris (et infra. a) Si vero aliquis poſſeſſiones aliquas clauſtris, vel aliis religioſis loci in bona valetudine, vel ultima voluntate, pro ſuorum vult remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam eſſe proponis, quod in huiſmodi donationibus modicum terræ conſuevit in manu accipere, vel in extremitate pallii, quod manu Prælati Eccleſia ſuſtinetur, aut ſuper altare ponendam ſub teſtimonio videntium & audientium, ſub dicta forma, quæ ſcotatio vulgatter appellatur: (et infra. b) Diſcret. veſtræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ ſub obtentu conſuetudinis clauſtris, Eccleſiis, vel quibuslibet locis religioſis pie conferantur, vel etiam ſunt collata, faciatis irrevocabiliſſe obſervari, cum huiſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſſionis ſit evidens argumentum.

(a Quas in nobis, frater Archiepiſcòpe, deſtinasti, intelleximus manifeſte, quod regnum Dacia, quantum ad ea, quæ ad jus ſortis contingunt, conſuetudinibus ſuis, et inſtitutionibus Regum ſuorum omnino regatur. Unde nullum uſum teſtamentorum illius provincia hominibus conſingit habere, qui alibi in ultimis decedentium voluntariis ſecundum legalem obſervantiam cuſtoditur.)

(b Verum quia huiſmodi donatio malitioſe a quibusdam cavillatoribus, ſicut aſſeris, impeditur, a nobis humiliter poſtulasti, nec loca religioſa, et Eccleſia, quibus multa poſſeſſiones ſub ſcotatione huiſmodi ſunt collata, ab aliquibus poſſiſſis vel debeant temere perturbari paternam debemus ſolicitudine providere. Nolentes igitur ut tales conſtitutiones, quas diſtinctitas temporis, ut aſſeris obſervaviſſis, et uſus conſuetudinis approbata hætenus retinuiſſis, temeritate qualibet inſirmetur.)

CAP.

a adde generaliter de actibus, qui inſirmant reſcriptum. l. 1. c. ſi contra jus. vel utri. publ. l. 1. epif. ca. ad Felicem Episcopum Meſſanenſem, et c. 1. cod. tit. in 1. compil. c. Cap. 1. cod. tit. in 3. compil. di. in quibusdam recentioribus ira, ſed male, meo iudicio, vel in extremitate pallii manu Prælati Eccleſia, etc.

a executi. b Later. ſub Innoc. III. c. 47. c et aliis ſibi iudicibus deputatis.

C A P. III.

Non valet consuetudo, ut in causis Ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.

AD nostram audientiam b noveris pervenisse, quod in tua diocesi etiam in causis Ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quod cum aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis utriusque partis auditis, a presentibus literatis & illiteratis, sapientibus & insipientibus, quid iuris fit quaeritur, & quod illi dictaverint, vel aliquis eorum (& presentium consilio requiro) pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quae canonice obviat institutis, nullus debet esse momenti c, cum sententia a non suo Iudice lata nullam obtineat firmitatem: ut in causis Ecclesiasticis subditorum tuorum, postquam tibi de meritis eorum constituerit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi praesentium (praemissa consuetudine non obstante) concedimus facultatem. d

C A P. IV.

Consuetudo non potest operari, ut Clericus non Episcopus possit exercere ea, quae sunt reservata ordini Episcopali: & est casus notabilis. Abbas.

Idem I. Vicaria nostro e apud Constantinopolim constituto (an. 1199.)

QUANTO f de benignitate: (& inf. a) Pervenit sane ad audientiam nostram, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopol. ea sacramenta praesentibus exhibere, quae ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reservata, ut est sacramentum Confirmationis, quod christum renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis: solum consuetudinem praetendentes. (& infra. b) Discer. t. mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate praesumant: quae licet non sint a fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate (quae legem non g. habet) omittere, quam ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quae lege damnatur) non sine gravi periculo inaniter conferantur: cum umbra quadam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

(& Sed Ap. lacum obtinet splendorem, tanto tibi est felicitius procurandum, ut te talem eidem exhibeas in negotiis peragentis, non declinans ad dextram vel ad sinistram, quod non minus quam nomine vices Apostolicas gerere comprobetur.)

(b Cum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmet, quae tanto graviora existunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hac & alia, quae oculos divina majestatis offendunt, de agro dominico extirpari.)

C A P. V.

Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.

Idem Decano et Cap. Cenomanensi. h (an. 1206.)

CUM inter i vos ex una parte, & Canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo, quod dicti Canonici generale interdictum ab Episcopo vestro, vel a vobis in Civitate Cenomanensi positum non servabant, questio & vertebatur. (& inf. a) Procurator vero ipsorum proposuit, quod ipsa Ecclesia sancti Petri a prima fundatione libera extitit & exempta, & de consuetudine antedicta in generali etiam interdictum licitum erat eis, pulsatis campanis, alta voce (interdictis & excommunicationis exclusis) divina officia celebrare. Nos igitur co-

gnito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, dirumperetur nervus Ecclesiasticae disciplinae, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.

(& Ut utraque pars eandem causam sine debito terminaret, suum nuncium ad sed. Ap. destinavit: partibus ergo in nostra praesentia constitutis, per procuratores idoneos eis audientiam praebuimus liberam et benignam. Et quidem Ecclesia vestra proposuit procurator, quod cum Cenomanens. Ecclesia suo loco et tempore pro excessibus secularis potestatis interdicto velis supponere civitatem Ecclesiae beati Petri de curia, tanquam suo capiti membrum non coherentem, campanis pulsatis, operis januis divina officia celebrare aliis cessantibus non permisit. Cum autem ven. E. n. Hostien. Episc. tunc in partibus illis legationis officio fungeretur, idem Canonici ad ejus praesentiam accedentes, suam ei super hoc querimoniam exponere curaverunt, qui partibus convocatis, et rationibus utriusque partis diligenter auditis, et cognitis: cum pars Ecclesiae sancti Petri per privilegia sedis Apostolica non posset ostendere se unitam, imo id firmiter constaret, quod ex superbia potius ad hoc, quam ex causa rationabili duceretur, sententia liter definitur, quod cum in civitate Cenomanensi positum esset interdictum, illud eadem Ecclesia observaret, vinculo quoque excommunicationis ac pana ordinis ac beneficii eos supponens, qui sua ducerent sententia resistendum. Postmodum vero cum propter quosdam excessus secularis potestatis tota Cenomanens. civitas, supponeretur Ecclesiastico interdicto: et ipsi Canonici sancti Petri denunciatum fuisset, ut a divinarum celebrationum cessarent, et observerent sicut aliae ipsius civitatis Ecclesiae interdictum, ipsi majorem temeritatem sua audacia adjunderent, cum majori solemnitate suum sunt officium executi, venire contra legati sententiam non verentes.)

C A P. VI.

In attribuendis officiis nova dignitati, servatur consuetudo vicinarum civitatum, quae si diversa fuerit, servabitur magis rationabilis, et alii non praesudicant.

Idem Episcopo Heliensi. (an. 1208.)

CUM olim a Londonens. Episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua Ecclesia proposuerat statuere Praetorem, nos ejus precibus inclinati, ei licentiam concessimus Praetorem hujusmodi ordinandi, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli inferretur praesudicium, statuentes, ut Praetor taliter institutus, in sessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londonens. Ecclesia dignitatem, quam habent alii Praetores in aliis Ecclesiis Anglicanis: (& infra. a) Quocirca mandamus, quatenus, si secundum diversas consuetudines locorum, diversas habere noveris Praetores in Anglicanis Ecclesiis dignitates, jam dictum Praetorem illam habere facias in London. Ecclesia dignitatem, eaque manere contentum, quam (rationabilib. & approbatis consuetudinib. Ecclesiae salvis) sine praesudicio alieno poterit obtinere.

(& Postmodum autem nostris fuit auribus intimatum, quod licet idem Episcopus dil. fil. G. in eadem Ecclesia instituisse Praetorem, quod tamen a nobis fuerat de praesudicata dignitate statutum, biennio jam elapso exequi non curavit. Quapropter sibi dedimus in mandatis, ut illud sublatum cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, exequi non postponeret, contradictiones per cens. Ecclesiasticam compescendo. Noviter vero dil. fil. Decanus et quidam alii personatus habentes in Ecclesia memorata suam nobis transmissere querelam: quod cum per Ecclesiam Anglicanas consuetudines sint diversa; ac quidam Cantorum minorem, quidam vero majorem habeant dignitatem, nec possint dignitates eorum, cum sint varia et repugnantes, convenire simul in unam, is qui noviter est institutus in Ecclesia London. Praetor, non consentens eo, quod habere potest sine praesudicio aliorum, occasione literarum nostrarum quasdam ipsius Decani et aliarum personarum ejusdem dignitates Ecclesiae sibi nititur in praesudicium eorum arrogare.)

CAP. VII.

a al. Parisiens. al. Paraviens. b Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. c Tex. est in gloss. magna, et ibi Cy. C. quae sit long. consuet. et in l. nemo alieno. in gloss. temporalis. ff. de reg. iuris. d Liberam facultatem. e Idem Lucio Vicario, etc. f Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. g l. un. ff. de consuet. et in l. non solum. §. fin. ff. de exc. rus. h al. idem N. Decano, etc. i Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. & veteretur.

a Cap. 5. eod. tit. in 3. camp.

C A P. VII

Non poteſt induci in conſuetudine, ut quis poſſit dimittere dignitate ſine Superioris licentia, vel ut poſſit electus adminiſtrare, non habita confirmatione a Superiore.

Idem Innoc. III. Conventui Corbien. monaſterii. a
(an. 1208.)

Cum venerabilis b frater noſter Epiſcopus Hoſienſ. & L. ſancti crucis Preſbyter Cardin. in partibus Alemannie legationis officio fungeretur, invenit Abbatem de monaſterio Hermionenſi. quod ad Rom. Eccleſ. noſcitur pertinere nullo mediante, ad monaſterium Corbien. quod eſt etiam Rom. Eccleſ. ſpeciale, temeritate propria migraviſſe: licentia illud deſerendi, vel confirmatione a nobis, vel ab iſtis, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita: (& j.) Poſtmodum autem nuntii ejus, ad deſentionem iplius, generale mililium terra conſuetudinem allegarunt.

Cum igitur hæc non tam conſuetudo, quam corruptela merito ſit cenſenda, quæ proſpecto læcis eſt canonibus inimica, iplam mandamus de cætero non ſervari. c

C A P. VIII.

De conſuetudine poteſt induci, quod una Eccleſia de gremio alterius ſeneatur ſibi Prelatum eligere. Et conſuetudo eſt optima legum interpres.

Idem Decano (Salesburienſi) Archidiacon. & Magiſtro P. Penetel. Canon. Pariſienſi. d (an. 1208.)

Cum dilectus e filius Guſt. Andren. Eccleſia Monachus, qui pro Clerico ejuſdem Eccleſie ſe gerebat, & G. procurator monaſterii Karoſen. ſu per iure eligendi Abbatem in Andren. monaſterio, & ejuſdem electione in noſtra præſentia ad invicem litigarent, idem Gentil. electionem ſuam a fratribus Andren. Eccleſie concorditer celebratam, auctoritate Apoſtolica petiit confirmari, aſſerens tam de iure communi, quam de privilegio ſpeciali, eis ab Alex. Papa conceſſo, & a nobis poſtmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eodem fratres tantummodo pertinere. (& j. a) Dicitur vero procurator propoſuit ex adverſo, quod cum olim ad petitionem patronorum Eccleſie a Morien. ſ. Epiſcopo fuerit conſtitutum, quod ſi præſatus locus divino munere adeo pullularet, ut Prior, aut Abbas conſtitueretur ibidem, electio ejus penes fratres ejuſdem loci & Capitulum Karoſen. penderet, & obtentu hujusmodi ſtatuti ſic fuerit longe retroactis temporibus obſervatum, ut monaſterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karoſen. Capitulo aliquem de gremio monaſterii Karoſen. ſibi eligerent in Abbatem: electio prædicti G. tam contra ſtatutum tenorem, quam etiam contra conſuetudinem approbatam (quæ optima eſt legum interpres) minus canonice attentata, merito caſſari debebat: (& j. b)

Quia nobis conſtitit electionem iplam a ſuſpenſis, & de ſuſpenſo etiam celebratam, eam juſtitia caſſavimus exigente. Cæterum cum ſupradictum ſtatutum ita ſane poſſet intelligi, quod per illum nec juri communi, nec privilegio derogetur: ut videlicet ad ſapeditos fratres electio ſpectet Abbatis, & ad Karoſen. Capitulum confirmatio: mandamus, quatenus ſi ex parte Karoſen. cœnobii talis fuerit conſuetudo probata, quæ juri communi præjudicet, in hac parte vos ſecundum illam decernatis electionem Andren. Abbatis de cætero faciendam alioquin Andren. Monachis jus eligendi Abbatem adjudicare curetis: ut ſic de cætero liberam habeant ſculturam de gremio Eccleſie ſue, vel etiam aliunde, per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in Abbatem præſentandam Karoſen. Capitulo, ut ab eo (ſi fuerit canonica) confirmetur.

a al. ita: Idem Conventui & Corbienſi monaſterio. b Cap. 6. cod. tit. in 3. compil. c Vide l. rem non novam. C. de jud. & ibi Petr. de Bel. Cyn. Barol. & Bald. & l. 1. C. qua ſit long. conſuetudo. d ab Salesburienſi. e Cap. 7. cod. tit. in 3. compil. f Morinen.

(a Nam de iure communi omnis congregatio Monachorum eligere ſibi debet Abbatem: & in ejuſdem Alex. privilegio continetur, ut obſervante monaſterii Andren. Abbate nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia proponatur, niſi quem fratres vel eorum parconſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Benedicte regulam duxerint eligendum, a nobis quoque prædictis fratribus dignoſcitur eſſe conceſſum, ut licitum ſit ejuſdem, cum Eccleſiam ſuam Abbate vacare conſigerit, perſonam idoneam de gremio ejuſdem Eccleſie, vel aliunde, per regularem electionem ſibi præſcere in paſtorem Karoſen. monaſterio præſentandam, ut ab ipſo confirmationem accipiat, & reverentiam, quam ei debet, impendat.)

(b Et mandari fratribus prædictis, ut iuxta quod eſt habitus obtentum, procederent ad electionem Abbatis, & infra. His igitur & aliis, qua coram nobis utrinque fuere propoſita, perſpicaciter intellexit.)

C A P. IX.

Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuta ſeu conſuetudines novas facere, vel antiquas immutare non poteſt.

Honorius III. a Pariſienſi Capitulo.

(an. 1221)

Cum conſuetudinis uſuſque longævi non ſit levis auctoritas, & plerumque diſcordiam pariant novitates: Auctoritate vobis præſentium inhiſebimus, ne abſque Epiſcopi veſtri conſenſu immutetis Eccleſie veſtra conſtitutiones & conſuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis. Si quas forte feciſtis, irritas decernentes.

C A P. X.

Non valet conſuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria diſſipandum.

Idem Majori & Burgen. de Rupella.

(an. 1223.)

EX parte veſtra ſuit propoſitum, quod cum in patria veſtra ſervata ſint hæcenus duæ conſuetudines abuſivæ; una, quod ſi indigena vel extraneus prodigalitate vitio, vel incarta, ſeu quocunque caſu alio diſſipaverit, vel amiſerit bona ſua, bona uxoris ſue, tam mobilia, quam immobilia, pro ſua voluntate libito a alienat, (& j. a) Et quod ſi vir ducat uxorem, quæ fide conjugii violata committat adulterium, nihilominus iplam medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir impudenter exigit, & improbe apprehendit; quæ potius privanda eſſet omnibus viti bonis: (& j. a) Tenore præſentium declaramus, vos non teneri ad hujusmodi conſuetudines obſervandas.

(a Quare ſi interdum, ut viro deſuncto mulier remaneat inſoluta, & ſuperſtites filii extrema ſuſſeant incommodis paupertatis. Alia quoque conſuetudo eſt non improprie reprobanda.)

(b Quare ſuper his vobis per Apoſt. ſed. provideri humiliter poſſu aſtis. Nos igitur ſaluti & utilitati veſtra conſulere cupientes.)

C A P. XI.

Conſuetudo non derogat juri naturali, ſeu divino, cujus tranſgreſſio peccatum inducit: nec poſitivo, niſi ſit rationabilis & præſcripta.

Gregorius IX. (an. 1229.)

Cum tanto ſint graviora e peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo ſanæ mentis intelligit naturali juri (cujus tranſgreſſio periculum ſalutis inducit) quacunque conſuetudine (quæ dicenda eſt vetus in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari. Licet etiam longævæ conſuetudinis non ſit vilis auctoritas, non tamen eſt utique adeo valitura, ut vel juri poſitivo debeat præjudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitime ſit præſcripta.

TITU-

a Papienſi leg. b arbitrio, vide text. in l. Labo ait. §. ff. de pall. & Barr. in extrao. ad reprimend. c Vide B. Th. 1. 2. q. 6. ar. 2. & Dom. Sotum. l. 1. de juſt. & jur. q. 7. art. 21.

TITULUS V.

DE POSTULATIONE PRÆLATORUM.

CAPUT I.

Impostulabilis est, qui violas interdictionem. h. d. quoad titulum: habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad sit.

Innocentius III. Decano & Capit. Senonensi.

AD hæc in B. Petro: (et infra. α) Cumque de facili non possedis in unum locum & propositum convenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatum: tandem convenientes in unum, Altissiodorens. Episcopum in Archiepiscopum postulastis. Postulationem vestram per magistrum R. Præcentorem vestrum, & per Abbatem S. Petri exponentes, & petentes, ut faciendæ translationi præberemus assensum. Verum, quoniam antequam idem magister ad sedem Apostolicam accessisset, nobis quasi pro certo constabat, quod idem Episcopus interdictionem sententiam non servasset, quod etiam idem magister non negavit, in fratrum nostrorum præsentia requisitus a nobis, in ipsius Episcopi excusationem allegans, quod sententiam latam servare nullatenus tenebatur: quæ ad ejus notitiam, nec per literas nostras, nec per Card. tunc Apost. sed. Leg. qui eandem sententiam promulgavit, nec per deputati ad hoc executoris mandatum vel litteras pervenisset: (et infra. β) Quod nec sufficit, imo nec proficit ad excusationem prædicti Episcopi, cum Cardinalis idem sententiam interdictionis præsentibus multis solenniter ac publice promulgavit: & eadem interdictionis sententia in regno Francorum jam multis publice coepit observari: nec sit necessarium, cum constitutio solenniter edita, aut publice promulgata, ipsius notitiam b singulorum auribus per speciale mandatum vel litteras inculcare: sed id solum sufficit, ut ad ejus observantiam teneatur, qui noverit eam solenniter editam, aut publice promulgatam: cum & contra quosdam, qui Sardinicæ. Concilium non servabant, tanquam illud non habuerint, aut perceperint, canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur: cum idem penes illos in suis regionibus actum fuerit & receptum. Nec valet, quod in Altissiodorens. diocesi dictus Rex terram propriam dicitur non habere, cum nos terram totam Regis ipsius subijci mandaverimus interdictioni, & Card. nostrum interpretatus mandatum, in terram illam sententiam promulgaverit, quæ Regi tunc temporis adhærebat: (et infra. γ) Sed inde liquido constat, sæpe dictum Episcopum sufficienter excusari non posse, quod suam metropolitanam Ecclesiam generalis interdictionis sententiam & recepisse noverat, & servare. (et infra. δ) Nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem ulscisci, ejusdem Episcopi Altissiodorens. inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset: cum juxta canonicas sanctiones quædam sint culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem hujusmodi non propter postulationem Ecclesiam, sed propter postulatam personam repulimus, ut indignam. Licet autem ex eo, quod hominem, qui vestro non conveniebat proposito, postulastis, cum vos interdictionis sententiam servaretis, & ipse eam contemneret observare, permissa vobis facile abusi fueritis potestate; ac ideo vos ea non immerito privare possemus: de solita tamen benignitate e concedimus, ut vobis per postula-

a Cap. 1. cod. tit. in 3. compil. b Ad intelligentiam vide B. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. Solum l. 1. de justis. et jure, q. art. 4. Alphonsum Castrum l. 1. de potestate legis penalit, Can. 1. et Fernandum Vasq. l. 1. controvers. illustr. c. 44. c In manus. de solita tamen benignitate sedis Apost. concedimus, etc.

tionem idoneam, seu electionem canonicam de persona congrua consulatis.

(α Sane cum Ecclesia Senonensis semper fuerit Ecclesia Romana devota, non immerito ipsius Ecclesie passioni compatimur, et doloribus condolemus, cum ea sit viduata pastore, qui etsi nobilis esset genere, nobilior tamen fuit, sicut credimus, sanctitate. & infra. Dolemus insuper, quod doleri nimio, quem de tanti patris obitu conceperat Ecclesia Senonensis, dolor alius supervenit, cum ea vix surgente ab officio funeris tam funesti, vix digne celebratis exequiis tanti patris, Rex ipse injuste commotus possessionis ipsius tam ad mensam Archiepiscopi, quam Canonice servantes, non ut debuit vel ut decuit, sed ut voluit et valuit, occupavit et personas etiam, quæ de mandatu nostro suspendentis organa sua, compulsi exulare.)

(β Et quod in Altissiodorensi diocesi Rex ipse terram propriam non haberet, et quod eadem Altissiodorensis diocesis ex alia causa fuerat interdictioni. & infra.

(γ Quod si Episcopus ejus ex alia causa fuerat interdictionis, interdictionis sententiam et tenebatur fortius, et perterat facilius observare.

(δ Ideoque unus eorum existerat, qui deliberantes super eandem sententiam de communi consilio decreverunt, sed erraverunt, ut eandem sententiam non servarent, cum si verbum Apostoli Petri de Clemente dicentis diligentius attendissent, commotionem super hoc non deberunt expectare, sed obsecundare prudenter, et humiliter obedire.)

CAP. II.

Qui postulationem castam vitio persona innovat, est eligendus et postulandi potestate privatus.

Idem Hostiensis Episcopo Apost. sed. Legato (an. 1200.)

GRatiam a gerimus (et infra. α) Accepimus autem ex literis tuis, quod Canonice Senonensis. quorum postulatione nostra fuit auctoritate cassata, licet cassationis literas suppressissent in fraudem, ut canonice ad electionem procederent, mandavisti: (et infra. β) Cumque plures eorum postulationem cassatam a nobis innovare denuo niterentur; quidam vero Episcopum Cameracensem in Archiepiscopum postularent, Tu intelligens eos, qui cassationem nostram quodammodo revocare volebant, eligendi privilegium amississe: quia concessa sibi ex Apostolica sedis benignitate abuterentur temere potestate; ac ideo ad alios, licet pauciores numero b, quantum tamen ad hoc pertinet, consilio saniores, eligendi vel postulandi devolutam esse licentiam, prædictum Cameracensem ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus Apostolica providisti. Nos igitur a sollicitudine Cameracensis Ecclesie ipsum reddidimus absolutum, quod ad te de mandato nostro factum est, auctoritate Apostolica confirmantes.

(α Et acceptum, et fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem ven. f. n. P. quondam Cameracensis Episcopi, nunc autem Archiepiscopi Senonensis, et prudenter et efficaciter attendisti.)

(β Adiciens etiam, quod nisi forsitan in talem personam concorditer vota sua transferrerent, pro qua merito tuum deberent obtinere consensum: de provisione ipsius Ecclesie postmodum faceres, quod crederes expedire.)

CAP. III.

Postulatio, per quam privata vel minor utilitas communi vel majori præferretur, vel qua sit a minori, quam a tertio parte Collegii, admitti non debet.

Idem c. Clericis Ravennensis Ecclesie. (an. 1204.)

Bona memoria d. Guili. Archiepiscopo vestro viam universæ carnis ingresso, quidam vestrum sanctæ Prædis Presbyterum Cardinal. quidam vero Imolen. Episcopum postulaverunt: (et infra. α) Nos igitur auditis,

a Cap. 2. cod. tit. in 3. compil. b Electio ad quos et quos pertineat. c al. Idem Clericis Ravenn. d Cap. 3. cod. tit. in 3. compil.

ditis, quæ de facto, & de jure fuerant allegata, plenius etiam pro utralibet partium curavimus allegare: consideravimus a vero, quod ejusdem Cardinalis præsentia utilior sit non solum Romæ, sed etiam Ecclesiæ generali, tam apud Apostolicam sedem, quam apud Ecclesiam Ravennatensem: unde non immerito præferentes speciali utilitari communem, & minori majori, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum. Attendentes autem ex altera parte, quod prædictus Episcopus *Imolensis*, a minori quam tertia parte fuerit postulatus: & quod Apostolica sedes postulationes hujusmodi non consueverit in tanta divisione, ac contradictione recipere: cum etiam quando aliquis ab aliis unanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex justitia, quam ex gratia moveatur, postulationem ipsius non duximus admittendam.

Mandantes, quatenus cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem seu nominationem canonicam in personam idoneam convenire curetis.

(Ex Cunque partes postulationes suas per nuncios suos vobis præsentassent, proponebatur ab his, qui Cardinalem postulaverant memoratum, quod plures, quam duas partes vestrum convenerant in eundem. Verum pars altera proponebat, quod dignioris persona postulaverant Episcopum Imolensem, & quod in postulatione ipsius & forma canonica & tenor compromissionis fuerat observatus: cum tanquam Suffraganeus Raven. Ecclesia postulatus de ipsius gremio extitisset. Fuerat n. compressum, ut de corpore Ravennatensem. Ecclesia personam eligere idoneam, & competentem: quod pars altera frivolam assererat; cum licet salis conditio fuerit adjecta, poserat tamen de Rom. Ecclesia collegio propter ipsius privilegium præfata postulari persona; cum membra capitis a membris corporis censerent non debeant aliena.)

C A P. IV.

Archiepiscopus in Archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatione præsentata est Papa, non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari. h. d. quoad titulum.

Idem Proposito & Capitulo Strigonen. b

(an. 1211.)

BONÆ memoriae Guil. Archiepiscopo vestro viam universæ carnis ingresso, cum in Colocent. Archiepiscopum postulandum a nobis contulissetis unanimiter vota vestra, Suffraganei Strigonen. Ecclesiæ. Quinqueecclesiensis Episcopus a videlicet, & quidam alii postulationi vestræ se opponere curaverunt, asserentes, quod eis contemptis, qui jus habebant eligendi vobiscum, postulationem eadem fuerat attentata: licet vestri nuncii proponerent ex adverso, quod super præficiendo vobis Pontifice e, de gratia multoties Suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi vobis consilium denegaverunt. Nuncios igitur in nostra præsentia constitutis, & proponentibus adversariis quædam alia contra postulationis vestræ processum, quia nobis de propositis non constabat, ita duximus providendum, ut si Suffraganeis persistentibus in contradictione sua, vos s postulationi vestræ velletis instare, per procuratores idoneos ad sedem Apostolicam veniretis. Si autem illi a contradictione sua cessarent, & vos instaretis propositio vestro, ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, quæ supra his, quæ opportuna forent, nos redderent certiores. Quod si contradicentibus Episcopis memoratis vos contingeret de jure vestro dissidere, aliam personam idoneam provideretis vobis canonicè in pastorem.

Cæterum quidam vestrum, a postulatione vestra, quam nobis præsentaveratis, communiter temere recedentes, aliis persistentibus in eadem, prædictum Quinqueecclesiensem Episcopum in Archiepiscopum postulaverunt: (*§ j. α.*) Nos igitur postulationem ipsam, quam invenimus in multa discordia, non solum Suffraganeorum, veram etiam Canonicorum Strigonen. Ecclesiæ ac contra formam mandati nostri temere celebratam, non duximus admittendam, sed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem (requisito Suffraganeorum assensu, si esset de antiqua & approbata consuetudine requirendus) procedere curaretis, alioquin nos ipsi provideremus Ecclesiæ viduatæ. Verum antequam ad vos literæ nostræ pervenissent, innitentes mandato priori, Suffraganeos, præter Quinqueecclesiensem ad concordiam revocatis. (*§ j. β.*) Post hæc (mandato b nostro recepto) hi, qui in Colocent. convenerant, ab ejus postulatione recedere noluerunt, sed innovaverunt eandem, reversis ad eos quibusdam Canonicis, qui in partem alteram declinarent. (*§ j. γ.*) Cæteri vero, qui Quinqueecclesiensem Episcopum postularunt, convenientes in unum, cæteros Canonicos ad Capitulum convocarunt, ad postulationem concordem, vel electionem canonicam, juxta mandatum Apostolicum procedere cupientes: sed illis nolentibus convenire, intelligentes penes se tantum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui jus suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesiensem de novo postularunt. (*§ j. δ.*) Nec obstitabat d eorum discordia, qui alium postularunt, cum prius in postulatione Archiepiscopi supradicti convenissent pariter universi: & consensum vestrum annotatum literis, & subscriptionibus propriis roboratum, petiissetis a nobis per communes nuncios confirmari, nosque vestram recepimus postulationem adjudicandam, si Suffraganei forsitan in contradictione persistenter, vel (si consentirent, aut etiam cederent) approbandam. Si enim postquam postulatione subscriptionibus postulatum roboratum, & præsentatur Romano Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur: (*§ j. ε.*) Intelleximus itaque, quod etsi esset neutra postulatio approbanda, juxta tenorem tamen e posterioris rescripti, ad nos de cætero Strigonen. Ecclesiæ provisio pertineret. Quia verò non plenam de personis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salva conscientia eidem Ecclesiæ in alia persona f, quæ de Regno Hungariæ originem duceret, congrue providere, nec vellemus ei præficere alienum, quamvis honestius videretur, si g Suffraganeus ad metropolim suam accederet, quam Archiepiscopus ad metropolim transferretur, partem tamen eligimus potiorem; Et eundem Archiepiscopum, in quem omnes, quorum consensus in electione vel postulatione pastoris requiritur, licet diversis temporibus conveniant, a vinculo, quo tenebatur Colocent. Ecclesiæ absolventes, metropolim Strigon. transferimus, & ei licentiam tribuimus transeundi: pallium b ei ad nomen & usum ejusdem Ecclesiæ transmissuri.

(Ex Quorum votis nullus Suffraganeorum assensus, excepto duntaxat Episcopo Virriensi i. Et licet charissimus in Christo filius noster A. Hungaria Rex illustris, tunc Dux et Rex regni Hungarici, L. nepotis sui Regis nomine, cujus salutem

a al. Litera nostra secunda pervenissens. b Alias, mandato secundo nostro. c al. quibusdam Canonicorum ex his, qui, etc. al. quibus Canonicarum, qui, etc. d nocebat, in manus. e Deest dictio, tamen, in antiquis. f In nonnullis exemplaribus inseritur hic dictio, Nisi: qua in antiquis, nec in veteri compilabatur. g us. h De pallio vide in Synodo octava, canon. 27. et Ivo part. 5. cap. 325. i al. Nitriensis. B. Bonfin. 277.

B

a al. Considerantes igitur. b al. Canonico. al. Can. Strigon. Roma in Hungar. c Cap. 4. cod. sic. in 3. compil. d Vox, Episcopus, deest in multis antiquis. e al. pastore. f al. & 401.

JUR. Canon. Tom. II.

relam & regni curam ipsi frater ejus commiserat, gubernator precum suarum primicias ad nos praedicti Colocensis postulatione transmiserat: postmodum tamen pro Quingueeclesiensi Episcopo ad Strigonensem Metropolim transferendo, nobis per literas suas humiliter supplicavit.)

(*B* Ita quod Vuarm. Vuesperin. & Velan. Episcopi pro translatione Colocensis Archiepiscopi saluo jure suo impostum, cui propter afflictionem & necessitatem Strigon. Ecclesia super sedebant, ad praesens vos humiliter rogaverunt, praedicti Nitriensis scribebat, quod si non placeret vobis electionem factam de Quingueeclesiensi Episcopo admittere, postulationem alterius sine praedictio juris suppliciter exorabant.)

(*C* Cum ergo praedicti Regis & Suffraganeorum literis dil. fil. A. Magistrum scholarum, M. Thesauriarum, & A. Archidiaconum, & E. & N. Canonicos Strigonens. Ecclesia ad sed. Ap. destinarent, super postulatione sua dispensationem gratiam petentes.)

(*D* Cum ergo utriusque partis nuncii ad sed. Apost. pervenissent, hi qui pro Quingueeclesiensi Episcopo venerant, proponebant partem suam juxta mandatum Apostolicum processisse nec ob stare discordiam vel contradictionem eorum, qui juxta formam mandati nostri procedere contententes, illo recepto, nec elegerant quemquam canonicè, nec concorditer postularant. Unde concursus debeas eorum postulatione repusari, cum ceteri, tanquam jussionis Apostolicae contemptores, eligendi ac postulandi se jure privassent, cum nec postulare nec eligere voluerint. Imo nec etiam ad Capitulum venire. Ad hac autem poterat responderi, quod illi qui Colocensem Archiepiscopum postularant, formam secuti fuerant per nostras literas datam, quoniam in insistentibus priori postulationi, juxta tenorem priorum literarum nostrarum partem concordem fecerant, quae prius discors fuerat, dum Suffraganeos ad concordiam revocarunt.)

(*E* Poterat quoque addi, quod pars mandatum Apostolicum non servaret, utpote quae nec postulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarent, cum in majori contradictione quam prius non solum Canonicorum, sed Suffraganeorum etiam, ipso Rege adversa parti favente, praedictum Quingueeclesiensem Episcopum postulasset. Auditis igitur his & aliis, quae fuerunt hinc inde proposita, & habito super his cum fratribus nostris diligenti tractatu.)

C A P. V.

Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine praedictio alicujus rejici: potest tamen de speciali gratia admitti. hoc dicit.

Idem Innocent. III. Capitulo Strigonensi, (an. 1217.)

Roma in Hungariam.)

Postulationem a, quam celebrastis: (& infra.) Licet ergo per postulationem hujusmodi nullum jus sit alicui acquisitum, ideoque sine praedictio alicujus postulationem potuissimus repellere memoratam: ut tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus providendum, quod per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui praesentetis, quatenus utraque parte praesente, quod justum fuerit, decernamus.

C A P. VI.

Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.

Honorius III. Cap. Caralitano. b (an. 1220.)

Roma in Sardiniam.

Et si unanimiter vota vestra concurrerint, ad Satriensem Episcopum in Ecclesia vestra Archiepiscopum eligendum, cum suae alligatus Ecclesiae liberum e non habeat sine nostra permissione volatum, electionem de ipso factam, tanquam contra canones d minus licite attentatam, de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, cum eligi nullo jure potuerit, sed potius postulari.

(Volentes tamen, quantum cum Deo possumus, vestris de-

a Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. b al. Caritanensis. in aliis Innoc. III. C. In antiq. liberum non habeat ad aliam, sine & c. d. Contravenire canonis est peccatum in c. 2. & illud de maior. & obed.

fideliis concurrere, benigno favore dil. fil. Subdiacono & Capellano R. nostris Apost. sed. Legatis duximus injungendum, ut & vota vestra circa ipsum exquirant, & persona merita voce nostra examinent diligenter, eundem ad vos cum literis rei veritatem continentibus, destinando, ut si idoneus repertus fuerit, disponente Domino & ipsi in Ecclesia, & in ipso Ecclesia vestra utiliter provideatur.)

TITULUS VI. DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

C A P. I.

Ecclesia collegiata non debet providi de Pralato per collationem seu provisionem, sed per electionem canonicam siendam per ipsum Collegium. h d. Abbas.

Lucius Papa a (forte I. an. 256. Roma.)

Nullus in Ecclesia, ubi duo vel tres fratres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica, Presbyter eligatur: (& j. α) Si vero aliter quis Ecclesiam adeptus fuerit, eo quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicam regulam disciplinam egerit, expellatur.

(α Et eisdem convocatis etiam Parochianis, atque in unum consentientibus.)

C A P. II.

Electus ad clamorem populi, non debet per Superiorem confirmari.

Ex Concilio Sardicensi, c (an. 347. in Dacia.)

Osus d Episcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, ut talem excusationem afferens, asseveret, quod literas populi acceperit, eum manifestum sit potuisse plares eorum, qui sinceram fidem non habent, praemio & mercede corrumpi, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem (nisi de hoc poenituerit) talis accipiat. Si vero omnibus placeat, statuente. Synodus respondit. Placet.

C A P. III.

Electio canonica confirmanda est, debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conversatione & vita electi, ubi suis conversatus.

Gregorius III. a. (imo I. an. 600. Roma in Campan.)

Postquam: (& infra.) Confirmationem f petentium desideria, si nihil est, quod electum impedit, implentur. Cujus vita vel actus, quia melius possunt, ubi est conversatus, cognosci, inquirantur ibidem.

C A P. IV.

Electo in Archiepiscopum sedes Apostolica pallium non tradet nisi, prius praesert fidelitatis & obedientiae juramentum. Paschalis I. (forte II.) Panormitano g Archiepiscopo.

(an. 1102.)

Significasti Reges b & regni majores admiratione per motos, quod pallium tibi ab Apocrifariis i nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes: (& j. α) Mirerentur in hac causa Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum ovium suarum curam Petro committeret, conditionem posuit, dicens k: Si diligis me, pasce oves meas. Si conscientiarum, factor & cognitor secretorum, conditione hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo, & usque ad contristationem; qua nos solitudine oportet tantam Ecclesiae praelationem imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? Ajunt omne

a Codices hic variant: nam quidam Pius, alii Alexander. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c. Con. Sardin. Can. 2. Burch. l. 1. Decret. c. 19. lvo p. 5. c. 73. d. Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. e al. Greg. IX. & male. Gregorius lib. 8. epist. 18. Registr. f Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. g Papa Telezano al. Palarm. Arch. al. Polemensi Arch. h Cap. 21. eod. tit. in 1. compil. i Apocrifarius dicitur responsialis, ab ἀποκριβοῦς, respondeo Justin. Nov. 25. k Joan. 21.

omne jusjurandum a Domino esse prokibitum, nec ab Apostolicis post Dominum, nec in Conciliis inventiri posse statutum. Quid est ergo, quod Dominus subsequenter ait: *Quod amplius est, a malo est?* hoc enim amplius ut exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab Ecclesiæ unitate, & a sedis Apostolica obedientia resilire, & contra Canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum præstitum præsumpserunt: (& infra. β) Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur juramentum pro fide, & pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in Conciliis statutum non inventiri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia ulla præfixerint, cum omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & rubor acceperint, & in eorum statutis Romani d. Pontificis patenter excipiatur auctoritas: (& infra γ) Cum igitur a sede Apostolica vestra insignia dignitatis exigitis, quæ a beati Petri tantum corpore assumentis; justum est, ut vos quoque sedi Apost. subjectionis debita signa solvatis, quæ vos cum beato Petro tanquam membra de membro habere, & catholici capitis unitatem servare declarent.

(α In pallo conceditur plenitudo pontificalis officii, quia juxta sedis Apostolicæ & totius Europæ consuetudinem, anse acceperunt pallium Metropolitanis minime licet, aut consecrare Episcopos, aut Synodum celebrare.)

(β Nonne prædecessor tuus præter Rom. Pontif. conscientiam damnavit Episcopum? quibus hoc Cannibus, quibus hoc Conciliis legitur esse permissum? Quod super Episcoporum translationibus loquuntur decreta quæ apud nos non auctoritate Apostolica, sed nuda Regio præsumuntur: propter hæc mala & alia devitanda hujusmodi juramentum exigitur. Cur autem Dominus juramentum prohibuit, Apostolus Jacobus manifestat, adjiciens; ut non sub iudicium incidatis, nec quisquam, sicut beatus Augustinus exposuit, consuetudine jurandi ad perjurii consuetudinem dilabatur. Quapropter juratione non utatur nisi necessitate, cum videt pigros homines esse ad credendum, quod eis utile est credere, nisi iuratio firmetur.)

(γ Et ita possunt Apostolicam sed. contemnere, possunt apud nos calcantem elevare, & datum a Droprivilegium evertere vel auferre non possunt, quod Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum: quibus tandem Conciliorum decretis dandi pallium modus præscriptus est, & præfessionis vel obedientia ordo sancitus.)

C A P. V.

Si Schismaticus ad unionem Ecclesiæ reversus, eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

Alexander III. *Pes. Presbytero Cardin. Apostolica sedis e Legato. (an. 1179. in Istriam.)*

Quia diligentia tua requisivit, an electionem electi, qui abjurato schismate ad Unitatem Ecclesiæ rediit, debeas confirmare: Duximus respondendum, quod si a Schismatico nullum ordinem susceperit, & ejus electio secundum formam Canonicam fuerit celebrata, eum dummodo alia non impediatur dispensative permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias a Catholicis Episcopis Suffraganeis Aquilegens. Ecclesiæ in Episcopum ordinari. Salva debita iustitia & reverentia ejusdem Ecclesiæ, cum ad catholicam redierit unitatem.

C A P. VI.

Electus in Romanum Pontificem a duabus partibus Cardina-

a *Matth. 4. Hic fuit. error Valdensium. Emericus in Directorio, part. 2. q. 12. & 17. b. Concor. tex. in archen. ut iud. sine quo suff. §. consideravimus. in gl. illicito. c. Vide B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. es. Sor. lib. 8. de iust. et jur. 1. art. 2. ubi licitum esse jurare verum ostenditur. d. antequi. Roman. Eccl. e. In Conc. Lat. tit. de elect. et por. c. 2. Vid. Chronic. Slavov. f. Adde Schismaticum de iure civili debere suspendi. tex. est; et ibi Bald. c. 1. responsa de jur. si. col. 10. et rediens ad Ecclesiam abjurat, Turre crem. de Eccl. l. 4. p. 1. pap. 15.*

lium, nulla exceptione obstante, est Papa. Electus autem minori numero gerens se pro Papa, incidit una cum sibi adhaerentibus in panas hic contentas.

Idem ex Concilio Lateranensi. a

Licet de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis præd. nost. constituta manerint: quia tamen sæpe post illa per improba ambitionis audaciam gravem passa est Ecclesia scissura, nos etiam ad malum hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii aliquid derevimus adjungendum. §. 1. Statuimus ergo, ut si forte (inimico homine supereminante zizaniam) inter Cardinales substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, unus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. §. 2. Si quis autem de tertia partis nominatione confusus (quia de ratione esse non potest) sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quam hi, qui eum receperint, excommunicationi subjaceant, & totius sacri ordinis privatione multentur, ita ut viatici etiam eis (nisi tantum in ultimis) communio denegetur: & si non resipuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra absorbit) accipiant portionem. §. 3. Præterea si a paucioribus, quam a duabus partibus, aliquis electus fuerit ad Apostolatus officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ poenæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis constitutionibus & aliis Ecclesiis præjudicium generetur, in quibus debet majoris & sanioris partis sententia prævalere; quia quod in eis in dubium venerit e, superioris poterit iudicio definiti. In Romana vero Ecclesia speciale aliud constituitur: quia non poterit ad superiorem recursus haberi.

C A P. VII.

Electio ad Episcopatum fieri debet de digno scientia moribus, & aetate, & quod habeat tricimum annum completum & sit de legitimo matrimonio natus. h. d. usque ad §. Cum vero.

Idem ex Concilio Lateranensi. d

Cum in e cunctis sacris ordinibus & Ecclesiasticis ministeriis sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda; multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conservari. Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum: præsentis decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam tricimum annum ætatis exegerit g, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur.

Beneficia electi in Episcopum vacans per confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem secusam, vel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. h. d. usque ad §. inferiora. Abbas Siculus.

§. 1. Cum vero electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit: decurso tempore de consecrandis Episcopis a Canonibus definito, is ad quem spectant beneficia, quæ habeat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

In dignitatibus & officiis circa Episcopatum, ac curatis benefici-

a *Quod celebratum est Roma, an. Dom. 1178. sub Alex. Pp. III. assensibus 274. Episc. mense Martio. Aliud postea celebratum est Lateranense an. Dom. 1215. sub Innoc. III. mense Novembri Pontificatus ejus an. 18. assensibus 411. Episcopus, primatibus Archiepisc. 72. reperitur tit. de elect. summi Pont. c. 1. b. Cap. 15. eod. tit. in 1. compil. c. Inter venerit. d. Cap. 3. Concil. Lateranens. e. Cap. 16. eod. tit. in 1. compil. f. Domini. g. Alia egerit, vide Burch. l. 2. Decret. c. 9.*

nesciis, debet assumendus vigesimo quintum annum attingisse, & alias esse idoneus scientia & moribus: & si non est in ordine requisitus, debet se facere promoveri in proximis temporibus: alias monitus non parens, privatur beneficio, non obstante appellatione: nisi ex causalegitima excusetur. h. d. usque ad Clerici. Abb. Siculus.

§. 2. Inferiora etiam ministeria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis Ecclesiæ regimen, nisi qui jam vigesimo quintum annum ætatis attingerit, & scientia & moribus commendandus existat. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo a Canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab isto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velit & possint illud convenienter implere. Nec profit eis appellationis refugium habet, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint tenueri. Hoc sane non solum de promovendis, sed etiam de his, qui jam promoti sunt, si Canones non obstantes, præcipimus observari.

Eligentes indignam contra formam hujus c. privati sunt pro prima vice potestate eligendi: & idem in collatore: & defectum Capituli supplet Episcopus, & e converso: & si Capitulum negligit, sit devolutio ad Metropolitanum. h. d. usque ad finem.

§. 3. Clerici sane, qui contra formam istam quenquam elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos. Dignum est enim, ut quos Dei timor a malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coercere severitas disciplina debeat. Episcopus autem si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri in conferendis prædictis officiis & beneficiis potestatem amittat, & per Capitulum, ut per Metropolitanum (si Capitulum concordare nequiverit) ordinetur. e

C A P. VIII.

Compromittentes super electione, tenentur recipere electum a compromissario, si est idoneus.

Idem Ravenasi Archiepiscopo. (an. 1179. Roma in Flaminia.)

Causam, quæ inter moniales sanctæ Margareta, & (i. a.) Si sorores in Episcopum electionem contulerint, promittentes, quod illam, quam eis provideret, recipent, ipsam quam providerit, facias ab eis (si tamen existat idonea) in suam recipi Abbatissam.

(2. Super discordia & dissensione electionis quam fecerant, dignoscitur agritari, experientia tua jam pridem commissimus terminandum. Unde quoniam causa ipsa in tantum protrahitur, & nondum, sicut accepimus, processisti, & periculosum & damnosum est monasterio, eo quod causa ipsa in tantum protrahitur. F. r. p. a. f. m. q. infra dies XL. vel duos menses, aut plus secundum tenorem aliarum nostrarum litterarum in eadem causa procedat, ita videlicet, quod.)

C A P. IX.

Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

Idem Vigorensi Episcopo. (1179. Roma in Angli.)

Noti k, quomodo Linconen. electus concedendi honores, vel præbendas, aut alias disponendi de rebus Ecclesiæ (cum sua non sit electio confirmata) non

a Vid. Concil. Carth. c. 19. & Burch. lib. 2. Dec. c. 10. 11. & 22. b Vid. l. 1. §. quæstionum. cum ibi not. ff. de appell. & gloss. in c. non solum. de appell. lib. 6. c. Concor. text. in l. privilegia. c. de sacrosanct. Eccl. & cap. 1. de constitut. §. Concor. text. in l. capitulum. §. famosus. ff. de pan. t. bona fides. ff. de panis. c. Ordinatur. in Concilio. unde sumitur. f. Post Concil. Lateran. sub Alexand. III. par. 40. c. 1. & c. 17. eod. tit. in 1. compil. g. al. ita, quam Episcopus eis. h. Nam danses alicui potestatem videntur intellexisse de idoneo. facit l. si procurator. ff. de cond. ind. i. al. Exonien. k Post Concil. Lateran. sub Alex. III. par. 40. can. 2. & c. 18. eod. tit. in 1. compil.

habeat facultatem, (& i. a.) Mandamus igitur, quatenus ei auctoritate nostra præcipias, ut concessionem, si quam facit de prædictis, studeat revocare.

(a Inde est quod F. r. per a. f. præd. us prædicto electo ex parte nostra non differas ardeus inhibere, ne Archidiaconatum de Norbenster, vel Præbendam, quam VV. ejusdem loci Archidiaconus tenuit alicui conferre præsumat, & si eundem Archidiaconatum vel Præbendam cuiquam, quod non arbitramur, concesserit.)

C A P. X.

Electio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra privilegia Ecclesiæ, cassanda est.

Idem Alex. III. (an. 1174. in An.)

Consideravimus a, quod electio Joannis Frontini, post appellationem ad nos b interpositam, & contra tenorem privilegiorum Ecclesiæ vestra fuerit celebrata. Perpendimus etiam quod electio B. post illam qualemque electionem non e cassatam, nec non & post appell. (per quam ad suum statum omnia debent reduci) facta fuit: (& infra. a.) Quapropter utriusque electionem omnino cassamus, & vobis in aliam personam idoneam & honestam convenienti liberam tribuimus facultatem: ita quod utrique prædictorum fama sua non minus integre conferretur, & quod in aliis Ecclesiis possit (si Deus gratiam dederit) promoveri. Vobis autem liceat præter istam Ecclesiæ vestrae ordinationem, in eorum alterum convenire.

(a Et illata violentia: inquam Rex penitus infecerit, violentiam aliquam in hoc de assensu vel conscientia sua nunquam perpetraram fuisse.)

C A P. XI.

Metropolitanus confirmatus, licet nondum receperit palium, potest suam Suffraganeam consecrari facere.

Idem. (an. 1175. Rom. in Germ.)

Suffraganeis alicuius confirmationem electionis suæ, etiam si pallium non receperit, licitum est electum, qui ad ejus jurisdictionem pertinet, consecrare.

C A P. XII.

Is, cujus electio fuit cassata, non vitio persona, sed electionis modo, iterum eligi potest: secus si vitio persona.

Clemens III. e (an. 1181. Rom. in Angli.)

Super eo vero f, quod quære voluisti, si alicuius electione cassata, idem ad alterius Ecclesiæ regimen electus fueris, an ejus electio debent confirmari: hoc tuam volumus discretionem tenere, quod si prior electio non vitio personæ, sed modo electionis cassata, promotionem ejus fieri in eadem etiam Ecclesia, (nisi forte simoniacæ pravittatis g alicuius intercessisse constiterit) non debeat impedire.

C A P. XIII.

Non professus potest postulari in Abbatem, si ex aliqua bona causa fiat talis postulatio. h. d. secundum lecturam, quæ est magis singularis.

Cælestinus III. Cenomanensi Episcopo. (an. 1182.)

Rome in Galliam.

CUM monasterium h de Fellicca in tuo fitum Episcopatu, ad eam dissolutionem deveniret (sicut tuarum litterarum insinuatio patefecit) quod fratres ejusdem domus observantiam religionis & ordinem abjecerunt: (& i. a.) In quandam, qui cum fratribus suis in eremo est laudabiliter conversatus, boni testimonii virum unanimiter consenserunt, eum in Abbatem totis desiderijs postulantes. Tu vero postulationi eorum præbisti assensum, & postulasti eandem ordinationem.

a Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. Vid. Matth. Paris. 296. b Hæc duo verba, ad nos, desunt in antiquis. c al. nondum. d Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. e Alias, Alexand. II. f Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Vid. Sigebert. ann. 1174. g Glossa in l. un. in verbo, contra hanc. ff. de leg. Jul. de amb. gloss. & Bart. in l. Barbarius. de off. h Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.

rationem a sede Apostolica confirmari. Nos autem a ipsam, sicut facta est, canonice confirmamus.

(*α* Et bonis ejus dilapidatis atque consumptis, ad eligendum sibi Abbatem de ipsius Ecclesia gremio non potuerunt hactenus convenire, ad sua tamen admonitionis & exhortationis instantiam in unum convenientes.)

C A P. XIV.

Electio debet esse in libertate eligentium, nec vales contraria consuetudo.

Idem Cælestinus, (an. 1187. Roma Hierosolymam.)

Cum terra b, quæ tuniculus hereditatis Domini censetur: (*β* infra.) Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus pravæ consuetudinis morbus irrepit: ut cum alicujus Prælati electio debet celebrari, conventus, ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus Patriarchæ vel Principis exprimendas, ut sic alterius eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ, idem Patriarcha vel Princeps plenam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in gravamen e & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, præscriptam consuetudinem pravitatem sancimus penitus abolendam d: Statuentes, ut forma electionis canonice in omnibus conventualibus Ecclesiis observetur, videlicet ut cum debet Ecclesiæ consuli, pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) conveniant, & invocata Spiritus Sancti gratia personam nominent. Quod si in persona fuerit vel in electionis modo peccatum, tamdiu in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec vacanti Ecclesiæ de persona idonea e valeant providere. Quo facto, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionem aolumus impediri.

C A P. XIV.

Per confirmationem electionis non transferatur potestas exercendi ea, quæ sunt ordinis. Illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.

Idem f (an. 1185. in Angliam.)

Transmissam g: (*β* infra. α) Quævisisti, quid faciendum sit tibi super eo, quod Clerici tuæ diocesis, cum pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis sententia percullunt parvipendentes eam, dimitunt Ecclesias, & transferunt se ad mercimonia Laicorum: nonnulli quoque ipsorum (habitu clericali postposito) vestes induunt laicales, & sicut Laici mercatores se turpibus quæstibus implicantes, consilium sibi Laicorum manus hæstocant, & correctionem Ecclesiasticam per contemptum eludunt, dicentes, quod potestatem non habeas eos (nisi tibi specialiter Apostol. sedes indulerit) corrigendi: (*β* infra β) Respondemus igitur, quod ex quo electionis tuæ confirmationem accepisti, de talibus & consimilibus (præter ea, quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant) quod iustum est, & Ecclesiasticæ convenit utilitati, statuendi habeas liberam facultatem.

(*α* Dudum sicut infinuare curasti, ad nostram pervenisse a. nientiam quæstionem, tua nunc dilectio replicavit, quid sit tibi faciendum super eo.)

(*β* Nos autem volentes in hoc tibi certum dare responsum, tua devotiori respondemus, quod si quando tales repereris, si commisi noluerint a tam turpibus actibus revocari, & de contemptu satisfaciendes plenarie ad clerici-

chale sehemata redire: tu eos, auctoritate nostra suffultus excommuniaves, app. sub. faciasque eos artibus ab omnibus vitari, donec etiam reatum suum congrua satisfactione emendant, præsertim si qui eorum in sacris ordinibus sunt constituti, hoc etiam sine speciali mandato exequi posses, cum.)

C A P. XVI.

Qui electioni de se sua renuntiat, appellare nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio, quæ est a suspensis celebrata, non tenet.

Innocentius III. de Cella sancti Petri, & Mutinens.

Abbasibus. a (an. 1199. in German.)

Ium b inter R. seniores, & juniorem super Abbacia Scaphufen. quæstio veteretur: (*β* infra. α) bon. mem. Cælest. præd. nosse prædictum R. seniores, sententiam cum instantia postulantem ad componendum coegit invitum: & sic Abbatia renuntians, de manu ejus Cusodiæ & Prioratum recepit, ab eo dum viveret, possidendos. Cui ordinationi licet consentiret invitum, domum tamen revertens (adversariis compositionem ipsam nolentibus observare) non potuit, quæ concessa sunt obtinere: (*β* infra. β) Nos attendentes, quod ex consensu compositionis receptæ jus (si quod sibi competierat) R. senior amiserat, ac per hoc ne Monachi ad electionem procederent, de jure minime appellare potuissent, cum, nisi quorum interest, auditum non soleant appellantes, appellari. illam dicimus legitimam non fuisse: unde per eam electio non potuit impediri. Sane quamvis Præpositus & Capitulum Constantien. de interdicto, quod Cardinalis posuerat, in suis literis inseruerint: quia tamen per id, quod R. juniore diocesanus Episcopus munus benedictionis impendit, ei videtur quod præmissis obviare: unde vel scriptura facta, vel factum scripturæ præjudicat, nec probatum fuit (licet objectum) quod ab interdictis electio fuerit celebrata: ipsum non potuimus irritare. (*β* inf. γ) Ideoque causam ipsam vobis duximus committendam, ut si constiterit, quod electio fuerit facta a suspensis, ea omnino cassata ipsi monasterio (post satisfactionem condignam, suspensionis & interdicti sententia relaxata) de persona idonea consulatur.

(*α* Eis in presentia nostra constitutis dil. fil. N. G. tit. SS. Cosma & Damiani, & G. S. Maria in Acquirio Diaconos Cardinales concessimus auditores: in quorum presentia fuit propositum, quod cum controversia ipsa fuerit auditoribus diversis commissa, deinde amba partes ad sedem Apostolicam accesserunt, quibus a bona memoria Ce. Pp. præd. n. nos ipsi, qui in minori eramus officio constituti, & dil. nosse Joan. tit. S. Stephani Presbyter Cardinalis, dari sumus auditores: & cum utrinque coram nobis esses diutius allegatus, & eidem prædecessori nostro per nos esset processus negotii declaratus, ipse)

(*β* Quin potius in eum, quod deterius est, manus iniecerunt postea Monachi violentas, sed adjutus ab illis hominibus & Monachorum manus evadens, ad appellationis subsidium convolvavit. Interim vero dil. fil. n. p. S. Maria in via lata Diac. Card. Apost. sed. Legatus, ad partes illas accedens, pro jam dictis & multis aliis excessibus, & suspendit Monachos, & monasterium interdixit. Ipsi vero contempta sententia Cardinales, divina promptius, quam antea celebrant, & in hac suspensione prædictis adversariis ejus de medio est sublatas. Quo comperto ad Ecclesiam venit: et cum vellet prædicta compositioni parere, parte altera hoc nolente, ne ad electionem procederent Abbas, quousque inter eos quæstio finiretur, obstaculum objecit appellationis: sed Monachi per omnia contumaces et post app. ab eodem R. seniore ad nos interpositam R. juniore pariter eligentes, ipsum benediciendum Diac. Episcopo præsentarunt: qui post app. interpositam benedixit eum, et in Ecclesia introduxit & inf. Cum autem que præmissa sunt et alia quadam prædictis Card. nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset.)

(γ Præ-

a In multis antiquis: nos autem ipsam canonice confirmamus. b Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. c In antiquis in gravem perniciem d Concord. auct. & irrita. C. de sac. Eccles. e al. congrua. f In coll. 2. Clemens III. Helvensi Episcopo, sed in 6. lib. annotatur varia lectio, Cælestin. III. Chron. Sclav. 166. Nicensi electio. g Cap. 7. eod. tit. in 2. compil. h Simil. est sext. ff. de orig. jur. l. 2. in prin. & l. 2. ff. de cop. quem factum erit.

Jus. Canon. Tom. II.

a Additur et Præposito Verden. al. Verdenen. b Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

(*γ* Præsertim cum contra personam electi mihi fuerit intentatum.)

C A P. XVII.

Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus electio cessari debet.

Idem Innoc. III. Capitulo Pennens. a (Roma in Apurtum.)

Qualiter post b obitum: (& infra. a) Verum quoniam electus a vobis ante confirmationem administrationi Episcopatus se irreverenter immiscuit, recipiendo tam a Clericis, quam a Laicis juramenta, non attendens, quod secundum Apostolum, nemo debet sibi honorem assumere: sed, qui vocatur a Deo, tanquam Aaron; præcipue quia nec donum scientiæ Pontifici conveniens fuerat assecutus. Postquam nobis presentatis eandem, sufficienti examinatione præmissa electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est, denunciatis penitus non tenere.

(*α* Bon. mem. Pennensis Episcopi Ecclesia vacante, receptis prius super electione faciendâ literis nostris, Præmiserunt vestrum vobis elegeritis in pastorem, vos tanquam auctores electionis ipsius cognovistis.)

C A P. XVIII.

Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. h. d. secundum lecturam communem.

Idem Capitulo d Capuano. (an. 1199.)

II. C Um inter e universas metropol. (& infra β) Intelleximus autem per Jo. & F. Canonicos vestros, & per literas, quas ad sedem Apostolicam detulerunt, quod ad Decanum & alios Canonicos vestros Penonmi manentes (cum ex eorum parte fuisset vobis per literas intimatum, ut sic tractaretis super electione substituendi pastorem, quod nullum deberetis in eorum absentia nominare) quendam socium vestrum cum literis destinastis, duodecim dierum terminum assignante, intra quem post receptionem literarum vestrarum iter arripissent redeundi. Quamvis Ecclesiastica consuetudo non exigit, ut ad electionem pastoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipue, qui longe antequam vos, Metropolitanus vestri obitum præsentialiter cognoverunt, quorum aliqui post ejus decessum ad Capuanam Ecclesiam sunt reverti. Quia tamen mora longior est in electionibus valde suspecta, imo sæpe damnosâ: mandamus, quatenus invocata Spiritus Sancti gratia, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen Capuanæ Ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostram nuncios idoneos transfuris, per quos a nobis vice Regia postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis.

(*α* Metropolis Capuanensis sit Apostolica sedi vicinior ad provisionem ipsius specialius aspiramus: talem ipsi personam præferre cupientes, qua sicut alios Metropolitanos loci vicinitate, sic & devotionis affectu præcellat, per quam & ipsa metropolis tam in temporalibus, quam in spiritualibus operibus suscipiat incrementum.)

C A P. XIX.

Non debet inspicere, an post appellationem, sed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit vocandi potestas, remanet jus eligendi, si vocati venire contempserint. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et nisi electus doceatur, legitime a tatis & literatura, habetur pro non legitime electo.

a Peniten. Vide Epist. Innoc. p. 497. Taxat. Benef. Theau. Archiepisc. Suffrag. 552. b Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. c Adde: quod ambitiose petens dignitatem secularium vel Ecclesiasticam, penitus in 100. aureis, & est infamis. l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit. & in l. 2. & ibi Bar. de inster act. d al. Capuanen. e Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. f Vide l. fin. §. fin. Ad rog. Rhed. de jac. & in l. quod te: ff. Si certi, per.

Idem Archiepiscopo a & Capitulo Capuano.

CUM nobis b olim de obitu: (& j.) Cum autem ex cursiusque partis assertionem constaret, interpositam fuisse appell. ne fieret electio, nisi canonice, videri c poterat, quod post eam medio tempore nihil debuit innovari: unde talis electio judicanda erat irrita & inanis, utpote post appellationem canonice interpositam attentata. Sed contra, cum appellatum fuisset, non ut nulla electio fieret, sed ut fieret canonice: si factum electionis canonice fuerit subsecutum, non utique contra formam appellationis hujusmodi, sed magis secundum eam videbatur esse processum: & ideo licet post appellationem, non tamen d contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda: (& infra. a) Item cum post appellationem emissam Archidiaconus cum suis factoribus chorum exisset, & vos illos, ut interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis solite revocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videtur: propter quod electioni a vobis juxta formam mandati Apostol. concorditer celebratæ, de jure non posse contradicere videbantur: (& infra β) His igitur & aliis allegatis, quanquam contra personam illius, quem elegeritis, nihil dictum fuerit vel obiectum, quia tamen juxta verbum Apostoli dicentis e: *Nem in cito manum imponas*: debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant: duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum: (& infra. γ) Illius quoque literaturæ licet non eminentis, tamen convenientis electus existit, ut pro defectu scientiæ (sicut plenus intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi. De legitima tamen ætate scire plene non potuimus veritate: quia cum a multis, cujus ætatis existeret, curavimus indagare, a nemine unquam audivimus, quod annum ætatis tricesimum attigisset: (& infra. d) Nos Ecclesiæ pariter & persona providere volentes, & tam rationes, quam canones observare: quia propositum vestrum providum intelleximus, & ideo propter urgentem necessitatem f, & evidentem utilitatem Ecclesiæ Capuanæ (quam in hac parte potius approbamus) volumus ipsum fimiter perdurare: præfatum Subdiaconum nostrum vobis in procuratorem concedimus, l. betam administrationem ei, tam in temporalibus quam in spiritualibus committentes.

(*α* Nam cum due partes & amplius electioni consenserunt & consentiant; licet cautum reperitur in canone, ut tunc alter de altera Ecclesiæ eligatur, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus: quia tamen hoc in favorem introductum est Clericorum, & cuique licet renuntiare juri, quod pro se nascitur introductum, vos qui due partes eratis & amplius, cum hoc quod due partes Capituli faciunt, totum facere videatur, in hac parte juri, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuistis: & electionem de persona alterius Ecclesiæ celebrare: præsertim cum illud decretum locum habere videatur: quando Clerici renitentibus & invidis per alicuius violentiam potestatis extraneus ingeritur ex adverso: propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas Clericis renitendi, si se viderint prægravari, & quos ingere sibi viderint ex adverso, propter quod se non timeant resistere. Præterea cum sedes Apostolica omnium Ecclesiarum caput existat, & Rom. Pontifex iudex sit ordinarius singulorum, quando de ipsa quis assumitur in Prælatum alterius Ecclesiæ, ei posse objici non videtur, propter capitis privilegium quod obtinet plenitudinem potestatis, quod de aliis Ecclesiæ eligatur, cum a capite non debeant membra reputari aliena.)

(β Præ-

a Archidiacono. b Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. c al. provideri. d al. non tamen contra fuit eadem electio celebrata. e 1. Timor. c. 5. f Vide l. 1. D. de novi op. nunti & in l. jubemus nullam, cum leg. seg. C. de sacr. Eccl.

(*β* Praefertim cum idem Archidiaconus postea requisitus respondit, quod in praesentia nostra vellet ei suum praeberere assensum, & ideo cum secundum statuta Concilii Lateranensis. app. rej. semper id debeat prevalere, quod a pluribus & sanioribus fuerit ordinatum, nisi forte a paucioribus & inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, & ostensum, a vobis celebrata electio, tanquam majori & saniori parte non obstante contradictionis vel appellatione paucorum, debeas & poterat rationabiliter confirmari: cum id quod obiectum extitit & ostensum, rationibus praemissis apparebat rationale non fuisse.)

(*γ* Et quia cum triasus in persona electi praecipue inquirenda, videlicet aetas legitima, morum honestas, & literatura sufficiens, licet de honestate morum, tanquam ei qui nobiscum esse aliquandiu laudabiliter conversatus, possumus ipsi laudabile testimonium perhibere.)

(*δ* Cum autem secundum praedicta statuta Concilii nullus debeat in Episcopum eligi, qui trigintimum aetatis non attingerit annum, licet senectus venerabilis sit non distanda, nec annorum numero computata, sed cani hominis sunt sensus ejus, & aetas senectutis vita immaculata, quia tamen post illa tria, quae Salomon afferit difficillima, quarum tamen quasi reputas impossibile, viam videlicet viri in adolescentia sua cognosci, tanquam investigari non possit.)

C A P. XX.

Illegitimus potest postulari, non autem eligi: & electores nisi probaverint illum ignoranter elegisse, incurrunt in poenas Lateranensis Concilii.

Idem Innoc. III. Cantuariensi Archiepiscopo

(an. 1199.)

Innotuit a vobis, quod Vigoriensis Ecclesia destituta pafore, Prior & Conventus ejusdem loci, magistrum M. Archidiaconum Eboracensem in Episcopum elegerunt, cujus confirmationem usque in adventum ipsius (qui absens esse debet & inficius) distulisti: qui tandem spontanea tibi & secreta confessione monstravit, quod conscientia ejus aliquantisper ex natalibus esset laesa: (*α* & *infra*. *α*) Cujus electionem Capitulum petiit per sedem Apostolicam confirmari, praesentato nobis electionis decreto, subscriptionibus eligentium roborato. Quidam autem Suffraganeorum tuorum asseruerunt, eum fuisse filium cujusdam militis, & ab eo ex quadam ingenua & non conjugata susceptum. Idem quoque magister adjecit, quod nunquam pater ejus habuerat uxorem, sed matris *b* ejus virginitatis florem praecipit quasi *e* furtim: (*β* & *infra*. *β*) Quamvis autem canon *d* Lateranensis Concilii ab Alexandro praedec. nost. editus, non legitime genitos adeo persequatur, quod electionem talium innuit nullam esse: nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successibus suis nullum potuit in hac parte praedictum generare, pari post eum (imo eadem) potestate functuris, cum non habeat *e* imperium par in parem: (*γ* & *infra*. *γ*) Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur: literarum scientia, morum honestas, vitae virtus, & fama personae, multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus nostris (qui eum in scholis cognoverant) approbatae: faciebat etiam haec ad id non modicum, concors Capituli Vigoriensis electio, petito populi, assensus Principis, votum tuum, Suffraganeorum suffragia, & humilis devotio contentis, qui sponte ac humiliter suum maluit confiteri reatum, quam laesa conscientia thronum conscendere pastorem. Habito ergo super hoc diligenti tractu, intelligentes Vigoriense Capitulum eundem magistrum non humiliter postulasse, sed improvide potius elegisse (cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisset, non per ele-

ctionem inhibitam, sed per postulationem permissam) electionem ipsam praedicti canonis auctoritate cassatam denunciamus irritam & inanem: nec penam non modicum Vigorien. Capitulum, quod eis nec penam insignis expressam in canone supra dicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant. Et quamvis post cassationem hujusmodi nobis fuerit supplicatum, ut dignaremur cum eo misericorditer dispensare: supplicationem hujusmodi, quae nomine Capituli non fiebat (cum non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nuncii destinati) ad praesens non duximus admittendam: decernentes irritum & inane, quicquid super ordinatione ipsius Episcopatus ante susceptionem litterarum nostrarum fuerit attentatum. Quod si Vigorien. Capitulum eundem magistrum propter praerogativam meritorum ipsius duxerit postulandum, postulationem apud sedem Apostolicam praesentare procuret.

(*α* Et quod ad tanta dignitatis apicem praeter indulgentiam sed. Apostol. nolles aliquatenus promoveri, quamvis promoventem benignum & facilem invenires. Tu autem, sicut vir providus & discretus, intellecta conscientia ejus noluit prius ad confirmationem procedere, sed nobis scriberem intimasti per litteras tuas & per eas ipsius merita & scientiam commendasti: Capitulum ejusdem Ecclesiae, quare per te fuisset electionis confirmatio protelata, se ignorare per litteras suas nobis transmissis exposuit, & eam.)

(*β* Quo facto cum ipsa infra quadriennium a natiuitate ipsius matrimonium contraxit. Nos ergo super hoc cum fratribus nostris habito diligenti tractatu, inspectis canonibus, quosdam invenimus, qui non legitime genitos promoveri, verant ad officium pastorale, causam forte trahentes ex lege divina, per quam spurii & maneres usque ad decimam generationem in Ecclesiam Dei prohibentur intrare. Invenimus autem alios, qui undecunq; genitos non prohibens ad sacros ordines promoveri, dummodo sibi vita merita suffragentur, asserentes, quod culpa parentum non est filii impuranda: & ad hoc probandum inducunt, quod Dominus noster Jesus Christus non tantum ex alienigenis, sed etiam ex adulterinis vo ut commixtionibus nasci, qui est Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Hi etiam Scriptura divina videntur inniti, quae dicitur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii, & per quoddam veterum antiquum proverbium removeri, quod inter filios Israel dici solebat: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obtupescunt. Quidam vero ad concordiam discordantium revocantes, repugnantiam Canonum praedictorum sopire quodammodo videbantur, consistentes quod illegitime geniti si religiose fuerint in cenobitis aut in canonicis conversati, a saceris mysteriis minime revocantur: & inter illegitime genitos quidam asserunt eos solos a saceris officii prohibendos, qui paternam incontinentiam imitantur: et hi quoque videntur auctoritate divinae legis inniti, quae dicitur: Ego sum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam progeniem in his, qui oderunt me, quasi dicat, in his, qui circa me paternum odium imitantur. Verum Canon Concilii Lateranensis a bona mens. A. PP. p. nost. editus in Synodo generali penitus vel primis concordans canonibus, non solum veras tales in Episcopos promoveri, verum etiam eligentibus certam penam infligit. Imo ipso facto eandem penam eos asserit incurrisse, ut secundum hoc canon lata sententia videatur, cuius tenor est, ne videlicet, quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum. Nullus in Episcopum eligatur, nisi qui de legitimo matrimonio sit natus, circa suam adiungens Clerici sane si contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi potestate tunc privatos, et ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos. Sane praedictus canon, qui non per eum, qui canones non nosset antiquos, sed illum, qui plene noverat canonicas sanctiones, in Concilio multorum Jurisperitorum est editus, et ipsius approbatione Concilii roboratus, nasci de non legitimo matrimonio omnem videtur in-

B 4

Epi-

a Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. Vid. VVestmonast. 91. Matth. Paris. 275. 309 309. b matris. c furtum. d Concil. Lateran. can. 3. el. 3. & 4 ff de arbitris, si al. approbatum. al. approbata

Episcopus, promovendi ad tunc praclusisse, eum id etiam ad consequentiam trahi prohibeat, quod per necessitatem innuit prioribus temporibus esse factum, licet nihil amplius quam necessitas dispensationem ad dispensationem inducat. Præterea electionem saltem innuit nullam esse, dum in penam statuit eligentium, ut tunc non veris eligendis se potestatis privatos, quod nihil esset, nisi tunc occurreret electio faciendæ quod fieri non posset priore electione seu nominatione durante: ex quo patet electionem ejusmodi per ipsum canonem irritam.)

(7) Sed ea tantum fuit mensuræ, ut quia ex eo quod aliquando ex dispensatione pro necessitate ipsius temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam excedentes, & inde sumentes exemplum, se licite credere eligere tales, & indifferenter hujusmodi eligebant, cum talia fieri prohibere. Unde gravem electoribus penam inflixit. D. liberavimus tamen cum fratribus nostris, utrum in tali casu & cum tali persona deberemus misericorditer dispensare, vel juris potius servare rigorem. Invenimus enim a bon. mem. Urbano P. P. nostro in casu multo difficiliore, cum Cenomanen. electo dispensasse, qui fuerat filius Sacerdotis, et Legionen. Episcopo, qui post consecrationem suam humiliter fuerat et sponte confessus, quod fuisse ex matre non legitima procreatus, quam pater vivente uxore propria cognovisset. Sed Urbanus idem inhibuit, ne id quasi pro regula in posterum ad consequentiam traheretur. Videbatur enim, quod cum illegitime natus fuisset aliquandiu dispensatum, et ex certa causa forsitan in posterum dispensandum. In hac causa celerius debet dispensatio indulgeri, illi persona videlicet, qua minus imperfectioris, plus perfectionis habeat.)

C A P. XXI.

Non possunt electores in præjudicium electi compromittere: sed si consenserit electioni suæ, vel consentire velit, non obstante Laude in contrarium late, est confirmandus, si aliud canonicum sibi non obstat, licet non sit de gremio illius Ecclesie, quamcumque ob causam a majori parte fuerit appellatum: & in hoc ultimo est iste textus multum notabilis.

Idem Genuens. Archiepiscopo, et Placentino, et Bobien. Episc. (an. 1200. in Ligur.)

III. **C**um b inter Canonicos Saonen. super electione Pontificis quaestio verteretur, ad sedem Apostolicam S. Subdiac. Saonen. & I. procurator Capituli accesserunt: (et infra. c.) Proposuit autem procurator prædictus, quod singuli requisiti communi assensu in Hasten. præpositum (excepto prædicto Subdiacono) convenerunt: quo in sua duritia permanente, aliorum consensus redactus fuit in scriptum publicam consequenter. Cæterum pro parte altera fuit propositum ex adverso, quod cum septem eissent Canonici Saonen. in Capitulum se receperunt, de futura electione Pontificis tractaturi: sed Archidiacono, Archypresbytero & Præposito dictum Hasten. Præpositum nominantibus, fuit a præfato S. obviatum, assensere ipsum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquam inhabilis fuerat recusatus: nec ad aliam Ecclesiam debere fieri transiitum, donec reperiretur idoneus in Ecclesia Saonen. (et j. β) Post hæc Archypresbyter pro parte altera de rato (ut dicebat) literis præmunitus, ipse vero S. pro parte sua in Mediolanen. Archiepiscopum compromittere curaverunt d., qui Magistrum G. Modicen. Canonicum ei. dedit in Episcopum, & confirmavit: (et infra. c.) Disc. v. mandamus, quatenus, cum constet electionem de Præposito memorato a majori & saniori parte Capituli celebratam fuisse, publicatam etiam & subscriptam: si dictus Præ-

positus eidem electioni consenserit, ut per mutuum consentum eligentium & electi quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum; nisi sufficienter sit ostensum, eundem morbo epileptico laborare (super quo contra ipsum dicitur appellatum) vos non obstante appellationis objectu, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita (cum eas frivolas reputemus) electionem confirmetis ipsius, non obstante, quod post talem electionem a præfato Archiepiscopo proponitur esse factum, etiam si a partibus in eum fuerit compromissum: cum electores a tali electione sic resiliere nequaerint. Quod si electores illius non compromiserint in Archiepiscopum memoratum, etiam si dictus Præpositus nondum electioni de se facta consenserit, eo tamen consentire volente (dummodo a morbo sit immunis objecto) vos electionem ipsius nihilominus confirmetis.

(α Quibus ven. F. N. Albanen. Episcopum et Dil. fil. n. A. tit. S. Marcelli Presbyterum Cardin. dedimus auditores, in quorum presentia.)

(β Sed præfatus Saonen. Spretis appellationibus interpositis præpositum Hasten. elegit, abiciens adversa parte, quod hujusmodi electio propter appellationes interpositas et alia etiam obstacula non teneret. & infra. Sed et civitatem idem Præpositus et alii omnes egressi, exceptis Presbytero et Subdiac. Sapediis, secum Capituli sigillum ignoransibus eis detulerunt, et ad Mediolanensem Archiepiscopum accedentes petierunt electionem, quam fecerunt confirmari, licet a solo Præposito, et post appellationem facta fuisset: sed quoniam indebitus electionis processus antea Archiepiscopo innotuerat, petitioni eorum non annuens, quandam de fratribus suis ad investigandum electionis processum Saonen. dilexit: sed cum testes coram eo producerentur, et postularetur, ut in nunciis ipsum pariter procurarent: pars adversa jam dictum Archiepiscopum, altera sedem Apostolicam invocavit, sed cum ad mandatum nuncii partes Mediolanum ivissent Apoloque pessura, ab Archiepiscopo ut ad pacem redirent, fuerint monita diligenter, cuius arbitrio positus Saon. se velle stare constanter asseruit, si et hoc ipsum pars faceret adversa, quod deliberato consilio præfatos Subdiac. repromisit. Post hoc reversi ad propria, et deinde ab Archiepiscopo revocati Præpositus.)

C A P. XXII.

Electus a majori et saniori parte Capituli, si est et erat idoneus tempore electionis, confirmabitur: si autem erat indignus in ordinibus, scientia vel aetate, et fuit scienter electus, electus a minori parte, si est dignus, confirmabitur.

Idem Præfatus Episcopo a, Apostolica sedis Legato. (an. 1202. in Germaniam.)

Dudum b ad audientiam nostram quaestione perlata, quod vacante Præpositura e Colocen. Ecclesie, in duobus vota eligentium divisissent, causam iudicibus duximus committendam: (et infra. c.) Ipsi vero partes ad suam presentiam convocarunt, receperunt testes, examinaverunt eligentium conscientias, audierunt allegationes utriusque. Et quoniam Præpositus sancti Gregorii eorum sententiam se asseruit nolle stare, processum ad sedem Apostolicam destinavit d.: (et infra. c.) Cumque nuncii Præpositi sanctorum Apostolorum statuto termino ad presentiam nostram accessissent, Præpositus sancti Gregorii nec venit, nec pro se misit idoneum responsalem: (et infra. c.) Gestis igitur iudicium diligenter inspectis, invenimus, quod pro Præposito sanctorum Apostolorum a-

a Januensi Archiepiscopo, in aliquo antiquis, Placentino et Papiensi Episcopis. A. pro Bob. Bononiens. b Cap. 6. eod. tit. in 3. compil. c In aliquo vetustis, quod eum essent Canonici septem Saonen. qui se in Capitulo receperunt, de futura, etc. d Similis text. in. c. contingit: et ibi Innoc. hoc tit. Specul. in tit. de arbit. §. restat. ver. item de sentent. et ver. sed nunquid Clericus.

a Hac postrema verba desunt in 3. compil. b Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. c Colonien. in omnibus manuscr. et nonnullis impressis. d Quoniam idem mandavit Papa, quod si altera partem noller, quod ipsi iudices causam terminarent, causam instruatam remitterent ad ipsum: aliam non fuisse eis licitum recusare. c Hac verba, pro se, desunt in antiquis.

Horitas, pro Præposito vero sancti Georgii numerus elegantium faciebat, cum primus a quatuordecim, tum personis, tum Canonice, qui alios dignitate, ætate, & tempore a præcedebat: secundum vero a viginti quatuor fuisse electus: (*& infra. β*) Cum autem allegationes pro eodem Præposito sancti Georgii coram iudicibus ipsis propositæ, nobis non fuerint præsentatæ, propter quod non potuimus scire per nos, quid objecerit, vel quid responderit ad objecta, siquæ causa remissa non fuit sufficienter instructa, ad definitivam sententiam non duximus procedendum, sed decisionem, causæ ipsius iudicibus commissimus sub hac forma, ut si vel notorium b esset, vel per ea, quæ jam dicta erant, constaret, quod Præpositus S. Georgii electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in scientia, vel in ætate, defectum, qui eum juxta canonum sanctiones e impediret ad huiusmodi officium promoveri: ei (non obstante ipsius absentia corporali) silentium imponentes, Præposito sanctorum Apostolorum Præposituram adjudicarent eandem: alioquin (cum in eum non solum plures, sed duæ penes partes convenirent, & impedimentis cessantibus apparet, quod eum bono zelo elegerint), Præpositi sanctorum Apostolorum electione cassata, electionem confirmarent ipsius, & ei facerent tanquam Præposito responderi.

α Usque ad auditum quæ proponeretur hinc inde, si de partium procederet voluntate, definitivam sententiam promulgarent, aliqui causam sufficienter instructam ad nostram remitterent audientiam, aut. Ap. statuentis partibus terminum competentem, quo per se, vel per idoneos responsales ad sed. Ap. accederent sententiam receptura.

β Objiciebatur autem Præposito S. Georgii, minor scientia, defectus ætatis, & quod in minoribus erat ordinibus constitutus. Unde cum præpositura illi esset Archidiaconatus annexus, non erat ei dignitas conferenda, ratione cuius cogebatur infra præfixum a canonibus spatium in Diaconum promoveri. Proponebatur autem pro altero, quod erat vir ætate, scientia & moribus commendatus. Unde meliori ducti zelo propter hoc electores ipsius in eum se confessi fuerant convenisse: nec solum sui, sed etiam quidam alios electores eum prudentiorem esse præsertim in spiritualibus asserbant, quamvis alium magis utilem circa temporalia maxime propter potentiam fuerant protestati.

C A P. XXIII.

Recipientes postulatam ad Ecclesiam tanquam institutum, vel administratorem, ante admissionem postulantis a superiore factam, privati sunt potestate eligendi, & ad alios, licet pauciores, devolvitur potestas eligendi: & si omnes privati sunt, devolvitur ad Papam in Ecclesiis cathedralibus. h. d. secundum principalem intellectum, qui magis congruit literæ.

Idem Canonice Maguntinensis. (An. 1202.)

Bonæ d. memoria Maguntinensi Archiepiscopo viam universæ carnis ingresso, & quibusdam petentibus VVormaciensem Episcopum, quibusdam vero Archiepiscopum vestrum, tunc Præpositum sancti Petri Maguntinensis, sibi eligentibus in pastorem: Prænestino Episcopo a sede Apostolica Legato dedimus in mandatis, ut si eundem Episcopum, quoad temporalia vel spiritualia accepisse constaret Ecclesiam Maguntinensem, vel ministrasse in temporalibus aut spiritualibus in eadem: postulationem factam de ipso nunciaret irritam: (*& infra. α*) Deinde inquireret de ipsius electione Archiepiscopi veritatem & si ei de vi, quam ipse & sui metuebant, constaret (eo non obstante, quod post appellationem ad nos interpositam, fuerat in ipsius electione processum, cum alii, qui appellationi ad nos interpositæ, ne sine ipse ac sociis eius haberent in electione processum, non duxerunt de-

ferendum, uti contra ipsum hac exceptione non possent, quia frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem a: unde nec ab eis posse obijci videbatur, quod idem esset a paucioribus secundum eorum assertionem electus; cum ipsi appellationem ad nos legitime interpositam contententes, & præter licentiam nostram recipientes Episcopum memoratum, reddiderint se indignos electionem Archiepiscopi confirmaret: (*& infra. β*) Licet enim essent notoria, quæ contra dictum VVormaciensem Episcopum & ejus factores fuerant objecta: prædictus tamen Legatus ad majorem cautelam multos testes recepit ex ipsius & Archiepiscopi parte productos. Unde ipse juxta mandati nostri tenorem procedens, postulationem factam de VVormaciensi cassavit, & electionem Archiepiscopi memorati (quamvis a paucissimis celebratam) curavit auctoritate Apostolica confirmare, ipsumque ordinavit in Presbyterum: & tandem in Archiepiscopum consecravit: (*& infra. γ*) Contra Legati vero processum hoc facere videbatur, quod non citatis VVormaciensi Episcopo, & ejus favoribus, processisset. Porro excessus notorius examinatione non indiget b: & pro his, quæ a Judice sunt acta, præsumitur, quod omnia rite fuerint celebrata: quamvis & quod citati non fuerint, non posset de facili comprobari: quia neganti factum, per rerum naturam nulla est directa e probatio: cum etiam quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime pervenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque Legatum, si voluissent, secure potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nuncium designant: (*& infra. δ*) Nos igitur, etiam propter auctoritatem judicariam præsumamus pro his, quæ acta sunt a Legato, illi tamen plus inantitur rationi, quo i adversarii Archiepiscopi, ex tribus causis prædictis, se usque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri: unde quod de ipso factum fuerat, non poterat impediri per eos: quin etiam si electores ejusdem partis pariter deliquissent, ut se reddidissent indignos, ad nos devoluta fuisset hac vice ordinatio Ecclesiæ Maguntinensis; quare dictum Archiepiscopum sine juris injuria potuissimus eidem Ecclesiæ præficere in pastorem. Super his d. vero, habito diligenti tractatu, cassationem postulationis factæ de VVormaciensi Episcopo ratam habemus: electionem memorati e Archiepiscopi confirmantes.

α De gratia nostra concedens eid. ut VVormaciensi: sibi Ecclesiam retineret. Nam de jure communi, quia præter aut. nostram transire præsumpsit, utraque erat spoliandus, ut ea careret, quam cupivisset avare, & ea, quam superba desepxit: quod si parere contemneret, utraque ipsam Ecclesia denunciaret aut. nostra privatam).

β Quod si nec recepisset prædictam Ecclesiam quoad spiritualia vel temporalia, nec in temporalibus vel spiritualibus ministrasse constaret Episcopum memoratum, & idem Legatus audiret, quæ super postulatione ipsius & electione Archiepiscopi proponerentur, & hinc inde testes utriusque partis reciperet, & eorum depositionibus publicatis usque ad calculum definitiva sententia procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad nostram præsentiam destinaret, statuens partibus terminum competentem, quo Apostolice se conspecti præsentarent, sententiam receptura.

γ Ipse autem ad nostram præsentiam accedens, humiliter postulavit, ut pallium sibi, videlicet in signum Pontificis, officii de consueta sed. Apost. benevolentia conferremus. Verum quidam simplex nuncius ab adversariis ejus ad sed. Ap. destina-

a Iste textus quotidie ad hoc allegatur, quod socius dignitate, ætate & receptionis tempore socium præcedit; glossa in vers. contra majores. c. sex. dist. 2. b vide l. 1. eum gloss. c qui & adversari. quas. c Canonice sanctiones. d Cap. 8. eod. tit. in 3. compil.

a Concord. text. in l. auxilium ff. de minor. & in l. fin. §. fin. vero postquam. C. de jur. de lib. b Videl. si vero. §. qui pro rei. cum gl. in vers. evidentiissime. ff. qui satisd. cog. & l. ea quidem. C. de accus. c Dicitio directa, deest in antiquis, vide l. actor. C. de probatio. §. 1. ult. actor. & c. 1. quoniam. i. de probat. d al. ergo. e Vox, memorati, deest in antiquis.

natus ex eorum parte apertas, nobis cum sigillo pendente, literas presentavit, per quas iidem Canonici significabant, quod predictus Legatus pecunia corruptus iniquam sententiam protulisset. Addebant etiam, quod Maguntini cives pariter iuraverant, quod nunquam eum reciperent in Archiepiscopum, & quod universi Clerici paucis exceptis suo favore electo. Cum autem super his capissemus deliberare cum fratribus nostris, electioni Archiepiscopi duo videbantur ob stare, videlicet quod a paucissimis, & post interpositam app. ad sed. Apostol. a seipso dicebatur electus. Nam cum postulatio Vormaciens. Episcopi fuit precedentis app. ratione cassata, Archiepiscopi electio debebat etiam ex eadem causa cassari. Sed econtra, sicut superius est expressum, qui ante in appellationem deliquerat, appellationem contra eundem Archiepiscopum non poterat allegare. Poterat quoque dici, quod etsi post appellationem, non tamen contra formam appellationis fuisse electus Archiepiscopus super dictus, cum appellaverit sub hac forma, ne Canonici Maguntia residentes, sine ipso ac sociis suis haberent in electione processum: nec nocet, quod postea ex parte altera replicari, quia nec ipse, nec socii sui debuerant procedere sine ipsis: quia ipsi app. apud nos interpositam consentiendo, reddiderant se indignos & abusi fuerant iure suo. Unde cum in Lateranens. Concilio de his, qui quasdam personas inibitibus eligant, sit statutum, ut eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos, illis pro longe majori delicto tanquam indignis ab electionis potestate cadentibus, penes eundem ac socios tantum jus remanserit eligendi: quare si multo pauciores in ipsam, quam in alium convenissent, intelligendum est tamen, quod omnes, qui tunc eligere poterant, elegerunt eundem).

(S. Quomodo ad nos directis literis comprobatur, qui secure ad eundem Legatum accessit, & ad propria remeavit, cum & ipse Legatus paratus fuerit securitatem omnimodam providere. Nec obest, quod idem nuncius dicitur appellasse, cum appellationi renuntiaverit, & in commissione nostra, quam pars reportavit utraque, obstatulum fuisse appellationis remotionem. Sed nec apparebat erim, quod contra factum Legati aliquid posset obicere ac probare, cum non procurator sufficiens, sed simplex ad nos contra eundem Archiepiscopum fuisse nunciatus destinatus).

C A P. XXIV.

Sufficit electo ad obtinendum, docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet, quod proprietatis juris eligendi ad illum perveneret.

Idem Innoc. III. Clericis sancta Agathes.

(An. 1203. Roma).

Querelam a, quam G. tituli sancti Vitalis Presbyter Card. per Oeconomum Ecclesie vestrae, cuius idem Cardin. est gubernator, contra P. Presbyterum Ecclesie sancti Salvatoris, super Ecclesia ipsa proposuit, C. b. Pap. n. nobis in minori officio constituitis audiendum commisit. Perebat igitur Oeconomus prefatum P. ab Ecclesia sancti Salvatoris (quam in praedictum vestrae Ecclesie, ac in iuriam Cardinalis praedicti occupare praesumpserat) removeri, cum ipsa Ecclesia pertineat ad Ecclesiam sancta Agathes, pleno iure, petens pensionem texdecim denariorum Papien. debitam Ecclesie sancta Agathes, pro eadem Ecclesia de Thermis sibi restitui, de novo substractam. Praedictus vero P. respondebat, quod ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in praedictum Ecclesiam vestrae receperat dictam Ecclesiam, cum haec ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam sibi debeat e reddere pensionem: sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine d. pertinet electio e, a Cardinali sancta Susan-

(cui eadem Ecclesia, tanquam capella suo titulo, in spiritualibus est subiecta) canonicè fuerat institutus: (C. infra. a.) Nos igitur rationibus utriusque partis auditis, dictum P. ab impetitione Oeconomi vestri, super electione ac institutione de se facta in Ecclesia sancti Salvatoris absolvimus, & super his praefato Oeconomum silentium duximus imponendum, cum nobis constiterit, quod populus in quasi possessione praesentandi Clericum existeret, quando ipsum Presbyterum ad illam elegit, & Ecclesia eadem spectat ad titulum sancta Susanna in spiritualibus pleno iure, salva quaestione super iure patronatus inter Ecclesiam vestram, & populum saepe dicta Ecclesie sancti Salvatoris. Quia vero tunc liquido comprobatur, quod pensio sexdecim denariorum Papien. monetæ, fuerit Clericis Ecclesie vestrae, pro Ecclesia sancti Salvatoris de a Thermis, annuatim per multa tempora perfoluta, sed de novo substracta, nos in eundem statum percipiendi huiusmodi de Ecclesia sancti Salvatoris de Thermis, Ecclesiam vestram decernimus reducendam: & ad solutionem pensionis substracta condemnamus Presbyterum antedictum, salva quaestione proprietatis, inter Ecclesias memoratas.

(a. Cumque ad suam assertionem probandum utraque pars multoties testes produxisset, nos illos recepimus & examinavimus diligenter, quarum depositionibus publicis disputationem audivimus super illis: sed antequam huiusmodi controversia finem accipere potuisset, praefatus Praed. n. debitum carnis exolvit, deinde tamen a nobis utraque pars cum instantia postulavit, ut causam ipsam decidere dignaremur).

C A P. XXV.

Eligentes scienter indignum, privati sunt potestate eligendi in electione, qua prima occurrit facienda.

Idem. (circa An. 1204.)

CUM b. Vintonensis Ecclesia pastore vacaret, Archidiaconus cum suis fautoribus Salubriensem, (Salesbriensem) Decanum, Prior vero & complices ejus Praetorem Linconensem in Episcopum elegerunt: (C. infra). Licet igitur omnes in communi de facienda electione tractaverint, quia tamen nequeverunt esse concordēs, in eodem negotio ad nos habere recursum: & hi quidem, qui Praetorem elegerant, assererant, quod illi, qui Decanum elegerant, eligendi erant potestate privati, pro illa maxime causa, quod hominem non legitime natum scienter eligere praesumpserunt: unde secundum c. Lateranense Concilium, & eligendi hac vice perdidit potestatem, & per triennium Ecclesiasticis beneficiis careere debebant. Illi vero taliter respondebant, quod licet is, quem elegerant, fuisset minus legitime natus, per gratiam tamen Apostolicæ sedis legitime promeruit, & hoc assererant se legitime probaturos. Nos igitur attendentes, quod d. isti post primam electionem admiserant illos ad celebrandam secundam, & quod decretum memorati Concilii decrevit, huiusmodi praesumptores una vice duntaxat eligendi potestate privatos e, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non jam secunda, sed tertia concurrebat: ad eligendum illos consuevimus admitte-

C A P. XXVI.

Eligens scienter indignum in Episcopum, est ob hoc suspensus a beneficiis Ecclesia per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi, vel assumi.

Idem Abbati Cisterciensi R. & P. Monachis Fontis frigid. f. (An. 1205. Roma in Galliam).

PER inquisitionem g, quam de mandato nostro fecistis super statu Episcopatus & Episcopi h. Tholosani, per-

a Cap. 9. eod. tit. in 3. compil. & pro intellectu vide Mattheum de Assis. deces. 395. b Coelestinus Papa praed. nosser. c al. debebat. d vide lib. 2. & ibi Bart. C. qua sit long. conf. & in authent. hoc ius porrethum. C. de fac. Eccl. gl. in l. rem non novam. C. de jud. c. Diabio, electio, deest in antiquis cod.

a In quibusdam antiquis, de terminis. b cap. 10. eod. tit. in 3. compil. c Sub Innocent. III. cap. 25. d In C. Barbaria, ita: quod isti, qui elegerant praetorem post primam, & c. e Vide l. 2. cum nos. per Bart. ff. de excus. mu. & l. 2. & l. 1. fern. vi. ff. de op. legat. f al. Casterien. & Fontis frigid. Ap. 3. l. g. c. 11. eod. tit. in 4. compil. h. ut Tholosani.

episcopate intelleximus, quod Mascaron cancellarius juratus asseruit, se scivisse pro certo R. olim Tholosanum Episcopum, & amicos ipsius, ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam Canonicis nominatim expressis, eosque sollicitasse precibus, ut ipsum eligerent in Episcopum: seque vidisse pariter & audivisse, quando prædictus Episcopus recognovit in quorundam Canonico- rum præsentia se Canonicis illis, qui adversari fuerant suæ primæ electioni, jurasse, credens pro certo, quod juramentum illud illicitum fuit, & prælitum, ut idem R. eligeretur ex pacto, & quod ipsemet a post electionem ipsius cassatam, domum Episcopalem ejus nomine detinebat, recipiens quosdam redditus & proventus, quod de ipsius conscientia & consensu, in eisdem negotiis expendebat. Cum igitur talem sciebat in Episcopum eligendo (sicut ipse suo juramento firmavit) Ecclesiasticis beneficiis reddiderit de indignum, grave gerimus & molestum, quod Tholosano Præposito in Episcopum Convenantem electo, idem Mascaron in Præpositum dicitur substitutus. Quocirca mandamus, quatenus eundem ab officio Præposituræ penitus amoventes, faciatis virum idoneum ad officium illud assumi.

C A P. XXVII.

Si non professus eligatur ad regimen Ecclesie regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.

Idem Priori sancti Frigidiani G. b. Canonici

Lucanensis. (An. 1205. Roma

in Etrur.)

CUM causam e, quæ inter Bonum Presbyterum & Aratum Canonicum sancti Petri Lucanensis vertitur super e, quod dictus Presbyter Bonus a majori parte Canonico- rum ejusdem Ecclesie (prædicto B. & quodam alio contradicentibus) in Priorem (sicut dicitur) est electus, olim vobis duximus committendam: (& infra. α.) Quamvis autem multi Priores continue d unus post alium in ipsa Ecclesia, per multa & longa tempora fuerint non professi: quia tamen præfatus Presbyter B. non est professus observantiam regularem, dubitatis e (& merito) nobis procedere inconsultis. Quia igitur non debemus attendere solummodo, quid factum sit, sed potius, quid sit faciendum: Consultationi vestræ taliter respondemus, quod cum secundum legem divinam f, non sit in bove arandum & asino, nec quivquam debeat vestem induere de lana linoque contextam, irriteris electionem prædictam, & compellatis præfatum Presbyterum, alioque Clericos non professos, ut vel beati Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutam profiteantur & servent, aut ipsam Ecclesiam omnino dimittant.

(α Vos, sicut ex literis vestris, accepimus, partes citare curastis, ut juxta mandatum nostrum causam ipsam sine possessi canonice terminare. Cumque partes essent in vestra presentia constituta, dictus Presbyter Bonus cum instantia postulabat, ut electionem de se factam aut. Ap. curetis confirmare. Sed præfatus Brunus e contrario respondebat, illum non esse dignum regimine Prioratus, crimen ei obijciens simonia: quodque electio ipsius non erat canonice celebrata, & quia professus non erat, ipsum assererat merito repellendum. Verum cum de simonia nihil esset probatum, nec aliquid contra modum electionis ostensum, mox nos vehementer ipsius Ecclesia privilegium, in qua continebatur expressum, ut nullus in ea qualibet subreptionis astutia præponatur in Priorem, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei iudicium & B. Augustini regulam, providerint intelligendum.

a Scilicet Mascaron. b A. G. & C. al. B. & S. Can. & c. al. Idem A. Priori S. Frigidiani G. & G. Luc. c Cap. 12. eod. tit. in 3. compil. d Concor. text. in l. ex facto. §. rerum cum no. ff. de her. inst. & in l. 1. §. quotidiana ff. de aqua quod. & asti. c dubitatis. f Denter. 22.

C A P. XXVIII.

Nominatio vel appellatio ejus, cuius non interest, electionem non impedit: sed si vocandus contemnitur, eo sequente contempsum, cassatur electio etiam confirmata, & potest prosegui, nisi consenserit electioni: quod potest etiam ex post facto. h. d. usque ad §. super eo.

Idem Innocent. III. J. cir. sancti Stephani in Celio monte Presbyteri Cardinali, Apostolica

sedis Legato.

Quod a sicut ex literis tuis: (& infra. α.) Verum cum ex prima electione, quæ facta est de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil juris acquisitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præsertim in Ecclesia Armachana, cum juxta b constitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali Ecclesia electio debeat celebrari. Nec appellatio interposita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attentatum fuerit in præjudicium regie dignitatis: quia non simplex nominatio, sed solennis electio, debet Principi præsentari, ut postulati præter assensum, etsi secus aliquando per usurpationem aliqui faciant abusive. Si autem Mirindensis Episcopus, & Abbas Mellifontis, qui interesse debebant, non contempti fuerint, sed ad electionem vocati (si tamen sine periculo potuerint convocari) sive nequerint, sive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipsorum absentia non potuit electionem impedire: (& infra. β.) Quod si eos vocatos non fuisse constiterit, fed contemptos: infirmam erit electio penitus taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis curaverit consentire: (& infra. γ.)

(α Nos igitur literarum suarum tenore diligenter inspecto, sex in eis proximos contineri, quorum tria contra præd. Armachanensem electum, & alia tria contra ejus electionem facere videbantur. Primum, nominatio facta de tribus, quam in literis tuis aliquos electionem appellas, contra quam, si electio vere fuerit, antequam cassaretur, non debuerat aliquid aliquatenus attentari. Secundum, appellatio interposita, que si legitima fuit, sequentem electionem jure penitus impedit. Tertium, quia Miden. Episcopus & Abbas Mellifontis, qui interesse debebant, ad electionem minime convenerunt. Unde si contempti fuerunt vel ambo vel alter, plus eorum contemptus, quam multorum contraditio prædictam electionem debuit impedire. Quartum, quod præfatus Abbas si electus ante confirmationem obtentam administrare præsumpsit. Quintum, quia in die consecrationis sue ordines celebravit, cum nondum pallium obtineret. Sextum, dilapidatio, quia tabulam argenteam alienare minime formidavit.)

(β Quoniam si ad locum illum inter Hibernenses non poterant secure proficisci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tunc poterant convenire. Si itaque eos vocatos esse constiterit, si vocari absque periculo potuerint, & illos noluisse vel non potuisse ad electionem celebrandam venire, electio non debet irritari.)

(γ Ceterum, cum antequam tu ad partes Hibernicas pervenisses, illa fuit electio celebrata, & electus ipse statim cepit ministrare, tu satis id potes sub dissimulatione transire, cum id, sicut nos, de Metropolitanis Anglia, Francia, Alemmania & aliarum partium remotarum, qui concorditer sunt electi, Romana sed. patiar. Ecclesiarum utilitate pensata, quia si tanto tempore quousque posses electus confirmationem cum pallio a sed. Apost. obtinere, regalia non reciperes, Ecclesia, qua interim administratione caret, non medicum incurres detrimentum.)

Episcopus, dum celebratur Missa consecrationis suæ, vel Archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. h. d. usque ad vers. Quod autem.

§. 1. Super eo autem, quod in die consecrationis suæ, ante-

a Cap. 13. eod. tit. in 3. compil. b 25. dist. can. in nomine Domini & cap. in fronte. j. de appell.

antequam Missarum solemnja finirentur, Acolythum ordinavit, pro tali excessu eam corripias & castiges: cum solus Roman. Pontifex (qui ante hymnum Angelicum consecratur, & postmodum ipse Missarum solemnja incipit & perficit consecratus) in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter Epistolam & Evangelium consecrantur, quo consecrati concelebrant principaliter celebrant, ne dividatur mysterium unitatis, a non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiep. sine pallio convocare Concilium, conficere chrism, dedicare basilicas, ordinare Clericos, & Episcopo consecrare: multum profecto præsumit, qui antequam impetret pallium, Clericos ordinare festinat, cum id non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus, facere videatur.

Iste vers. non sumatur, tum propter diversitatem lectionum, tum quia non facit ad titulum. Abb.

§. 2. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidisse: dummodo Ecclesiam Armachanam reddat indemnem, æquanimitè poterit præterire, cum id de Cleri & populi processerit voluntate.

C A P. XXXIX.

Electio per minorem partem Capituli facta, non tenet: nec per subsequentem consensum ratificari potest. hoc dicit, secundum comunem intellectum.

Idem Tolet. b (Episcopo &) Sagonensi c, & de Arden. Abbas. (An. 1205. in Galliam).

Auditis d & intellectis meritis causæ de duabus electionibus celebratis in Ecclesia Bajocen. unam de e G. Archidia. & alteram de R. Subdia. invenimus utramque contra formam canonicam attentatam. Cum enim inquisitis voluntatibus singulorum, Decanus cum paucioribus in ipsum R. & Cantor cum pluribus in dictum G. Archidia. convenissent, solo Cantore postmodum quandam alium, videlicet magistrum R. de Algediis f nominante: ad nostram fuit audientiam appellatum, ne Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet sine consensu totius Capituli, vel majoris & sanioris partis ipsius. Ipse vero Decanus non habito consensu majoris partis Capituli, sed longe minoris, subito in electionem prorupit, appellans, ne quis contra ipsam aliquid attentaret: quamvis asseveret, quod electioni factæ plures alii consenserunt, cum tamen ex postfacto nequiverit convalescere, quod ab initio non valebat: quoniam electio, quæ fuerat irrita ipso jure, per subsequentem consensum (maxime appellatione pendente) non poterat esse rata. Eis ergo ad propria recedentibus g, Cantor & alii, qui remanserant in Capitulo, post illam electionem nondum cassatam, & appell. ad nos interpositam, a nominatione dicti Archidia. recedentes, de novo præfatum Subdiaconum eligere præsumperunt. Nos igitur electionem utramque duximus irritandam.

C A P. XXX.

Potestas data compromissariis ad eligendum Prælatum, re non integra revocari non potest: & desinit res esse integra, postquam compromissarii ceperunt habere tractatum.

Idem h Grandissylva & Bellapersica Abbasibus. (An. 1205. in Galliam).

In causis: (& infra. a) Cum i Capitulo Tholosani. Ecclesie ad tractandum de electione Episcopi convenissent, duos elegerunt, ut quinque de eodem Capitulo eligerent electores k, qui præstito juramento de

substituendi Pontificis electione tractarent, & a singulis de Capitulo statutum est, & concessum, ut ille, quem illi concorditer, vel tres ex illis, eligerent, ab eis (si persona esset idonea) pro Episcopo sine contradictione aliqua a haberetur: (& infra. b) Postmodum vero cum a prædictis duobus quinque electores electi fuissent, ad tractandum de electione secessissent in partem, & non possent omnes in unam pariter concordare personam, tres ex eis convenerunt in Episcopum Convennarum, & deinde electionem, quam de postulando Episcopo fecerant, Capitulo publicarunt: ac reliqui duo subsequenter, tertia die cum paucis de Capitulo, reliquis absentibus, elegerunt Archidiaconum Agenensem: (& infra. c) Nuncii vero prædicti Archidiaconi & contrario responderunt, quod cum prædicti quinque electores seorsum de electione tractantes, inter se dissiident, ita quod contentiose voces eorum, a fratribus, qui remanserant in Capitulo, auditæ fuissent: Capitulum ipsos, propter hujusmodi contentiones, suspectos habente, ad eos quos de Canonicis destinarent, per quos inhibuerunt eis ex parte nostra, ne ulterius in facto procederent: & ita potestatem eligendi, quam eis commiserant, revocarunt, mandantes eis, ut redirent ad Capulum, & pariter cum aliis fratribus de electione tractarent: & hujusmodi revocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus ad ipsum Capulum sunt reversi: sed alii tres, usque ad fores Capituli subsecuti, ab eis postmodum discesserunt. Capulum vero, cum tota die illa ipsorum præsentiam expectasset, subsequenti die campanam pulsari fecerunt (sicut moris est) ad Capulum b congregandum: & prædictis tribus, cum paucis complicibus suis, sese contumaciter absentantibus, Prior cum majori & saniori parte Capituli, elegit in Episcopum Archidiaconum supradictum: (& infra. d)

Quia vero postulatio de Episcopo Convennarum, quæ precesserat, facta erat per eos, in quos totum Capulum eligendi transtulerat potestatem, propter quod unanimiter de consensu totius Capituli intelligitur esse facta, quam (cum res non esset integra, quia in tractatu jam processerant electores) Capulum minime potuit revocare: electionem ipsius Archidiaconi decernimus irritandam. Quocirca mandamus, quatenus si personam ipsius Episcopi e utilem & necessariam inveneritis ad regimen Ecclesie Tholosanæ, & idoneam, tam scientia literarum, quam suæ conversationis exemplo, ad hæreticorum perfidiam de Tholosana diocesi extirpandam d, quæ ibi per negligentiam Prælulum miserabiliter & damnabiliter hætenus pullulavit, transfrendi ad Ecclesiam Tholosanam, propter urgentem necessitatem, & eorundem a utilitatem, ei licentiam tribuatis.

(a) *Qua Ap. sed. & infra. Nimis cum in Ecclesia Tholosana vacante pastore duo per dissensionem Capituli sui, videlicet ven. fil. N. Episc. Convennarum, & dil. fil. R. Archid. Agen. nominati fuissent, dil. F. A. Canonicus S. Licerii, A. Archidiaconus, & R. Canonicus Ecclesie S. Stephani Thelusanen. pro parte dicti Episcopi: pro parte altera d. f. magister P. de Roma & A. socius ejus ad nostram præsentiam accesserunt, quibus ven. f. n. Alban. Episcopum & dil. f. in tit. S. Marcelli Presbyterum Cardinalem deputavimus auditores. Coram quibus proposuerunt nuncii prædicti Episcopi, quod*

(b) *Statutum etiam fuit expresse, quod si quinque electores in unam personam convenire non possent, tribus ex eis concordantibus, reliqui duo illorum sequi tenerentur assensum, & electionem eorum illam ratam habere.*

(c) *Addecorunt insuper prædicti & alii nuncii Episcopi*

memo-

a Veritatis, ut est in uno mansc. Vazicana, b al. Dolon. al. Dolnen. c Savigeno. al. Sanguineo. al. Sagocio. al. Sanguineo. d Cap. 14. eod. tit. in 3. compil. e Innocent. ait isa fuisse in registro, unam de P. Archidia. & alteram de magistro R. Subdia. f Aldegii. al. Allegii. g In Cod. Barbata, redonensibus, scilicet ad domum propriam. h Idem Episcopo Convennarum & Grandissylva, & c. alias, Episcopo & Grandissylva, Ord. Cister. & c. al. Cadurcensi. i Cap. 15. eod. tit. in 3. comp. k iste text. reputatur sing. per Pann. hic in suo est. u.

a Qualiter, in antiquis. b s. fin. C. de præd. dec. l. 10. c Vox, Episcopi, deest in nonnullis antiquis. d Præcipua Episcoporum cura in extirpandis hæresibus versari debet, nam eis hoc incumbit jure divino. Albertini. tract. de agn. assert. q. 11. circa finem pulchre Concilium Tholosanum, c. 2. e al. evidensero.

memorati quod a dil. F. J. et. S. Prisca Presbytero Card. Ap. sed. Leg. fuit ex parte illa specialis nunciatus destinatus, et quoniam Episcopus ipse postulandus erat a nobis, et Legatus nullam concedendi vel transferendi eum potestatem habebat, cum huiusmodi dispensatio sedi duntaxat Ap. referretur, ne quid contra fieret, ad nostram audientiam appellavit.)

(§ Exhibuerunt etiam ejusdem Archidiaconi nuncii literas predicti Legati, quas nobis super hoc destinavit. Cum autem predicti auditores promissa nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, nos memoratum Legatum piam intentionem in hoc facto habuisse pro certo credentes, ex ipso tamen tenore literarum suarum intelleximus eum circumventum fuisse, et per subreptionem sacra veritate perpendimus elictum et extortum, quicquid ab eo fuerit obtentum, cum in ipsis literis suis non expresserit formam postulationis).

C A P. XXXI.

De consuetudine potest Canoniorum electio ad solum Capitulum pertinere. hoc dicit, & solet quotidie allegari.

Idem Episcopo Florentino. (An. 3206.)

CUM Ecclesia a Vulterano debito Canoniorum obsequio longo fuisset tempore destituta, Vulteranus Episcopus, volens Ministrorum defectum in eadem Ecclesia restaurare, Canonicos quosdam elegit, & instituit in eadem: quos Canonici recipere noluerunt, assentes, quod talis electio fuerat in eorum præjudicium attentata: (et infra. α) Mandamus, quatenus super primo articulo ab injuria, quam ei super electione Canoniorum Vulteranensis Ecclesie inferant, prohiberes, ab impetitione ipsius b, dictos Canonicos absolvere non postponas: quia non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo, cum per testes longe melius sit probatum, quod Canonici prædicti hoc jure usi fuerint, antequam Episcopus memoratus. In secundo quoque articulo, quo idem petebat Episcopus, ut dicti Canonici Episcopum ipsum jure electionis uti libere paterentur, absolvere studeas Canonicos sæpeditos, maxime si sit notorium, quod in Thufcia generalis consuetudo ferretur, ut in cathedralibus Ecclesiis solum Capitulum, irrequisito Episcopo, eligendi Canonicos habeat facultatem.

(α Cumque super hoc suam ad nos idem Episcopus querimoniam destinasset, causam ipsam tibi commissimus sine canonico terminandam, &c.)

C A P. XXXII.

Compromittentes tenentur recipere electum a compromissariis, si sit dignus: nisi contra formam compromissi eum appareat electum.

Idem Abbati sancti Victoris C, et Decano Parisiensi, et Magistro R. Decortonenfi, Canonico Morinensi. d (An. 1206. Roma in Galliam).

CUM dilectus filius Archidiaconus Morienfis nobis intimasset: (et inf.) Ecclesia Morienfis Episcopi solatio destituta, Canonici ejusdem de pastoris substitutione tractantes, in tres Canonicos Morinenses potestatem eligendi Episcopum unanimiter contulerunt: promittentes, ut illum reciperent in pastorem, quem de gremio ipsius Ecclesie ducerent eligendum, qui examinatis voluntariis singulorum, Archidiaconum ejusdem Ecclesie in Episcopum elegerunt. Metropolitanus quoque tam electionem, & electi personam examinans, quam etiam super ipsius ætate (de cujus defectu fuerat ab aliquibus dubitatum) inquirens sollicitè veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minime sustinere in ætate defectum, electionem factam de ipso solenniter confirmavit: (et infra. α) Verum B. qui contra electum venerat memoratum propovit ex adverso, quod cum supradictis

tribus sub hac forma fuerat eligendi concessa potestas, ut Capitulum eum recipere teneret, quem illi tres ab omnibus, vel majori & minori parte de gremio ipsius Ecclesie nominatum eligerent in pastorem: electores ipsi terminos potestatis sibi traditam non servantes, prædictum Archidiaconum eligere præsumperunt, quem pauci de Capitulo nominant: unde Canonici Morien. postmodum admirantes, qualiter Archid. electus fuerit memoratus, cum plures essent in eadem Ecclesia digniores, ceperunt fere omnes publice profiteri, quod nullatenus Archidiaconum nominarent: & reputantes se in hac parte delusos, quod super hoc factum fuerat, nostro curaverunt Apostolatu referare: (et infra. β) Nos vero attendentes, quia res perniciosa esset exemplo, si per subreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis: ita duximus providendum, ut prædicto a contradictoribus juramento, quod ipsi malitiose contra prædictum electum non movent quæstionem hujusmodi, prædicti tres electores juramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quod ex canonicis examinationis tempore in prædictum Archidiaconum convenerunt. Et si tres simul, aut duo saltem ex ipsis jurati, dixerint majorem Canoniorum partem in ipsum Archidiaconum convenisse, vos contradictoribus silentium imponatis, cum contra hoc eorum esset probatio insufficientis, eo quod singuli essent in suis testimoniis a singularibus. Si vero per eorum depositiones confiterentur, sæpeditum Archidiaconum existisse a paucioribus nominatum, tunc si fuerit sufficienter ostensum, quod illum de gremio Ecclesie secundum formam sibi traditam debebant eligere, in quem omnes, vel major aut senior pars Capitali conveniret, vos electionem ipsius Archidiaconi omnino cassetis: alioquin, quod de ipso factum est, ratum habentes, contradictores ab ejus impetitione per censuram Ecclesiasticam compescatis, prædictum P. præbendam Morinen. Ecclesie spoliantes, qui fe ad hanc pœnam (si forsitan in probatione deficeret) obligavit b. Non obstante, quod super ætatis defectu objectum est contra illum, cum idem Canonicus huic objectioni non multum insistit, & super hoc a Metropolitano fuerit judicatum, cujus sententia in rem transit judicatam, cum intra decennium non fuerit legitima provocacione suspensa.

(α Qui postea regulibus receptis a Rege ad petitionem ipsius Capituli a Ven. f. n. Episcopo Arabaten. de Mandato Metropolitanis prædicti suis in Presbyterum ordinatus: et aliquandiu nullo contradicente liberam et pacificam tam in temporalibus quam in spiritalibus administrationem obtinuit in Ecclesia Morienfi. Unde procuratores ipsius a nobis humiliter petierunt, ut his qui post hac omnia invidia stimulis agitati, contra proprium factum temere veniendo, adversus electum ipsum materiam discordia suscitare presument, silentium imponentes, et memoratam electionem suam concorditer celebratam et confirmatam solenniter approbantes, eidem faceremus manus consecrationis electo impendi, multorum super hoc, Abbatum et Castellanos civitatis et diocesis Morienfis. sed etiam aliorum proborum literis nobis presentatos, qui super præmissis omnibus testimonium perhibentes, electum ipsum de literatura, discretione ac honestate reddiderunt multipliciter apud nos commendatum. Quinimo et electorum ipsarum super hoc nobis literas retulerunt, quibus erat de verbo ad verbum, sicut iidem asserunt electores, literarum illarum tenor inseritur, qua de potestate ipsi tradita juxta præmissam formam consecrata in Capitulo fuerant, et sigillo Capituli sigillata).

(β Vel transmittere, qui coram nobis sollicitè postulavit, ut eadem electione cassata faceremus ipsi Ecclesia de persona idonea canonice provideri, cum fere omnes Canonici Mori-

a c. 16. cod. rit. in 3. compil. b al. ipsius Episcopi. c al. es Mag. R. de Torro Can. Morin. d al. Noviomensi. al. Parisiensi. Vide Cens. 12. 1458 c. 17. Vincent. 30. 32.

a De festum singularitate multiplici, vide Gravestam tract. de antiq. temp. p. 4. Adde B. Th. 2. 2. g. 70. art. 2. b Ad idem est textus in l. stipulatio ista. §. alcerini. cum nota. D. verb. ebl.

Morinens. sicut asseruit, sint parati praestito iuramento firmare, quod praesatum Archidiaconum nunquam in Episcopum nominarent, & legitimus puerus ostendi, quod iuxta formam praemissam supradictis tribus collata fuerit eligendi auctoritas, ut videlicet de gremio ipsius Ecclesiae eligerent eum, in quem omnes, vel maior & sanior pars Capituli consentiret, asserente eodem B. se nihilominus probaturum, quod saepe dictus electus pateretur in state defectum).

C A P. XXXIII.

Si ex septem compromissariis, tres eligunt quartum, & ille consentit, & est idoneus: confirmabitur electio.

Idem Episcopo Bajacensi. (An. 1208. Roma in Gall.)

CUM a in iure peritus exiit, (& j. x) Primus b tuae consultationis articulus continebat, quod eusdem Ecclesiae Decano defuncto, eiusdem loci Capitulum sub hac forma in 7. ex ipsis Canonice compromissit, ut illum, quem ex se, & vel aliis de gremio ipsius Ecclesiae omnes pariter, vel major eorum pars nominaret, idem Capitulum reciperet in Decanum. Unde cum unus ex illis septem a tribus ipsorum, & alius qui non erat de numero eorumdem, a tribus aliis in Decanum fuerint nominati, requisisti, ut eorum assumi debeat in Decanum? Super quo taliter respondemus, quod is, qui de numero septem a tribus eorum dignoscitur nominatus, iuxta compromissi tenorem debet in Decanum d. assumi, dummodo electioni de se factae consentiat, & aliquod canonicum non obsistat.

(x Et e copiam habeas peritorum, non possumus nos mirari, quod super quibusdam juris articulis non consulere voluisti, qui nihil aut modicum dubitationis continere noscuntur).

C A P. XXXIV.

Electio Imperatoris spectat ad Principes Germanos, tres Praelatos, & quatuor Laicos: & electio facta per eorum maiorem partem, ceteris non contemptis, tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare, si est dignus: vel rejicere, si est indignus, ut quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, sarranus & haereticus, paganus, perjurus, vel Ecclesiae persecutor. Et Electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia Papa potest gratificari cui vult. h. d. notanter iste textus.

Idem Duci Caringia. c (An. 1208. Roma in German.)

VENERabilem: (& infra. a) Inter cetera vero quidam Principes hac praecipue objectione sunt usi, dicentes, quod Apostolica sedis Legatus aut electoris gessit, aut cognitoris personam. Si electoris, in messum alienam miserat falcem suam, & electioni se ingerens, Principum derogaverat dignitati. Si cognitoris, absente altera partium videtur perperam processisse, cum citata non fuerit, & ideo non debuit contumax iudicari: g (& infra. b) Verum illis Principibus ius & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus (ut debemus) ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, praesertim cum ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede pervenerit, qua Romanum Imperium in personam magnifici Caroli a Graecis transfudit in Germanos. Sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscant, sicut iidem in nostra recognovere praesentia, quod ius & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui cum inungimus,

consecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personae pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque, vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel fatuum, haereticum eligerent, aut paganus: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem huiusmodi deberemus? absit omnino. Objectioni ergo Principum respondentes, asserimus, quod Legatus noster approbando Regem a, & reprobando Ducem, nec electoris gessit personam, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: nec cognitoris, cum nequius electionem, quoad factum eligentium confirmandam duxerit, aut etiam infirmendam. Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam Ducis eiusdem indignam, & personam Regis denunciavit idoneam, quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum: quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum de iure ac de consuetudine b obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem, & ex eo quod fautores Ducis, absentibus aliis & contemptis, ipsum eligere praesumpserunt, pareat eos perperam processisse, cum electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum obsistat: (& j. y) Nos utique e non Ducem, sed reliquum reputamus & nominamus Regem, iustitia exigente: (& infra. d) Quod autem cum electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam a nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur: iure patet pariter & exemplo. Nunquid enim si Principes admoniti & expectati vel non potuerunt, vel noluerunt, in unum propositum d convenire, sedes Apostolica advocato & defensore carebit: eorumque culpa ipsi redundabit in poenam? Sciunt autem Principes, quod cum Lotharius & Conradus in discordia fuissent electi, Roman. Pontif. Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Conradus tunc demum ad eius gratiam redeunte. Eos igitur duximus commondenos, ut a praefato Duce, iusto quidem a nobis iudicio reprobaro, recedant, & praefato Regi non abnuant adherere: nisi e tunc demum contra personam vel factum, legitimum quid ab eis obiectum fuerit & ostensum: (& infra. x) Sunt enim notoria impedimenta Ducis, scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum, & persecutio divulgata, quam progenitores eius & ipse praesumpserunt in Apostolicam sedem f, & alias Ecclesias exercere. Fuit quoque a praeced. nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognovit: dum per nuncium suum absolutionis beneficium postulavit: unde patet, quod ipse fuit excommunicatus electus: (& infra. e) Idem etiam contra proprium iuramentum, super quo nec consilium a sede Apost. requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare praesumpsit, cum super illo iuramento prius Romana Ecclesia consulti debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipse, si iuramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire: praesertim illo exemplo, quod cum Gabanonit g a filiis Israel per fraudem surripuerint iuramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Utrum vero dictum iuramentum sit licitum vel illicitum, & ideo

fer-

a Cap. 18. eod. tit. in 3. compil. b al. Primum siquidem. c Vide l. plane. cum gloss. in verb. potest. ff. quod cuius. unde Hunc text. dicitur singul. Joan. Andr. in Reg. in 200. de reg. jur. in 6. & Pann. hic. quod electus consentiendo electioni de se facta a media parte eligentium, auget numerum & electionem perficit. Adde Paul. Casp. consil. 230. l. 2. c. al. Zerangia, seu Zarangia, al. Larangia, al. Saringia. al. Carinthia. & Cap. 19. eod. tit. in 3. compil. g Vide l. properandum. §. Sin autem. C. de iud. & l. consentaneum, per Bart. C. quomodo & quando iud.

a Intelligit Ostromem Regem. b in C. Barbatia ita: accoutitudine antiqua obtinent, &c. c In C. Barb. ita: Nos itaque non Philippum Ducem, sed ipsum O. repudiamus, &c. d In aliquot veteribus legitur, propositum. al. ita: vel non potuerunt, vel noluerunt convenire, sed qualitercumque legas, idem manet sensus. e In quibusdam exemplaribus: Nisi tunc demum, cum contra personam, &c. f al. deest. vix, sedem. g Josue g.

servandum, an non servandum extiterit, nemo sana mentis ignorat ad nostrum iudicium pertinere: (et infra.) Insuper si prædictus Dux imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim frater dicti Ducis patri eorum, sic Dux ipse fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi: & in præiudicium Principum redundaret, si non nisi de domo a Ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus. (¶ j. n.) Nobilitatem ergo tuam monentes per Apostolica scripta mandamus, quatenus a præfato Duce recedas omnino, non obitante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium reprobatum) iuramentum huiusmodi non debeat observari.

(¶ Fratrem nostrum Saleburgensem Archiepiscopum, & dilectum filium Abbatem de Salen. & nobilem virum Marchionem Orientalem, quorundam Principum nuncios ad sed. Apostolicam destinatos benigne recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam. Litteras quidem, quas per eos quidam nobis Principes destinaverunt, diligenter perlegi fecimus, & qua in eis continebantur, notavimus universa.)

(¶ Verum nos, qui secundum Apostolica servitutis officium sumus singulis in iustitia debitores, sicut iustitiam nostram nolumus ab aliis usurpari, sic ius Principum nolumus nobis vendicare.)

(¶ Unde privilegium meruerunt amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate. Videri non immerito potest, quod injuria huiusmodi non obstante, ceteri usi poterant iure suo. Et quoniam Dux prædictus, nec ubi debuit, nec a quo debuit, coronam & unctionem accepit, memoratus vero Rex & ubi debuit, videlicet Aquigrani, & a quo debuit, scilicet ven. f. n. Colonien. Archiepiscopo utrumque recepit.)

(¶ In reprobande vero præfati Philippi Ducis Sueviae, & propter manifesta impediens persona, non accusatio, sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed condemnatione indigens manifesta.)

(¶ Et videtur non immerito, quod adhuc sis ex eadem causa excommunicationis sententia innodatus, cum prædictus Episcopus cum sua auctoritate non possit absolvere, aut. vero nostra delegationis, nec possit plus, nec aliter liceret hoc ipsi, quam ei fuerat ab Apostolica sede concessum, ex eo etiam excommunicationis sententia subjacere creditur manifeste: quod cum perdidit Morenaldus, (al. Marcoalus.) Dei & Ecclesie inimicus cum universis fautoribus, tam Theutonicis quam Latinis excommunicationis vulgata & inculis sua iniquitatis meritis sit astrictus, sicut etiam illi per litteras nostras directas per P. iudicem Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse. Ipse nihilominus, quamvis id non tantum ex relatione ipsius iudicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicato non solum communicat, sed eum in malitia sua fovet, & per litteras suas exercuit vel exercuit furorẽ ipsius, ac chariss. in Christo fil. nost. F. Sicilia Regem illustrem nepotem suum, quem jam privavit hereditate paterna, adhuc prius possessione materna.)

(¶ Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, Principes non credimus dubitare, cum Henricus qui primus imperium de genere ipsius hoc accepit, bon. mem. Pascalem Pp. p. nostrum cum Episcopis & Card. & multis nobilibus Romanorum præsumpsit captivare. Fredericus autem pater ipsius Philippi contra sel. recordationis Alexandrum Papam p. n. longo tempore schisma fovit. Henricus frater ipsius Philippi, qualiter se habuit circa interfectores sancta memor. A. Leodien. (Longon.) Episcopi, quem ipse prius coegerat exulare, ac Corradum, qui Hostiensem Episcopum ceperat, satis notis. Quin etiam qualiter Ven. F. n. Auximian. Episcopum alapis cædi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & trahiari eum in pluribus inhoneste: qualiter

a Ducum Sueviae.

& quosdam familiares Ecclesie Rom. naso fecerit mutilari: Qualiter quoque prædictum Salernitanum Archiepiscopum captivari, & quosdam viros Ecclesiasticos flammis torreret fecerit, quosdam vero viros in mare submergi, ad eam & aliorum Principum credimus audientiam pervenisse.)

(¶ Cum ergo nos facti a proposito nostro nulla penitus occasione possumus sed in eo potius firmissime persistamus, & tu nobis saepe per litteras duxeris suggerendum, ut eidem Duci nullatenus favoreretur.)

C A P. XXXV.

Absentes ad electionem de provincia sunt vocandi: & confirmatur electio majoris & senioris partis.

Idem Innocent. III. (An. 1208. Roma.)

Coram dilecto filio tituli sanctæ & Pudentiæ b Presbytero Cardinali (et infra.) Si vero utriusque partis fuerit casta electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint in provincia convocati) quæ majori & seniori parti eorum super prædictis videritis complacere, per censuram Ecclesiasticam faciatis firmiter observari.

C A P. XXXVI.

Cassatur electio partis majoris facta, contempta minori parte, etiam si est unus solus: non tamen jus eligendi devolvitur ad minorem. h. d. secundum intellectum communem.

Idem Parmensis Episcopo, & ejus conjugibus.

Bona memoriae c. S. Cremon. Episcopo in extremis agente, cum de convalescentia ipsius desperaretur, Cremon. Capitulum H. Canonicum suam Regii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro futuro electione Pontificis citari fecerunt: (et infra. a.) Constituto autem dicto d. H. pro sua electione, & dilecto filio nostro I. pro electione Archiepysbyteri coram nobis: Electionem ab ipso H. post electionem Archiepysbyteri non cassatam, licet de viro multa literaturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam, cum de priori e. nostrum deberet expectare iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam, in penam interdicentes eidem contradictionis vocem f. in primo consensu Capitulo permanente.

Electionem autem Archiepysbyteri (quamvis laudabile testimonium perhibeat de ipso) iustitia exigente cassavimus: tum quia corpore dicti Episcopi nondum tradito sepultura, habuerunt de ipsa electione tractatum contra canonicas sanctiones: tum quia inventus est H. fuisse contemptus, licet unus solus existeret, cum plus in talibus contuenerit contemptus unius obesse, quam multorum contradictio in præsentem. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem prævenerint, temeraria nimis extiterit: & ideo non potuit g. arcere citatum.

(¶ Verum secunda feria post Pentecosten dicto Episcopo vitam universa carnis ingresso, Capitulum, antequam corpus illius esset sepultura traditum, absente Canonico memorato in quatuor de ipso Capitulo & tres de Clero civitatis potestatem eligendi Pontificem consulerunt, expresso hoc scilicet, ut minor pars illorum VII. sequeretur in electione majorem. Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius Episcopi, de futuri pastoris electione tractatu, cum vota illorum dividerentur in partes, quatuor in Archiepysbyterum, duobus in Archid. uno in alium consentientibus: tandem illo sepulso minoris partis arbitrio ad iudicium accedens majoris, eundem Archiepysbyterum concorditer elegerunt. Cui electioni Archid. cum Capitulo & Clero civitatis nullo contradicente consensu. Verum adveniens postmodum Hug. & assertens se fuisse contemptum, ac

a Cap. 2. cod. sis. in 4. compil. b Perperam legitur Prudentiana, cum nullus unquam fuerit talis titulus. c Cap. 2. cod. sis. in 4. compil. d In manuscr. ita: dilecto filio H. pro sua, et dil. filio N. pro electione, &c. e al. cum de priori electione. f Vult Pontifex Archiepysbyteri electionem nunc confirmare, quasi ex novo Capitulo consensu, si adhuc consentiat. g al. ardire.

ac propter hoc electionem hujusmodi nullius fuisse momenti, quasi jus eligendi devolutum fuisset ad ipsum pro se, prout posuit Archidiaconum memoratum elegit).

C A P. XXXVII.

Non Monachus in Prælatum regularem eligi non potest. Idem Innoc. III. (An. 1208. Roma in Galliam).

CUM a ad nostram noticiam pervenisset, quod H. qui se pro Abbate Lexoviensi b gerebat, non fuit ante Monachus quam electus: nos attendentes, quod contra regulares traditiones illud fuerat e attentatum, cum nullam spem, vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam curavimus irritare.

C A P. XXXVIII.

In Abbatem eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Idem Magistro C. Presbytero Cardinali sedis Apostolica Legato. (Roma in Siciliam).

OFFICIUM tui: d (et infra e) Sane nobis tuis literis intimam, quod cum monasterium quoddam positum in medio nationis perversa, pastore careret, Monachi de electione Abbatis tractantes, cum non possent sui ordinis idoneam invenire personam, in quandam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defendari: & patrem adierunt ipsius, humiliter postulantes, quod filium suum induceret, ut habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & pater ad hoc induxit filium providum & discretum, qui effectus monachus, fuit e in Abbatem electus: cuius electio extitit per rectorem Messanensem Apostolicæ sedis Legatum, qui omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus, postulas edoceri, utrum dictus Legatus electionem confirmare f vel dispensare potuit, vel quod factum est, stare possit, & utrum electione cassata iterum valeat eligi in Abbatem? Nos autem consultationi tuæ aliter respondemus, quod cum ex his, quæ in continenti subsæcuta sunt, ostendatur, quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, maxime pro eo, quod antequam effectus discipulus, voluit esse magister, electionem illam irritam esse decrevimus g & inanem. Verum postquam fuerit in regula competenter instructus (siurgens necessitas, & evidens utilitas ipsius monasterii postulaverit) purgatione recepta poterit in Abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incurfibus malignorum.

(æ Persequeris laudabilem actionem, cum super illis, de quibus dubitas, per nos postulas edoceri.)

C A P. XXXIX.

Electio alias canonica confirmatur, licet quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

Idem (An. 1210. Roma).

ILLA quotidiana b instantia: (et infra c) Quia pro certo didicimus electionem canonicam extitisse, ipsam auctoritate Apostolica duximus confirmandam: suppletentes de plenitudine potestatis, si quis in ea i ex eo fuisset defectus, quod quidam interfuerant electioni ejusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

C A P. XL.

Si postulatio cum electione concurrat, et numerus postulantium est duplo major, et postulatus est idoneus, postulatio admittitur, rejecta electione. Si vero indignus, et

a Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. b al. Lexoviensi. c al. Lecontensi. d al. Luxovio. e in C. Barbatia ita: istud fuerit attentatum. d Cap. 4. eod. tit. in 4. compil. e Hic in quibusdam vulgaris habetur dictio, statim: qua deest sum in manuscr. tum in aliis emendationibus. f al. infirmare. g al. decernimus. h Cap. 5. eod. tit. in 4. compil. i Si quis in eo ex eo fuisset, etc. In Cap. Barbatia ita: Si quis in ea vel ex ea fuisset, etc.

hoc major pars postulantium ignoraverit, postulatio et electio reprobandur. Si vero sciebatur, et electus est idoneus confirmatur electio: et idem si numerus postulantium non est duplo major: hoc dicit, intelligendo secundum quod continet Jus commune.

Idem Magistro Maximo Notario nostro. (An. 1212.

Signia Constantinopolim).

SCRIPTUM a est in Apocal. Joan. quod in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia: (et infra.) Sane ad hanc Ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam; duo animalia sunt vocata, utrimque plena oculis, & alas habentia fenas, videlicet b Eraclienfis Archiepiscopus, & Plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium Archiepiscopum, quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis: (et infra.)

Verum quia de his, quæ per assertionem partium in iudicio deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamvis super his, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non per confessionem procuratoris adversæ partis in iudicio factam, sed postea revocata, pars altera assereret suam intentionem esse fundatam, causam discretionem tuam duximus committendam. Per Apostolica scripta mandantes, quatenus super his & aliis inquiris diligentissime veritatem, de meritis electi & postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt, & diutius conversati. De studiis autem eligentium & postulantium, & omnibus generaliter, quæ causam possunt instruere apud Constantinopolim, ubi hujusmodi postulatio & electio celebrata fuerunt. Et si partes consenserint, procedas hoc modo: ut si consiterit de mutuo convenisse consensu, quod ad electionem Patriarchæ septem admitterentur Præpositi, sive per seipfos, sive per alios, & duo alii ex parte universitatis pro cæteris conventualibus Ecclesiarum Prælatibus, totaque tunc temporis conventuales Ecclesias habuissent Prælatos, quod cum septem Præpositis & novem Canonicis, quos quidem Canonicos constat in postulatione præfati Archiepiscopi convenisse, duplo majorem facerent numerum, quam sexdecim electores Plebani: tu vice nostra postulationem admittas, nisi probatum fuerit postulato aliquid obviare de canonicis institutis e, quod promotionem ipsis debeat impedire: (ac Plebani electione cassata) ipsum Archiepiscopum abfolvas a vinculo, quo Eraclienfis Ecclesiæ tenetur: concedendo ipsum Constantinopolitanæ Ecclesiæ in pastorem. Quod si ad faciendum duplo majorem numerum simul omnes prædicti minime d sufficerent, sive dignus sive indignus fuerit postulatus, tu (postulatione repulsa) electionem Plebani auctoritate nostra confirmes, dummodo nihil obstat eidem, quod ipsum tanto præfatu reddat indignum.

Si vero numerus postulantium inventus fuerit duplo major, quemadmodum prædictum est, & persona postulata reperta fuerit indigna, utram postulationem, quam electionem non differas reprobare: Nisi forsan omnes, aut major pars postulantium, præsumptione damnabili, postulaverint scienter indignum e, ut hac vice merito debeant eligendi seu postulandi potestate privati. Et hoc quoque casu electionem confirmes, si eam de persona idonea consiterit celebratam.

C A P. XLI.

Si illi, ad quos spectat electio, negligunt eligere Prælatum cathedralis vel regularis Ecclesiæ intra tres menses, & proximus superior Ecclesiam ordinabit: quod si intra tres alios menses non fecerit, canonicè punietur.

Idem in Concilio generali. f (1215. Roma).

Ne

a Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. Apocal. 4. b Eraclienfis. Glycus, 346. Gregor. 77. l. 6. Nicephorus. c qua habet infra eod. tit. c. nihil est. d successerint. e vide l. 1. c. postulasti. ff. de postulando. f Lateranensi sub Innocentio III. cap. 23.

NE pro defectu a pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesia viduata grave dispendium patiatur; volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum; & Ecclesiarum indemnitatibus providere: Statuimus, ut ultra tres menses cathedralis vel regularis Ecclesia Prælaro non vacet. Intra quos (justo impedimento cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice. Ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur. Is vero, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menses cum consilio Capituli sui, & aliorum virosum prudentium, viduatum b Ecclesiam, de persona idonea ipsius quidem Ecclesie, vel alterius, si digna non reperitur in illa, canonice ordinare: si canonicam voluerit effugere ultionem.

C A P. XLII.

Per aliquam de tribus formis hic contentis, scilicet Scrutiniis, Compromissis, & Inspirationis, procedi debet ad electionem in Ecclesiis cathedralibus: aliter electio celebrata non valet: & contra facientes, privandi sunt ea vice potestate eligendi. h. d. usque ad §. illud.

Idem Innoc. III. in eodem. c. (an. 1215. Roma.)

Quia d propter diversas electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminere Ecclesiis viduatis: Statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, presentibus omnibus qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreta & sigillatim vota e cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi: nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto: ut in collatione habita f eligatur, in quem omnes, vel major & g sanior pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesie viduatae provideant de pastore. Aliter electio facta non valet: nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem h absque vitio celebrata. Qui vero contra præscriptas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice potestate priventur.

Interdicit procuratorem in electionis negotio constituendum, nisi concurrant hic contenta usque ad §. Electiones. Abbas Siculus.

§. 1. Illud autem penitus interdicitur, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, iustoque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramento: & tunc si voluerit, uni committat de ipso collegio vicem suam.

Præcipit electiones solenniter publicari, & clandestinas reprobari. h. d. usque ad finem. Abbas Siculus.

§. 2. Electiones quoque clandestinas reprobamus, stantes, ut quam cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

C A P. XLIII.

Consentiens electioni de se facta per abusum potestatis secularis, efficitur ineligibleis ad dignitatem, & electio est nulla. Eligentes autem a beneficiis per triennium suspenduntur, & tunc sunt privati potestate eligendi.

Idem in eodem. i. (an. 1215. Roma.)

Quisquis electionis k de se factæ per secularis potestatis abusum consentire præsumpserit, contra cano-

niam libertatem, & electionis commode careat, & ineligibleis fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat a eligi dignitatem. Qui vero electionem hujusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus suspendantur, per triennium, eligendi tunc potestate privati.

C A P. XLIV.

Si Prælarus per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur, & promotus dejicitur. Si vero per malitiam hoc fecit, gravius punitur. Electi vero immediate subjecti Pape, per se aut per personas instructas debent adire Papam, & petere confirmationem. Et si sine electi in concordia, & valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, interim administrant, ita tamen, quod nil alienent: benedicuntur autem & consecrantur, prout consueverunt.

Idem in eodem. b. (an. 1215.)

Nihil est, e quod Ecclesie Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere necessariam medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet & electionis processum, & personam electi: ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia si secus fuerit incaute præsumptum, non solum deiciendus est indigne promotus d, verum etiam indigne promovens puniendus. Ipsum quoque decernimus hac animadversione puniri: si cum de ipsius constitit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientia, vel inhonestæ vitæ vel ætatis illegitimæ approbaverit: non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, verum etiam (ne aliquo casu poenam effugiat) a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque (si æquum e fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si vero convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subiacet ultioni. f

§. 1. Episcopi quoque tales ad sacros ordines & Ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si & ipsi canonicam cupiunt effugere ultionem. §. 2. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officii, ejus se conspectui (si commode fieri potest) personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionibus g & electis possit haberi: ut sic demum per ipsius circumspeditionem consilii, sui plenitudinem officii assequantur, cum eis nihil obstitit de canonicis institutis: ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensative propter necessitates Ecclesiarum, & utilitates, in spiritualibus & temporalibus administrant, sic tamen ut de rebus Ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hætenus recipere consueverunt.

C A P. XLV.

Expensa necessaria, quas facit Capitulum pro electione Prælati, de bonis Prælature debens fieri, vel reddi.

Honorius III. Capitulo Constantinop. (an. 1219.)

Roma Constantinopolim.)

UT præterita: (& infra. a) Præsentium auctoritate statuimus, ut expensæ necessariæ, quas Capitulum Con-

a Cap. 8. eod. tit. in 4. compil. vide Alphonsum Castrum, lib. 3. c. 2. de justa heres. punit. b Vide l. qui casu. cum gl. ff. de vi publ. & in l. malum. §. vidua. ff. de verb. sig. c Conc. Lat. sub Innoc. III. c. 24. d Cap. 9. eod. tit. in 4. compil. & singularim vocas. f adhibita. g vel. h in Cod. Barb. 2a: inspirationem S. Spiritus absque, &c. i sub Innoc. III. cap. 25. k Cap. 10. eod. tit. in 4. compil. Vid. Epist. Innoc. p. 20. 17. 38. Masson. Philipp. 272. 255.

Jur. Canon. Tom. II.

a possit. b in eod. Conc. Lat. sub Innoc. III. cap. 26. c Cap. 11. eod. tit. in 4. compil. vide Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & sess. 7. de reform. c. 3. & sess. 23. de reform. c. 1. Adde Alphonsum Castrum, lib. 3. de justa heres. pun. c. 5. d vide l. si constat, & ibi Barr. ff. de appell. & in c. cum super in gl. infra. de causa pass. & propr. e al. dignum. f vide l. seruos. c. ad leg. leg. Jul. de vi publ. & l. nemo deinceps. ad fin. C. de Episc. aud. g al. super electionis processu.

Constantinopolitanum, vel ejus nuncii, vacante sede, pro electionis negotio fecerint, de bonis Patriarchatus fiant totaliter, vel a reddantur: Dummodo ipsi bona decedentis Patriarchæ non occupent vel usurpent.

(*α* *Litis vel contentiois decisa materia, futuris litigii occasio amputetur.*)

C A P. XLVI.

Electio post collationem ex intervallo celebrata, non valet. h. d. secundum opinionem magis communem.

Idem Honorius III. *electio Lugdunensi.* (imo *Ludensii c. an. 1222. Roma in Daniam.*)

Cum post petitam instanter, & demum obtentam quandam Lugdunensis Archiepiscopi cessionem vota Canonorum Lugunensium in re tunc ipsorum Præpositum concorditer convenissent: Quia tandem examinato (sicut dicitur) processu electionis tuæ, invenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum, aliquandiu fuisse protractam, assensumque tuum priusquam electus fueris requisivimus, electionem eandem (c. ex ipsius duntaxat inordinato processu) c. iustitia cassavimus exigente.

C A P. XLVII.

Monachus unius monasterii alterius factus Abbas, in electione Abbatis prioris monasterii vocem non habet, etiamsi tale jus ab Abbate & Monachis prioris monasterii sibi suis reservatum.

Idem Eboracens. Priori, & magistro Guidoni de Canopo. d. (an. 1222. Roma in Galliam.)

Constitutis in presentia nostra procuratoribus sancti Taurini (c. Eboracens.) & sancti Leofredi de cruce, Abbatum: (c. infra *α*) Cum autem procuratores ipsorum Abbatum jussu exprimerent, quo jure ipsi Abbates deberent electioni Abbatis Fiscan. f. monasterii interesse: responderunt, quod olim cum assumerentur in suorum monasteriorum Abbates, fuit specialiter indultum eis ab Abbate & Conventu monasterii Fiscanen. ut haberent vocem in Capitulo eorumdem. Nos autem rationem hujusmodi frivolam reputantes, super hoc perpetuum silentium imponimus & Abbatibus supradictis.

(*α* *Et monasterii Fiscanen. Dil. fr. n. B. rr. SS. Jo. & Pauli Presbyterum Cardinalem didimus auditorem, coram quo proposuerunt procuratores predictorum Abbatum, quod vacante presato monasterio, quod immediate ad Romanam Ecclesiam pertinet, Monachi ejusdem loci contemptis præfatis Abbatibus, qui commode posterant & debebant de jure vocari, ad electionem Abbatis temere procedentes, Ehardum quondam Abbatem S. Vindocii ad ejusdem regimen minus idoneum eligere præsumpsissent, quare petebant electionem ejusmodi penitus irritari.*)

C A P. XLVIII.

Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem consenserit major pars Capituli, & non respectu aliarum partium.

Idem Roshomagensi Capitulo (an. 1222. Roma in Galliam.)

1. Ecclesia vestra destituta pastore, & votis vestris, cum de futura Prælati haberetis successione tractatum, in diversa b. divisis, quidam in Thomam, quidam in Cancellarium, & quidam singulares in singulares personas ejusdem Ecclesiæ consensistis.

Verum cum super his in nostra & nostrorum fratrum presentia multa fuissent hinc inde proposita, invenimus quod illi, qui sua in Thomam desideria dirigebant, licet majorem partem facerent, partim comparatione minorum i, non tamen ad majorem partem Capituli per-

a & b al. tuam. c vide auth. de hered. & sal. §. inordinatum. coll. 1. & 7. q. 1. nihil. d Ebroicensi Priori & magistro G. de Canabull. al. Priori S. Barbara, Lexovien. diocesis. e Ebroicensi. f al. Pusanensis. g imposuimus. h ut si verbi gratia, XII. Canonici essent, quinque nominaverunt Thomam, quatuor cancellarium, & tres alii alios tres. i gl. in l. nulli. & l. plane. D. quot cujusque. no. facit l. quod major. D. ad nuncip.

venerunt. Consideravimus nihilominus, quod post publicationem consensuum, & collationis tractatum, ad electionem nullus habitus est processus, quamvis deputationis solennitas etiam post appellationem legitimam fuerit subsecuta, quam pro electione nec deceret, nec etiam expediret haberi. Unde quod factum est de T. predicto, cassavimus, petitione consentientium in Cancellarium non admitta.

C A P. XLIX.

Non professio in Abbatem eligi non potest.

Gregorius IX. (an. 1227. Roma.)

Cum in magistratum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non novit: nos intellecto per te, quod in quibusdam regularibus domibus, jure tibi diocesano subjectis, sunt quidam in Abbates, non professi ordinem regularem, assumpti: Mandamus, quatenus cum Abbates tales esse non debeant, qui per professionem Monachi & a regulares Canonici non fuerint, ad amotionem eorum, quos tales inveneris (sublato appellationis impedimento) procedas.

C A P. L.

Electio facta a non majori parte Capituli, & omissa collatione, non valet.

Idem Cumanen. Capitulo. (aa. 1222. Roma in Campaniam.)

Cumana Ecclesia pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrandam electionem præfixa, qui præsentem erant de Cumanis Canonis, ac tribus Abbatibus, qui vocem in electione habere noscuntur, Capellani & Clerici civitatis electioni se debere interesse dicentes, sub hujusmodi protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non deberent interesse de jure vel consuetudine, non valeret. Tandem præmissa juxta formam Concilii b. generalis scrutinio, VII. de Canonis, unus Abbatum, XI. Capellani, & novem Clerici, in ejusdem Ecclesiæ Archipresbyterum convenerunt: novem Canonis, uno de Abbatibus, uno Capellano, & XI. Clericis in ipsius Ecclesiæ Archidiaconum dirigentibus vota sua: (c. infra.) Cum decem & octo fuerint Canonici, tres Abbates, XX. Clerici, & XIV. Capellani, neutram electionem comperimus ad majorem partem totius Capituli pervenisse: nec probatum fuerat, quod Clerici admitti deberent, nec quod Capellani admissi fuerint de consuetudine, vel de jure: nam & si Capellani duobus electionibus Episcoporum interfuerint, & scrutatores dederint voluntatum, non tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probatur: sed & si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegerint, per hoc tamen non constitit id eis de jure competere, vel ex consuetudine jam præscripta. Unde nos electiones ipsas præsumptas etiam contra formam Concilii generalis, cum collatio in communi omisa fuerit, quæ post publicationem scrutinii fieri debuisset, de fratum nostrorum consilio sententialiter duximus irritandas, electores hac vice eligendi potestate privantes.

C A P. LI.

Per compositionem factam cum Prælato & Capitulo, non potest jus eligendi cessare Laico, etiam patrono in Ecclesia collegiata.

Idem Abbati Cluniacen. (an. 1228. Roma in Galliam.)

Sacro sancta Romana & Ecclesia: (c. infra.) Sane f. proposuisti in nostra presentia, quod super ordinatione Prioris monasterii sancti Pancratii ad Cluniacen. Ecclesiam pertinentis cum Comite de Valenna g. patrono

a vel. b Lateranensis sub Innocent. III. c. 24. c in multis impressis deest vox, duobus, quum habent manuscr. & agnoscit glossa hic. d al. sed & si inquisita fuissent eorum vota. e vox, Romana, deest in pluribus manuscr. f in pluribus manuscr. In nostra sane proposuisti presentia. g al. Valernia. al. Varonia.

trono ipsius, quidam prædecessor, tuus de consensu Capituli sui compositionem quandam inivit juri contrariam, & Ecclesiæ ipsi damnosam; videlicet ut in optione sui ipsius Comitibus, assumeret, ad Prioratum dicti monasterii (Cluniacensis & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniacensis ordinis, quos Abbas duxerit nominandos: (& infra.) Attendentes itaque, quod jus eligendi in collegiata Ecclesiâ non cadit in laicum, & ideo id esset perniciosum exemplo, & redundaret b in dispendium Ecclesiasticæ libertatis: volumus ut dictum prioratum libere possis (non obstante compositione ipsa) sicut alios Prioratus tibi subditos ordinare, denunciando e ordinationem factam patrone, ut suam, si voluerit, honestam d impetretur assensum.

C A P. LII.

Si per Papam mandatur habentibus eligere, quod eligant eum consilio aliquorum, alioquin consiliarii provideant; eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum; alias electio non tenet.
Idem Gregor. IX. Decano & Cap. S. Joannis & Sancti Stephani Bisuntini. (an. 1228. Roma in Burgundiam.)

Cum in veteri lege: (& infra.) Porro jam dudum vobis dedimus in mandatis, ut infra quadraginta dies post e susceptionem litterarum nostrarum cum consilio sancti Benigni & Morismundi Abbatis, (Lingon. diocesis.) & fratris G. de ordine Prædicatorum eligeretis personam idoneam canonicè in pastorem: alioquin dicti consiliarii vobis de Archiepiscopo providerent. Verum die ad eligendum præfixa, sex ex vobis potestatem eligendi dedistis, usque ad consumptionem ejusdem candelæ, quæ ibidem accensa extitit, duraturam. Tandem cum electores hujusmodi convenissent in prædictum Abbatem sancti Benigni, & super hoc sociorum ejus consilium requisissent: proponente uno ex illis, quod deliberato consilio responderent, & differentibus eis festinanter dare responsum: præfati electores (eum candela ipsa deficeret) non expectato ipsorum consilio, dictum Abbatem in Bisuntinens. Archiepiscopum elegerunt: (& infra.) Relato ergo ad Apostolicam sedem negotio, Archiepiscopo Viennens. & Abbati de Firmitate in junctum, ut si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu electionis & prædictorum consilium requisitum, electionem ipsius Abbatis (si persona esset idonea) confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licet postea requisitum fuerit, non competentem tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum, aut non esset idoneus idem Abbas, quod de ipso factum erat, tanquam invalidum irritaret: (& infra.) Cum autem competens non fuerit competentem tempore requisitum consilium de persona b prædicti Abbatis, & quando extitit requisitum, non fuit expectatum responsum, nisi modico tempore, nec debeat illi imputari, quod in tantum illi sibi tempus arctarant i: electionem Abbatis ipsius, non personæ, sed electionis vitio, duximus irritandam.

C A P. LIII.

Si major pars Capituli scienter eligat indignum, valet electio de digna a minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. hoc dicit, secundum veriore intellectionem & intrinsecum.

Idem Episcopo Sylvanestren. (an. 1228. in Galliam.)

Congregato Nivernens. Capitulo ad electionem futuri pastoris, XIII. in Decanum, & XVIII. C compu-

a Vide l. non dubium cum not. C. de leg. & 25. quest. 2. imp. periali. b redundare. c al. ita: denuncianda ordinatione facta patrone. d al. bonis. e receptionem. f Firmitate, super Groram, Ord. Cister. diocesis. Cabilon. g al. electione. h persona idonea. i vide l. 2. §. sed qui. ff. si quis caus.

tato procuratore cujusdam absentis) in Cantorem ipsius Ecclesiæ conveniunt: qui cum plures in eam, & pauciores in aliam sua desideria direxissent, a parte sua electus extitit in pastorem Ecclesiæ Nivernens. Postmodum credente parte Decani, quod alii plurimum deliquissent eligendo personam scientia literalis expertem, propter quod illis secundum statuta Lateranen. a Concilii ipso jure eligendi potestate privatis, potestas eligendi ad eos extitit devoluta: Decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerat, in suum Episcopum elegerant, ad sedem Apost. appellantes: (& infra.) Reliquis potentibus ut irritare Decani electionem attentatam a paucioribus, & post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam veluti canonice celebratam a pluribus de persona idonea, dignaremur. Nos igitur mandamus, quatenus si dictus Cantor defectum in literatura non patitur, & alias est idoneus ad regimen pastoralem, ipsius electionem procedens auctoritate nostra (infirmatam reliqua) confirmare. Alioquin (ipsius Cantoris electione irrita nunciata) prænominatum Decanum (si nihil eius canonice obstitit statutis b) eadem auctoritate præficias Ecclesiæ memorata.

C A P. LIV.

Habens plures dignitates, vel plura beneficia curata, sine dispensatione Pape, ineligibilis est. h. d. quoad titulum.

Idem Sylvanestren. Episcopo, & Joan. de monte mirabili Archidiacon. & Succentori Parisiensi. c

II. Dudum Ecclesia Rothomagens. pastoris solatio destituta, contra electionem, quæ in eadem Ecclesia fuerat celebrata, Archidiacon. & quidam alii ejusdem Ecclesiæ Canonici ad sedem Apost. accesserunt. Dicto vero Archid. pro se ac parte sua, & G. Archid. procuratore illorum qui electionem celebraverant, in nostra præsentia constitutis, inter alia, quæ contra electum objecta fuerant, Archidiacon. proposuit memoratus, quod idem electus post generale d Concilium Archidiaconatum Ambianens. adeptus, ipsum cum pluribus parochialibus Ecclesiis, quas ante idem Concilium obtinuerat, retinere præsumpsit, eoque dimisso e retinuit Ecclesias memoratas. § 1. Unde cum in eodem Concilio sit statutum, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso jure privatus: & si forte aliud retinere contenderit, etiam alio spoliatur: prædictus electus contra hujusmodi veniens statuta, transgressus notam, nec non cupiditatis vitium (quod in aliis reprobare debuerat) ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, (cum post receptionem alterius propria beneficia vacaverint ipso jure) rem contrectavit per consequens alienam, & sic furtum commisit quodammodo vel rapinam. In sua quoque salutis & multarum animarum dispendium, prædictas parochiales Ecclesias retinebat f. cum earum cura, qua jam privatus fuerat ipso jure, ad eum nullatenus pertinere: & sic per ipsum eadem animæ damnabiliter sunt deceptæ. § 2. Verum procurator eorum, qui elegerant ipsum, etsi pluralitatem beneficiorum hujusmodi coram nobis profiteretur g in jure, per concessionem tamen Rothomagen. Archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electum nifus h est multipliciter excusare. Nos igitur dictam excusationem, utpote frivolam, nullatenus admittentes i, vobis dedimus in mandatis, ut si constaret, quod idem post receperim Archidiaconat. prædictum curam animarum habentem, præfatas parochiales

a Later. Conc. sub Innoc. III. c. 26. b institutis. c Parisiensis. d sub Innoc. III. c. 26. caveatur, ne ullus habeat duo beneficia cum cura annexa. e al. omisso. f al. desinebat. g consecratur. h al. visus. i vid. l. liberto. §. fin. ff. de negot. gesti.

Ies Ecclesias electionis tempore retineret, nec ostenderet secum per sedem Apostolicam super hoc dispensatum, electionem illius auctoritate Apostolica cassaretis: (*et infra.*) Partibus ergo propter hoc in vestra presentia constitutis, praestito quoque a juramento de veritate dicenda, & factis positionibus & responsionibus hinc inde, tandem eodem Decano, praetextu quorundam gravaminum, ad nostram audientiam appellante, vos electionem hujusmodi irritantes, eidem Ecclesiae de Cenoman. Episcopo providistis: (*et infra.*) §. 3. Licet autem positiones *b* & responsiones super pluribus articulis factae fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non invenimus esse factam (cum non per positiones & responsiones ad eas factas *c*, sed per petitionem in jure propositam & responsionem factam, contestatio litis fiat *d*) eundem processum de fratrurn nostrorum consilio irritum duximus nuncian- dum. §. 4. Tandem Archidiaconum electionem ex praemissa causa petiti irritari, electo respondente praedicto, quod non erat ejus electio irritanda: Lite vero coram nobis legitime contestata, praestitoque de veritate dicenda a partibus juramento, idem electus, etsi confiteretur se dicta beneficia electionis tempore tenuisse, tamen excusare se super hoc nihilominus *e* nitebatur, quia videlicet dictum Archidiaconatum non credebatur curam animarum habere. Sed cum in jure confessus fuerit, quod Archidiaconus Ambien. de consuetudine suspendit, excommunicavit & absolvit Presbyteros & Priores, & Paroeciales Ecclesias interdicat, nec non Archidiaconus *f* visitat, & inquit, quae viderit inquirenda, & procuraciones ratione visitationis recipit, evidenter apparet, quod curam habeat animarum annexam: quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus exiit, cum idem de Personatibus, quod & de beneficiis curam animarum habentibus, iudicium sit habendum. §. 5. Insuper indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, invalidam reputavimus, cum in ea falsitatem suggesterit, & suppresserit veritatem: quae tacita vel expressa ipsam nullatenus habuisset. Suggestit enim, quod praedictas paroeciales Ecclesias, antequam fuisset in Archidiaconum assumptus, canonicè fuerat assecutus, cum nullus poterit plures paroeciales Ecclesias obtinere, nisi una peteret ex altera, vel unam intitulatam, & alteram *g* commendatam haberet; unde cum idem utramque illam intitulatam haberet, ipsas nequivit canonicè habuisse. Item suggerens, quod relictus personatus sui erant tenues & exiles, suppressit, quod alios relictus in pluribus Ecclesiis noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures paroeciales Ecclesias cum pluribus aliis beneficiis in diversis Ecclesiis obtineret: cum intentionis nostrae non fuerit secum in tot beneficiis (praesertim habentibus curam animarum) dispensare, nec intentionis nostrae fuerit aliquid ei de novo concedere, sed ut per indulgentiam posset habita licite retinere: (*et j.*) §. 5. Tandem cum non restaret, nisi proferenda sententia, idem tam juri (si quod ei competere videbatur) quam liti cessit *h* spontanea voluntate, cuius cessionem duximus admittendam.

C A P. LV.

Irrita est electio, quam collatio non praecessit, vel qua facta non est a maiore parte Capituli, vel qua non fuit communis.

Idem Gregor. IX. (an. 1228. forte in Galliam.)

IN Genesi legitur, (*et j.*) Cum in Concilio i caveatur, ut is collatione habita eligatur, in quem omnes

vel major & sanior pars Capituli consentit: & in Guil. major pars totius Capituli non consenserit, quanquam maiorem partem habuit partium comparatione minorum: Nec plane numeri ad numerum, quia utrum *G* & *H*. de quibus adversarii referunt questionem, in electione vocem habuerint, tractatum non exiit, nec discussum: nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit. Nec etiam electio communiter celebrata, quoniam licet in eundem Guil. singulariter singuli consenserint, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis: ne vel idem repeteri videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, ut tot essent electiones, quot essent numero eligentes. Nec ex singularibus vel particularibus consensibus apparet universalis electio vel communis, licet quilibet singularis veritatem exprimat suae partis: quemadmodum ex singularibus propositionibus (licet veris) universalis propositio non apparet *a*, nisi per signum universale forsitan exprimat. Nec praemissi duo Canonici poterant sic excludi, cum primus existeret in Canonici possessione, vel quasi *b*, habendo stallum in choro, locum in Capitulo, legendo & cantando ut Canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatem & personatum, quae occurrerunt pro tempore faciendae, tanquam Canonice sit vocatus; quamquam haec vice fuerit cum protectione admissus: secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus: cum de toto regno Franciae vocentur absentes de consuetudine Ecclesiae Gallicanae. Nos his plenus intellectus, de consilio fratrum nostrorum praemissam electionem, utpote contra formam Concilii attentatam, decernimus irritam & inanem.

C A P. LVI.

Non valet electio Pontificis per Laicos & Canonicos facta, etiamsi hoc habeat consuetudo. h. d. & quotidie solet allegari.

Idem Capitulo Massano. (an. 1226. Roma in Ferruriam.)

MAssana a Ecclesia pastore *d* vacante: (*et infra.*) Edicto perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canonicis *f* Pontificis electio praesumatur: Quae *e* si forte praesumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem: Non obstantem contraria consuetudine, quae dici debet potius corruptela. *f*

C A P. LVII.

Non sufficit ad confirmationem electionis, quod sit facta a maiori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.

Idem Cap. Catalan. (an. 1229. Roma in Galliam.)

Ecclesia vestra destituta pastore, convenientes in unum (absente Guil. qui tunc noluit interesse) ad celebrandum electionem terminum statuistis. Veniente vero termino, & dicto Guil. (cum absens existeret) non vocato, praemisso iuxta formam Concilii *g* generalis sententio, 14. magistrum *G*. Presbyterum Cardinalem, canonicum *h* vestrum: & 17. *R*. Remen. Canonicum elegerunt, praefato *G*. postmodum electioni ejusdem *R*. suum praesente consensum. Tandem procuratoribus utriusque partis in nostra presentia constitutis, allegabatur pro electione dicti *R*. quod cum in 4. excederet aliam, computato Guil. praedicto, maiorem Capituli partem habebat, & per hoc debebat pars sua sanior reputari, cum ubi major numerus est, zelus melior praesumatur *i*.

Pars

a al. praestitoque. al. & praestito. *b* vide l. heres. & sequent. ff. de per. bar. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. h. um. c. al. habitas. dictio, factas, deest in manuscripto. *c* & vide l. defensor. §. qui interrogatus. ff. de inst. ad. & l. i. c. de divers. rescriptis. c. al. videbatur. *d* vide Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. *e* aliam. *h* vide l. postquam liti. c. de pact. & Bar. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. *i* Lateranensi sub Innocent. III. cap. 24.

a Vide l. qui habeat. ff. de legatis 3. & l. si pluribus. & ibi Bartol. ff. de legatis 2. *b* vide l. certum. Cod. de rei vindic. c. alias. Massana. *d* vide Concil. Bracar. cap. 1. & Burchar. lib. 1. Decr. cap. 10. *e* Quod si. *f* vide l. omnes iudices. cum nos. Cod. de dec. lib. 10. in glossa 1. & in Authent. ut nulli iudic. §. primo, in glossa magna, collas. 9. *g* Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 14. *h* in antiquis. Canonice invenio. *i* vide l. ita stipulatus. §. credendum est. ff. de verborum obligatione.

pars vero altera electionem eandem multipliciter impugnat, proponens pronomiatum R. in ætate pari defectum, nec esse sufficientis scientiæ ad Ecclesiam supra dictam, cum ætatis maturæ, & eminentis scientiæ prædatus Cardinalis existeret: & cum electores Cardinalis alios meritis & auctoritate præcellerent, habito præsertim respectu ad personam electam, meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur præterea, quod consensus dicti Guil. (quem pars ejusdem R. continebatur fuisse contemptum, assente parte reliqua Capitulum potius contemptum ab ipso fuisse) cum non fuerit consensus præstitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, admittere nil valebat: (*et infra.*) Denique statutum generali Concilio, quod electionem decernit invalidam, cum contra ejusdem Concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum, & alia, quæ non sunt de forma, referri. Unde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valeat, ea respicit tantum, quæ attentantur contra formam Concilii memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut est illud, quod præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commode interesse, haberi debeat in electione processus, ne cætera, quæ super hoc alibi statuta noscuntur, uno verbo videantur everti. Neque enim a credendum est, Romanum Pontificem (qui jura tuetur) quod alias ex cogitatum est multis vigiliis & inventum b, uno verbo subvertere voluisse. Nos ergo quæ hinc inde fuere proposita plenius intellectis (cum ex Lateranensi Concilio in ordinationibus Ecclesiarum major & sanior pars Capituli exigatur, & statutum generalis Concilii contineat inter cætera, ut is eligatur in quem omnes, vel major & sanior pars consentit) electionem dicti R. non personæ, sed potius electionis vitio (cum major & sanior pars non consenserit in eundem) de fratrurn nostrorum consilio duximus sententialiter irritandam.

C A P. LVIII.

Publicato scrutinio, non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem et electionem.

Idem Greg. IX. (an. 1226. Roma.)

Publicato scrutinio variare nequeunt electores, cum sit faciendæ collatio, & electio celebranda. Ad quod per superiorem, si oportuerit compellantur.

C A P. LIX.

Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa electi non dispensat Episcopus ea vice cum cassato: secus si electus libere resignavit. h. d. secundum intellectum glossæ a. in fin.

Idem.

SI alicujus electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum non habente commissam, contingit reprobari, cum eo super prælatione c, ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest Episcopus dispensare. Quamvis circa eum, qui ignoranter accipit simplex beneficium per simoniam pravitatem, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur. d

C A P. LX.

Electoibus impeditis curris tempus, si possunt impedimentum tollere.

Idem,

His quibus interdicitur, ut absque superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum a canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam hujusmodi postulandi. e

a al. Nec enim. b Vide § quorum Institut. in proam. & in auth. ut iud. sine quo suff. c alias, postulatione. d Vide l. in lib. § sicut filius ff. de inoffic. testam. e Vide l. cum qui iura § fin. cum gloss. magna & ibi Barr. c. de verborum obligation.

Jur. Canon. Tom. II.

TITULUS VII.
DE TRANSLATIONE
EPISCOPI. a
C A P. I.

Patriarcha, qui confirmatum in Archiepiscopum transferret ad sedem Episcopalem, ab Episcoporum confirmatio-
ne suspendatur. Joan. Andr.

Innocentius III. Aniocheno Patriarchæ. (an.
1198. Roma in Syriam.)

CUM ex illo b generali privilegio, quod Beato Petro, & per eum Ecclesiæ Romanæ Dominus nosser indulsit, canonica postmodum manaverit instituta, continentia majores Ecclesiæ causas ad Ap. sedem e referendas, ac per hoc translationes Episcoporum & sedium mutationes ad summæ Apostolicæ sedis Antistitem de jure pertineant, nec super his quicquam præter ejus assensum debeat immutari d: Miramur, quod L. Apamen. e electum in Tripolitanam Ecclesiam transfussit, & novo quodam mutationis genere parvificasti majorem, & magnum quodammodo minorasti, episcopare Archiepiscopum, imo potius dearchiepiscopare præsumens. Licet enim dictus L. nondum fuisset in Archiepiscopum consecratum confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia (quantum ei licuit) ministrat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiens. Episcopum f asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia cæteris audacia tribuatur, te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum. g

C A P. II.

Electos in Episcopos & confirmatos, transferre potest solus Papa.

Idem Decano et Capitulo Andegavensi.

(an. 1198. Roma in Galliam.)

INTER corporalia b & spiritualia eam cognovimus i differentiam, quod corporalia facilius destruantur, quam construantur: spiritualia vero, facilius construantur, quam destruantur. Unde juxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopus quoque a Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt, qui tamen non possunt, nisi per Rom. Pontificem condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum judicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem & etiam carnalis conjugii, quod est inter virum & feminam, suo tantum judicio reservavit: præcipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius divina potestatem conjugium spirituale dissolvit, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium JESU Christi) Episcopus ab Ecclesia removeretur: & ideo tria hæc, quæ præmissimus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina, soli sunt Romano Pontifici reservata l. Sicut autem Episcopus consecratus sine licentia Rom. Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cum non debeat in dubium revocari, quin post electionem & confirmationem canonicam inter personas eligentium & electi, conjugium sit spirituale contractum, cui profecto Episcopalis di-

a In quibusdam antiquis additur, vel electi. b Cap. 1. cod. tit. in 3. compil. c Anac. Papa ep. 1. Melchior Canus lib. 1. de loc. Theolog. d al. assensu. e Paphyssem. al. Appaniensem. f al. Sivaliensem. al. Valiens. g Vide l. 1. C. ad leg. Jul. rep. & Inst. de excep. §. hodie. h Cap. 2. cod. tit. in 3. compil. Vide Innoc. III. Epist. L. x. p. 154. i in viginti, esse, legitur sed abest a manuscriptis. k Vide Dam. Sorum in 4. Sententiar. dist. 27. quæst. 1. art. 4. Masth. cap. 19. l Vide cap. quamvis de elect. lib. 6. & cap. ut debitus. ad fin. j. de appell.

lis dignitas nihil addit: cum qua Episcopali praeiudicatus dignitate, nullius tamen Ecclesiae possit esse Episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Unde cum non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam *a*, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus *b*, imo idem penitus & non aliud, idem juris obtinet in utroque. Sicut ergo Episcoporum translatio, depositio & cessio, sic & electorum post confirmationem (spiritualis conjugii ratione) soli est Romano Pontifici reservata: licet utique ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis: propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius, nemini poterat videri dubium subtiliter intuiti: cum de similibus idem iudicium sit habendum. §. 1. Sed neque illud, quod in canone legitur de electo, ut si ultra sex menses per suam negligentiam retinuerit Ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imo Metropolitanus sui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari: cum non intelligatur Ecclesia viduata, quasi spontum non habeat, sed quia sponsus ejus nondum sit consecratus, adhuc quoad quaedam quasi viri maneat solatio destituta: sicut iuxta communem modum *c* loquendi illa dicitur Ecclesia viduata, quae licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutum fuit ad poenam, trahi debet ad gratiam: ut sicut Metropolitanus iudicio electus deiecitur, ita etiam ad aliam Ecclesiam possit transferri, praesertim cum nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cessio vel dejectio memorata: qui ut haec possent, ex illo canone Metropolitanus indulgit. Unde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse: & quod non est sanctorum Patrum decreto sanctitatem, superstitiosum non est adventionibus praesumendum: praesertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur concessum. §. 2. Sane quoniam Turonensis Archiepiscopus electum Abriacensem per Metropolitanum suum confirmatum, in Ecclesiam vestram praeter auctoritatem sedis Apostolicae transferre praesumpsit, & in Episcopum consecrare, quem Rothomagensis Archiepiscopus contra mandatum nostrum absolvit, & ei licentiam tribuit transfundi: praedictos Archiepiscopos a consecratione & confirmatione Pontificum, Episcopum vero ab executione Pontificali officii, Bituricensis Archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamvis iidem Archiepiscopi tanquam majores plus excesserint in praemissis *d*, praesertim vero Episcopus minus (ut pote illorum tanquam majorum errorem secutus) nos tamen intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione devota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt. *e* Et quoniam praefatus Episcopus, qui minus peccaverat, severius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & devote, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens: nos intuentes, quod licet sibi minus consecrationis impensam, nec prioris Ecclesiae ipsum Pontificem fecerit, nec secundam, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non poterit canonice consecrari, adhuc conjugaliter alteri alligatus: ei tam a vinculo prioris Ecclesiae, quam a poena suspensionis penitus absoluto, de benignitate sedis Apostolicae duximus concedendum, ut

priori consensu hactenus perdurante, Andegaven. Ecclesiam studeat gubernare.

C A P III.

Episcopus, qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transferret ad aliam, carebis utraque.

Idem Innoc. III. Bambergensi a Episcopo et Petro Scholasti Moguntinensi. (an. 1198. Spoletio in Germaniam.)

Quanto personam *b* Hildesemensem Episcopi: (et infra. *c*) Ipse vero relicta Hildesemensi Ecclesia, ad Herbipolensem Ecclesiam auctoritate propria se transtulit. Non attendens, quod veritas in Evangelio & protestatur: Quos Deus conjunxit, homo non separet: & potestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & Magister, quod soli beato Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali privilegio tribuit *d*, & concessit: sicut testatur antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reverentiam exhibendam: & evidentiter asserunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo, sed Deus separat, quos Roman. Pontif. (qui non puti hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate vel utilitate pentata, non humana, sed divina potius auctoritate dissolvit. (et infra. *β*) Ne autem facti perveritas transeat praesumptoribus in exemplum *e*, (quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium) sibi praecipimus, ut administrationem Herbipolensem Ecclesiae penitus derelinquat: (infra. *γ*) Ceterum quoniam Herbipolensem Ecclesiam Canonici vota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt, volentes (sicut dignum est) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice suspendimus potestate: (et infra. *δ*) Quia vero Hildesemensem Ecclesiam, cui fuerat alligatus, unde (secundum Apostolum) solutionem quaerere non debebat, nimis improbe derelinquit, ne ad ipsam redeat ulterius, districtius prohibemus: cum secundum traditiones *f* canonicas, qui ad majorem se plebem transtulit, a cathedra repelli debeat aliena, & carere propria: ut nec illis praesideat, quos per superbiam sprexit, nec illis, quos per avaritiam concupivit. *g*

(*α* Sinceriori diligebamus affectu, tanto securius sperabamus, quod nihil adversus matrem suam Romanam Ecclesiam in praedictum sui ordinis, et Ecclesiastica disciplina dispendium attentares. Sane sicut certa multorum assertione comperimus, et suarum didicimus nihilominus testimonio literarum, quibus ad nos directis Herbipolens. se Pontificem nominabas.)

(*β* Nolentes autem tanta praesumptionis audaciam relinquare impunitam, qui secundum Apostolum omnem inobedientiam prompti sumus ulcisci.)

(*γ* Si vero, quod non credimus, hanc suspensionem nostram non curaveris humiliter observare, et inhibita sibi usurpare praesumpseris, excommunicationis vinculo ipsum decrevimus innotatum, omnibus etiam tam Clericis, quam laicis Herbipolens. dioces. sub anathematis interminatione praecipimus, non obstante juramento fidelitatis, ut omnem sibi obedientiam subtrahant, quam ipsi sibi contra sacros canones usurpavit, non assensens, quod dicit Apostolus: Nemo sibi sumas honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.)

(*δ* Et si contra sed. Apostol. interdictum ad cuiusdam nominationem processerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decrevimus et inane.)

CAP.

a Alias ita: quoad Ecclesiam. *b* vide text. in 1. constit. C. et l. Strichus. et l. Pamphilus. D. de man. rest. C. usum vide l. librorum. §. quod tamen Cassus. D. de legat. 3. et l. cum de Lanonis. §. asinam. D. de fund. in fr. leg. d. vide l. in Presbyteris. C. de Episc. et Clericis. et ff. de pan. l. moris. §. iste fere. *c* vide l. 3. §. fin. ff. de lib. cau. et nos. in l. 1. plagis. C. ad legem Fla. de plagio.

a Sic in 3. compil. Al. Idem Episcopo et Petro Scholastico Moguntinensi. *b* Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Vide et Leonem apud Iuonem part. 5. cap. 103. C. Math. 19. d. aliter, praebuit. *c* vide l. capitalium. §. penult. ff. de pan. et in l. si quis in suo. C. de inoffic. testamento. *d* Leo Papa 1. epist. 82. cap. 8. Ad Concil. Sardic. can. 1. ubi dicitur, ne quis de uno Episcopo tu ad alium transferatur. *e* Concor. 7. quast. 1. si quis.

C A P. IV.

Solus Papa transfert Episcopos & indulgentia per eum super tali translatione concessa, ad litteram servanda est.

Idem Brambur. Episcopo & Scholastico Moguntinensi a. (an. 1199. Roma in Germaniam.)

Licet a in tantum: (& infra. a.) Sicut legitimi matrimonii vinculum, quod est inter virum & uxorem, homo dissolvere nequit, Domino dicente in Evangelio: Quos Deus conjunxit, homo non separet: sic & spirituale fœdus conjugii, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri, & Vicarius Jesu Christi. Hoc autem C. quondam Hildesem. Episcopus non attendens, ad Herbipolens. Ecclesiam propria temeritate transiit: (et infra b.) Nec illa e prædecessoris nostri indulgentia præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat: cum in ea sit expressum, quod si ad majorem vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obviaret. Unde licet forsitan aliquibus videatur, ut indulgentia occasione ipsius ad dignitatem possit transire majorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit: cum in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cum postulatio, sicut & electio, examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentia non solum videatur postulacionis examinationem, sed personæ etiam reservare, subjungens, dummodo nihil de canonicis obviat institutis: antequam per eam postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat transisse.

(a. Quadam vero sibi Apostol. sed. reservat, quodammodo specialiter et singulariter, ut præter specialem auctoritatem ipsius, nec iure agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes Episcoporum adeo non tam constituto canonica, quam divina ejus tantum potestate commisit, ut)

(b. Et ad administrationem ejus se ingerens Herbipolensem se fecit Episcopum nominari. & infra.

TITULUS VIII.
DE AUCTORITATE, ET USU
PALLII.

C A P U T I.

Intra quamlibet Ecclesiam provincia sua Archiepiscopus pallio uti potest: sed extra, non potest.

Clemens III. (an. 1189. Romæ.)

CUM super aliqua re: (et j.) Quævis tibi, quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii continetur, videlicet, tradimus tibi pallium e ut eo intra f Ecclesiam tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet intra quamlibet Ecclesiam provincie tibi commissa. Si vero te sacris indutum vestibus Ecclesiam profectionaliter, vel alio modo, exire contigerit, tunc tuo pallio minime g uti debes.

a Idem Bamberg. Episcop. et magistro Prapósito Scholari Moguntin. b Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. c In Cod. Barbaria ita: Nec illa prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse se refert, præsumptionem, etc. d Capit. 1. eod. tit. in 2. compil. e pallium sumitur in hoc tit. quo quodam Archiepiscoporum ornamento, crucibus nigris intexto, velut stola sacerdotalis, quod super alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectusque circumdans, & ante dependens. Vide Pannorm. in c. antiqua. de privil. & Innocent. III. lib. 1. Myst. Mis. c. 63. ubi copiose de ejus materia, forma et mystica significatione. f al. infra. g nullo modo.

C A P. II.

Archiepiscopus alteri Archiepiscopo pallium suum commodare non potest.

Cælestinus III. (an. 1194.)

AD hoc a, quia quæsitum est a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi pallium tuum Metropolitano alii commodare: (et infra. a.) Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod non videtur esse conveniens, ut pallium tuum alicui commodes b: cum pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novit discretio) sepe-
liti.

(a. Si contigerit eum sine pallio suo ad Ecclesiam tibi commissam, vel in aliqua præcipua solennitate venire, et in eadem Ecclesia Missarum solennitas celebrare, licet enim non recolamus nos expressum canonem invenisse, super hoc tamen)

C A P. III.

Per pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, & nomen Archiepiscopale.

Innocentius III. Cardinali c Presbytero Apost. sed. Legato (an. 1202. Roma in Siciliam.)

Nisi specialis dilectio d illa: (et infra.) Sane si postulatio Trojani e Episcopi ad Panormitanam Ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se Archiepiscopum appellare, priusquam a nobis pallium suscepisset, in quo Pontificalis officii plenitudo f, cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo quod factum est, sic studeas palliare, ut id in confusione tuam, & ad sedis Apost. opprobrium non redundet. Quoniam si oporteat, ut nos, vel tu, ex hoc negotio confundamur, eligemus potius te confundi, quam lædamus sedis Apost. dignitatem.

C A P. IV.

Romanus Pontifex semper et ubique utitur pallio, alii Ecclesiis suis ex certis diebus tantum.

Idem (an. 1202. Romæ.)

AD honorem g Dei: (et infra.) Sane solus Romanus Pontifex in Missarum solennitate h pallio semper utitur, & ubique: quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, quæ per pallium significatur i. Alii autem eo nec semper, nec ubique, sed in Ecclesia sua, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis debent uti diebus. Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis k, non in plenitudinem potestatis.

C A P. V.

Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Idem Compostellano Archiepiscopo. (an. 1203.)

Roma in Hispaniam.)

EX tuarum l tenore litterarum accepimus, quod cum fuerit in concessione pallii tibi dictum, ut ipso intra Ecclesiam tuam uteris: & tibi pro Ecclesiæ tuæ negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verendum sit absque pallio ministrare (cum consuetudo sit in Hispania generalis, quod Archiepiscopi extra suas provincias pallio indifferenter utantur) ut extra suam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede Apostolica postulasti.

Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corruptela m, nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, ut si necessitate aliqua præpeditus, ad Ecclesiam tibi subjectam acce-

a Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. al. hoc. b l. personale. ff. sol. matrim. c Innocentius III. Cod. tit. 5. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, etc. ut habet 3. compil. d Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. e alias, Trojanens. alit. Trojanens. Regni Sicilia Cancellariis. f Adde Concil. Lateranens. sub Innocent. III. cap. 5. g Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. h al. solennitatibus. i figuratur. k al. & non in plenitudinem, etc. l Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. m vide l. omnes iudices. C. de decur. lib. 10. et auth. ut nulli iudici. §. in gloss. magna, collas. 6.

accedere forte nequiveris, pro consecrandis Suffraganeis tuis, vel Clericis ordinandis, & ad Ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare: dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis casibus liberam habeas facultatem.

C A P. VI.

In qualibet Ecclesia sua provincia, permixtis diebus, Archiepiscopus Missam celebrans, uti potest pallio.

Idem Innoc. III. (an. 1206. Roma.)

Cum sis, (& infra. α) Ubiunque a fueris in Missarum celebrationibus constitutus, diebus solennibus utum pallii, (per quod plenitudo Pontificii b designatur) poteris liberius exercere.

(α In partibus remotissimis gratum gerimus & acceptum, quod in actibus tuis quotiescunque dubitationis serupulus emergit, &c. Noveris igitur, quod ubi exposcit necessitas, & plura in una Ecclesia aliarum, & plures Episcopi simul poteris consecrare, &c.)

C A P. VII.

Sine pallio & sandaliis, potest Archiepiscopus celebrare.

Honorius III. Archiepiscopo Tri. Cimo Lugdunensi c. an. 1120. Roma in Galliam.)

Quia nos: (& infra. α) Inquisitioni t. r. respond. quod tam in tua, quam in aliena diocesi, potes sine pallio & sandaliis celebrare: qui utique in tua diocesi non debes semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in Ecclesia tua privilegiis sunt expressi. Sicque soluta est quarta questio, qua quaesivisti, an tibi sit licitum pro defunctis cum pallio celebrare.

TITULUS IX.

DE RENUNCIATIONE.

C A P. I.

Non datur licentia cedendi Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius vel utilis sit Ecclesie sue. Alexander III. Londonensi Episcopo. c. (imo Lunden. Archiep. c. an. 1180. Roma in Daniam.)

Litteras d tuas: (& infra. α) Si tuam aut e senectutem, aut insufficientiam forte considerans, te tanquam immeritum f postulas relaxari: scito nos credere, quod tutius fit hoc tempore, si commissa tibi Ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quam si alteri novæ incognitæque personæ gubernanda in tanto discrimine committatur: maxime quia in te vigor devotionis & fidei (etiam corpore senescente) non deficit, sed vergente deorsum conditione corporæ, fervor Spiritus in sublimiora conscendit: (α infra. β) Monemus te igitur, ut super hoc diebus istis nulla te facias importunare molestiam, quia indecens omnino probatur, prius solvere militiæ cingulum, quam cedat victori adversitas praliorum.

(α Nuper accepimus, devotione plena et dolore non vacuas, qua quidem es tuam nobis insinuant affluosissimam charitatem, et tui Archiepiscopatus officii, quod fideliter gessisse et adhuc te gerere gaudemus, contrariam exigebant Ecclesia utilisitibus cessationem. Nosti enim, sicut vir prudens et providus, quod tanta est Cleri malitia, et contra Ecclesiam Dei tam gravis tamque diuturna persecutionis instantia, ut nequaquam ei cedat ad commodum, si tuam sedem talem contigerit subire defectum, Quod)

(β Ne igitur hujus doloris aculeus vividam circa te nostri pectoris vulneret charitatem, rogandum te potius duximus et monendum,)

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. b al. Pontificalis officii. al. Pontificis. c al. Lunden. Archiepiscop. al. Lugdunensi Archiepiscop. al. Baron. Episcop. in Codice MS. est Turonensi. d Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. e al. autem. f sic in omnibus manscrips. et vox, immeritum, perperam inserta fuit.

C A P. II.

Qui abjurat beneficium, licite potest illud (si denuo eligatur) obtinere.

Idem Abbati Dolen. a & Priori de Artigia.

(an. 1180. Roma in Galliam.)

Cum inter P. Gaufridi & quosdam b alios Canonicos sancti I. super spirituali c beneficio scilicet stalli in choro, & loco in Capitulo, questio fuisset diutius agitata: (& infra. α) Ideoque vobis mandamus, quatenus si prafatum P. inveneritis de consensu d majoris partis Capituli fuisse de prædicto beneficio auctoritate Apostolica investitum, eum faciatis beneficium ipsum pacifice possidere: non enim videtur nobis impedimentum asserere juramentum, quod de eodem non petendo ulterius proponitur præstitisse, si consensus majoris & sanioris partis Canonice Ecclesie intercessit.

(α Quia tamen altera pars sufficienter instruita non venerat, negotium non potuit terminari.)

C A P. III.

Qui renunciavit beneficio suo, illud repetere non potest.

Idem Episcopo e Verulano. (an. 1180.

Roma in Latium.)

Ex transmissa f relatione Abbatis sancti N. de Ceparano, nostris est auribus intimatum, quod P. Rubens Clericus, dum infirmitate g laboraret h, apud monasterium Sancti Salvatoris sibi petiit habitum monasticum indulgeri: qui recuperata postmodum sanitate, ad monasterium illud gratia complendi votum accessit: & ibidem moram aliquantulum faciens, ea quæ prædictæ Ecclesie sancti N. contulerat, sibi fecit restitui. Nunc autem mutato animo laborat, ut restituitur in Ecclesia supradicta.

Verum quoniam jam dicta Ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo ea, quæ sibi contulerat, ad petitionem suam resignavit eidem: mandamus, quatenus (si res ita se habet) prædictum Abbatem & socios ejus ad receptionem P. nulla ratione compellas invitos: nec a populo i Ceparano compelli permittas: hortari tamen eos poteris, ut illum non tanquam unum de Ecclesia, sed quasi de novo recipient in socium & in fratrem.

C A P. IV.

Beneficiarius sine licentia Prælati sui, beneficio renunciare non potest.

Idem Episcopo Tornacensi. (an. 1180.

Roma in Galliam.)

Admonet: (& infra. α) Univeris personis tui Episcopatus sub districtione prohibeas, ne Ecclesias tuæ diocesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque assensu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te dimittere inconulto. Quod si quis contra prohibitionem tuam venire præsumpserit, in eum canonicam exerceas ultionem.

C A P. V.

Contra petentem beneficium admittitur spontanea abjuratio exceptio, etiam causa renunciationis non adjecta; contra quam alior replicare poterit, quod non sponte renunciavit: & qui melius probaverit, obtinebit.

Clemens III. (an. 1189. Roma.)

Super hoc quod sciscitatis k, utrius Ecclesiastica beneficia repositibus, objecta spontaneæ abjuratiois exceptio sine causæ cognitione sit admittenda, & an actoris,

a Dulonen. al. ita: Abbati & Priori de Artigi. al. de Artigia. b c 3. eod. tit. in 1. compil. c al. speciali. d In C. Barbar. majoris & sanioris partis, &c. e al. Verullani. al. Verulani. f c. 4. eod. tit. in 1. compil. g al. dum olim nimia infirm. lab. &c. h juxta illud: Dum sero in aeternum, sero religionis amorem; Expers languoris, non sum memos hujus amoris. i Vox, populo, dicit in omnibus manuscr. sed erat expositio marginalis, qua irrepit in textum. In antiquis ita habebatur: Ceparano, id est, a populo Ceparano. k Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. legitur ita: super hoc quod sciscitatis a nobis.

actoris, quod sponte non renunciavit, an rei de spontanea renunciacione debeant probationes admitti? Sic tunc experientia respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis torte expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debeas, facile sine magna causa, sua sponte resignet: ideoque supervacuum esse non credimus, causam resignationis diligenter inquiri a, quam si forte probabilem, id est, non vi, nec metu, nec oppressione, nec interventu pecuniarum, nec promissione b extortam iudex invenerit, maxime si non intervenit iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod fere semper a malo est (nisi replicatio canonica fuerit opposita) admittere non possit. Porro licet negantia factum, per rerum naturam nulla sit probatio c, ejus tamen qui spontaneam renunciacionem negat (cum implicite & quodammodo replicando inficietur super assertionem sua, habito ad dignitatem & opinionem respectu) probationes credimus admittendas.

C A P. VI.

Qui sponte renunciavit electioni de se facta, super ipsa ulterius audiri non debet.

Idem Clemens III. (an. 1190. Roma in Angliam.)

IN presentia nostra: d. (& infra.) Licet igitur iudex non semper ad unam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus & aliis, quæ in ejus presentia proponuntur, formet animi sui motum, & tanta sit judicialis auctoritas, ut semper pro ipso præsumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur: quare si tu coram Dulmen. Episcopo & ejus Coniudicibus nihil penitus probavisses, standum tamen sententiæ fuerat, nisi adversarius eam ostenderet irritandam. Quia tamen præter ista consistit de ipsius renunciacione spontanea per quosdam Episcoporum literas & confessionem ipsius, nos e ei super eadem Abbatia silentium duximus imponendum.

C A P. VII.

Qui renunciavit literis beneficiis, non ideo institutioni jam facta renunciare videtur.

Cœlestinus II. (an. 1195. Roma in Galliam.)

Sane dilecto f. filio nostro I. Presbytero Cardinali tunc Apostol. sed. I. Legato, nos meminimus injunxisse, ut H. Subdiaconum Canonicum in Pistaviensi Ecclesia institueret procuraret: qui mandatis nostris obtemperans, ibidem instituit in Canonico Subdiaconum memoratum. (& infra. α) Postmodum idem H. quorundam vestrum ductus consilio, literas suas reddens, vestrae misericordiam se subiecit: (& infra. β) Quia vero g unde misericordiam debuit impetrare, inde cogitur dispensum sustinere: mandamus, quatenus (hoc non obstant) ipsum in fratrem & Canonicum admittatis.

Ca. Verum vos nec vobis nec ipsi Cardinali reverentiam exhibentes, quod literis suis de jam dicto H. idem Card. injunxit vobis, adimplere minime curavistis, nec etiam suspensionem ipsius in aliquo observare. Sed)

(β) Qui cum crederet apud vos misericordiam impetrasse, vobis satisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur sustinere, unde gratiam & premium meruit reportare. Nolentes igitur, quod de supradicto H. tam a prædecessoribus nostris, quam a nobis inchoatum est, aliquatenus relinquere imperfectum, mandamus, &c.)

^a Vid. l. si mulier. D. rer. am. et l. sed etsi quis. §. nec distinguimus. D. de usufr. b facit quod habetur in l. 1. et 2. D. de calumn. c Vid. l. post rem. cum glossa D. de trans. et l. 1. D. qua sent. sin. app. resem. d cap. 4. eod. tit. in 2. compil. e al. nos de consilio fratrum nostrorum super, etc. f. c. 1. eod. tit. de major. et obed. in 2. comp. g In C. Barb. quia vero indecens est, ut unde misericordiam deberet impetrare, inde cogetur, etc.

C A P. VIII.

Renunciatio beneficii facta in manibus Laici non tenet, renunciatus tamen est beneficio spoliandus.

Innocentius III. Nidrosien. Archiepiscopo. a (an. 1198. e civitate Castellan. in Norvegiam.)

Quod in dubiis: b (& infra.) Hi præterea, qui beneficium Ecclesiasticum sibi collatum sponte in manum laicam resignantes, illud denuo a Laico susceperunt eodem sunt beneficio spoliandi c, licet resignatio talium facta Laico nullam obineat firmitatem.

C A P. IX.

Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

Idem Eboracen. Episcopo.

AD supplicationem d. Ragusien. Archiepiscopi, eum a cura, qua tenebatur Ecclesia Ragusien. duximus absolvendum, eo quod ibi non poterat secure morari: & si accessum haberet ad illam, mortis sibi periculum immineret: e (& infra.) Ne vero idem in vituperium ministerii nostri, defectum in rebus temporalibus patiat: mandamus, quatenus beneficium, quod de liberalitate Regia, ac concessione tua in Episcopatu Carleoli, & Ecclesia de Malebron. festi illi collatum, ad sustentationem conferre ipsius. Cui concessimus, ut in ipso Episcopatu abque usu pallii officium Episcopale valeat exercere, tibi tanquam Metropolitanano reverentiam & obedientiam impensurus.

C A P. X.

Ponit sex causas, ex quibus Episcopi possunt petere, & Papa consuevit concedere cedendi licentiam, qua sex causa his verbis comprehendit possunt:

Debilis, ignarus, male conjur, irregularis,

Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Idem Episcopo Caralitano. g (Roma in Sardiniam.)

Nisi cum b pridem: (& infra. α) Si enim hujusmodi cessione frugem tibi melioris vite promittis, scire te debes non esse sanctificato in utro sanctiorum, & ideo non oportet te sanctificationis jam susceptæ deserere ministerium, cum ille, cujus fieri bajulus recusabat, tandem prædicandum i. receperit verbum Dei. §. 1. Quod si forsan humilitatis causa de culmine quaris k Pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris erigere l male verticem, quod te nimis in resignandi proposito exhibet pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. Intueri te itaque volumus, quod hæc sunt illa, per quæ cedendi Episcopo licentiam potest postulare: Conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, grave scandalum, irregularitateque personæ: sed in his omnibus est observanda cautela. §. 2. Propter conscientiam enim criminis credendi potest licentia postulari, & forsitan non cujuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam poenitentiam impeditur: cum si omnes, quos arguit conscientia cujuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo ministerio remaneret: (& infra. β) §. 3. Alia vero causa est debilitas corporis m, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute n procedit: nec tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Nam si pro qual-

a al. Nidrosien. b cap. 1. eod. tit. in 3. compil. c Vide de l. quæto. §. si venditor. ff. de adil. edic. & l. Herennius. ff. de evict. d cap. 2. eod. tit. in 3. compil. B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. e V de l. si putator. ff. ad L. Aquil. & l. si ut certo. §. commodatum. ff. commod. f Malebros. g al. Tralasan. al. Arelatense. al. Clarisan. al. Carolitano. h cap. 4. eod. tit. in 3. comp. Vide B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 4. i al. susceperit. Her. 2. k al. pontificalis honoris l leg. erigere, non ut in vulgaris, eligere. m corporalis. n quis dicatur senex, notatur in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adop. l. in viri. ff. de testib.

qualibet corporali debilitate, susceptæ servitutis officium posset deferi, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari: cum interdum non plus horretur senilis debilitas aliquid cedere, quam moralis maturitas (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere: pro tabus enim de se dicit Apostolus a: *Cum infirmor, tunc fortior sum*: quia nonnunquam corporis firmitas, fortitudinem cordis augmentat. §. 4. Pro defecta quoque scientiâ plerumque potest quis petere cessionem: quia cum ipsa circa spiritualium administracionem sit potissimum necessaria, & circa curam temporariam & opportuna: Præful, qui commissam sibi debet Ecclesiam regere in utrisque, salubriter ei renunciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim (inquit Dominus c) *quia scientiam repulisti, & ego te repelam, ne sacerdotio fungaris mihi*. Quanquam etsi delectanda sit eminentis scientiâ in pastore, in eo tamen sit competens toleranda: quia secundum Apostolum: *Scientiâ infat d, charitas autem edificat*: & ideo imperfectam scientiâ, potest supplere defectio charitatis. §. 5. Propter malitiam autem plebis cogitur interdum Prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo dura cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsum, sed propter ejus duritiam, quo magis fatagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur: dicitur Domino per Prophetam c: *Lingua tuam adharere faciam palato tuo: quia Domus exasperans est*. Et Apostoli f legantur dixisse Judæis: *Eccc conversimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis*. Non tamen pro qualibet culpa pastor g debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimitit oves, & fugit: sed de superioris licentiâ, tunc demum potest non tam timide fugere, quam provide declinare, cum oves convertuntur in lupos: & qui debeuerat humiliter obedire, jam irrevocabiliter contradicant, cum etsi tales sint graviter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore utiliter tolerandi: quia sanguinem elicit, qui nimis emungit. §. 6. Pro gravi quoque scandalo evitando (cum aliter sedari non potest) licet Episcopo petere cessionem: ne plus temporalem honorem, quam æternam videatur affectare salutem, memor illius, quod dicit Apostolus h: *Si esca scandalizaverit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum*. Sed inter scandalum & scandalum est subtiliter distinguendum: sicut Dominus i ipse distinguit, cui cum dixissent Apostoli: *Seis, quia Pharisei audito hoc verbo scandalizantur?* Respondit: *Sinite illos, ceci sunt, et duces caecorum*. Alibi k vero dixit: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris*. Personæ vero irregularitas (ut si forte sit bigamus, vel viduæ maritus) est causa, propter quam petere potest licentiâ aliquis resignandi, attestante Apostolo, qui dicit l: *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum*. Non tamen propter quamlibet irregularitatem personæ debet ei, qui regulariter ministravit, cedendi licentiâ indulgeri, utpote si de legitimo matrimonio non sit natus: quia licet irregularitatem hujusmodi non potuerit subire, si tamen & culpa later & causa, cum eo, qui laudabiliter suum implevit officium (injuncta sibi penitentia competenti) potest non minus utiliter, quam misericorditer dispensari. Ego m sum, inquit, *Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios, usque in tertiam et quartam generationem, in his qui oderunt me, id est, in illis qui contra me*

paternum odium imitantur. Unde patet, quod a illis, qui paterna vitia non sequuntur, propria possunt in talibus suffragari virtutes: illo discretione adhibito moderamine, ut inter nothos & b manzeres, naturales & spurios distinguatur. (C infra. 7) §. 7. Verum si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti favendum: cum hujusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (ut id tanquam notissimum omittamus, quod ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseræ animas captivandas) propter laboris angustias, aut perfectionis incursus non debes deserere sponsam tuam, cui desigendo e manum apud extraneum te fide media copulasti, sciens, quod *Beati d sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter justitiam*: quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam reponit Deus diligentibus se. §. 8. Sed dices: *Spiritus e ubi vult spirat, et nescis unde veniat, aut quo vadat, & ideo non est, qui possit vias illius Spiritus persecrari: qui f vero Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas*: quare si cedendi tibi licentiâ data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedes: quia data est tibi libertas cedendi a Deo. Certe desipi, si sic sapis. Nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? si enim vera sunt, quæ præmissus (imo quæ indubitanter sunt vera) proculdubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est Spiritus veritatis. §. 9. Porro si dicas, quod forsitan alia est causa latens, propter quam cedendi voluntas tibi cœlestis inspiratur: & non siquidem respondemus: Tu quomodo scis, quod talis inspiratio sit cœlestis? nonne recolis quod ille gloriosus Pontifex dixit, cum cœpisset viribus corporis repente destitui? Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua: illius exemplum secutus, qui dixit: *Cupio g dissolvi, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos*: (C infra. 8) §. 10. Quippe si quancumque virtutum flore refulgeas: & in te non habeas charitatem, nihil te comprobabis habere. Nulla b siquidem major poterit esse charitas, quam us animam suam ponat quis pro amicis suis. Cum autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere nulla occasione (dummodo proficere illis possis etsi non omnibus, tamen multis) ab eorum regimine te convenit excusare, quoniam i si laboris causam præterdis, exemplum te Apostoli sublevabit, qui suadet tibi laborem hujusmodi non refugere, dum te asserit pro communi salute plus cæteris laborasse: quia licet non semper sequatur laborem effectus, nihilominus tamen ipse labor est meritorius apud Deum: juxta quod legitur k: *Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum*: (C infra. 2) §. 11. Nec pures, quod ideo l Martha malam partem elegerit, quæ circa plura fatagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quoniam licet illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera: & licet illa sit magis suavis, hæc tamen magis utilis: cum in fecunditate sobolis, lippitudo m Lia, Rachelis pulchritudini sit prælata: quanavis simul in unum & contemplativus esse valet & activus, legislatoris exemplo, n, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum majori carneret libertate: nunc vero descendebat in castra, ut cum utilitate majori necessitatibus

a 2. Corinth. 12. b Vide auth de jud. §. 1. coll. 9. & l. si quis. §. prohibentur. ff. de edendo. c Ofse 4. d 1. Cor. 7. Vide i. sed Julianus, §. quod dicit. ff. ad Sc. Maced. & l. ex pluribus de reg. jur. e Ezech. 5. f Act. 13. g Joan. 10. h 1. Corinth. 8. i Matth. 15. k Matth. 10. l lib. 1. Tim. 3. m Exod. 20.

a E. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. & A. Son. Castr. lib. 2. de justa bar. pun. cap. 10. b si vocat eum, qui ex scorto natus est, inquit votus interpret. Vide Cardinalem Palcotum in lib. de nobis & spuris. c al. in uno Vaticano ita: defungendo manum tuam, &c. fidem. d Matth. 5. e Joan. 3. f 2. Corinth. 3. g Philipp. 1. h Joan. 15. i al. quod si. k Sapient. 10. l Luc. 10. m Genes. 29. n Exod. 24.

tribus populi provideret. Quapropter facilius indulgetur, ut ascendat Monachus ad Præfatum, quam Prælati ad Monachatum descendat. (et infra n.) §. 12. Moneamus itaque, ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere, qui sibi b apud te divertenti spreveris cum Martha sollicita ministrare: (et infra n.) Quia vero in postulando cedendi licentiam minus diutius institisti, ecce tibi te duximus relinquendum, ut distinctis causis, propter quas cedere oporteat, si propter aliquam causam utilem & honestam in huiusmodi proposito perseveres, de licentia nostra cedas; alioquin cedendi licentiam auctoritate Apostolica tibi fecias esse penitus interdicitam; quoniam si pennas habeas, quibus fatigas in solitudinem avolare, ita tamen adstricta sunt nexibus preceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum.

(α In officio pastoralis ad divinum servitium accessisti, praparrasse te ad tentationes animum crederemus, ac pravidius prudenter, nequaquam in humana fragilitate consistentes, variis angustiarum languores, quos te sciebas in isto officio perpeffuram, posse nos absque magno Dei adiutorio sustinere; formidaremus atque, ne parvulus tuos postmodum ad petram allidere neglexisses, solique tantum in se permiseris invalescere, ut ipsorum, suggerentium tibi suscepti ministerii cessionem, instantia vix iam valeas repugnare. Verum quoniam (sicut credimus) cum te scires esse contra spirituales nequities pugnatum, armaturam Dei qua posses stare contra insidias tentatoris, ab Apostolo monitis, induisti, & inespertus non ignorasti sollicitudinis pastoralis angustias, quas forsitan expertus abhorres; nescimus cur tam instanter susceptum velis regimen inutiliter desinquare, quod susceptum utiliter, non deberes usquequaque irritare).

(β In multis enim offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quia misericordia illum excusat, qui miserabiliter se accusat).

(γ Cum autem plerunque vitia se virtutes minus provide mentiantur, subtiliter advertere se oportet, utrum resignandi propositum, quod tam ferventer gestare videris in pectore, dignum sis Dei odio vel amore. Si enim propter causam aliquam præmissarum cedere postulares, tam super causa, quam super ejus affectu pariter doleremus; sed ne sub improvida pietatis amictu ad resignandum destitabilis impietas te impellat, considerare te volumus & alias esse causas, propter quas male quis petit, & pejor appetit huiusmodi officium resignare. Si enim ex pusillanimitate, forsassis ut laborem deponas, vel persecutionem effugias, aut ex vanitate (quod absit) ut plenius vacot oculis, seu liberius indulgeas voluptatibus, curam vult aliqui desere pastoralis, ab ea non mereatur absolvi, quam vis propter huiusmodi vanitatem, tanquam qui mortuiter peccat, ea reddat se indignum, sed satagere debet, ut vanitate deposita, satisfacias de peccato. Aliam vero cedendi causam omnino creduimus detestandam. Si quis aut a Pontifici velit discedere dignitate, ut gloriam caperet humanam, tanquam qui eligat in domo Dei abjectus esse magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel ut non amittat humanum favorem, quem per hypocrisis acquisivit, sive quod ejus simulatio revelari iam incipit, sive quod fervor ipsius ex qualibet causa recessit, nec vult videri, quod malus fuerit vel fiat, & ideo sub religionis prætextu suam vult contegere pravitatem, ut quasi deserens Martham amplectatur Mariam, & Lia fastidians lippitudinem, Rachelis concupiscat pulchritudinem. Quod autem si prospere velit cedere, quod tempore prosperitatis arridense fortuna visus est laudabiliter ministrare, quoniam omnia sibi prospere suc-

cedebant: sed adversitatis tempore imminente veretur, ne si quolibet casu sinistra contingens, ipsius negligentia impetretur; plane si propter hoc petis cedere, nauta se poterit improvido comparare, qui cum mari sub tranquillitate jacentem non cum multo labore navis exercuerit gubernaculum, ipsam tempestate surgente deserit, & devenire patitur in profundum. Illam quoque cedendi causam penitus detestamur, si forte cedere velis Episcopum, ut vel alter sibi succedat, vel absente presbi vel affectu carnali, velis cum peior sibi successerit, ipse velis optimus extollatur. Illud autem quasi nefas respicimus & damnamus, quod Episcopum propter occupationes mundanas & sollicitudines seculares non valet sine crimine Pontificale officium exercere, cum multos sanctos Ecclesia veneret, qui spiritualia simul & temporalia ministrarunt. Verumtamen lava debet esse sub capite & dextra in amplexu; sed illud te advertere volumus diligenter, ne forte per hoc velis tua dispositionis propositum effici vel ex illis, de quibus dicitur per Prophetam: Filii Effraim. i. ar. & m. fa. con. si. in die bellis, cum positus pro domo Israel murum debes te opponere ascendentibus ex adverso, quia juxta sententiam veritatis non qui caperit, sed qui perseveraverit, salvus erit: Cavens atente, ne maculam in gloria tua ponas, non solum apud homines, sed etiam apud Deum; quoniam sub hoc pallio se non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur & corda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus salia suspiciantur. Illud quoque prudenter attendas, quia juxta sententiam sapientis, Spiritus disciplina effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, que sine intellectu consistunt. Si vero pro suenda Ecclesia libertatis difficultatis onus incurere pertimescis, non ideo deserere debes Præfatum honorem, considerans diligenter, ne forte censoris iustis iudicio ab illo, qui malorum est intensor, ut probeatur, utrum satisfacere velis in eo, in quo forsitan deliquisti. Qui vero contemnit aut negligit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die ira, cum revelabit Dominus absconditas tenebrarum. Ecce quidem admovimus tibi speculum, ut te ipsum contempleris in ipso, & tuam conscientiam perscrutatus, agnoscas, ex qua causa cedendi licentiam postulas importune. Nos enim (novis altissimus) ignoramus, quare in tali proposito perseveres, quoniam nec etiam infirmitas corporis, nec longævitas temporis, nec defectus scientia, nec malitia plebis, nec irregularitas persona te reddit inespum, nec conscientiam tui criminis se faceris habere).

(δ Quia igitur diversis tibi causis super hac distingimus, & propter quam causam cedere desideres, ignoramus, te ipsum duximus committendum, ut de propria mensis tribunali te iudicans, videas si sic passis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim credendo proficere appetis tibi soli, profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum quod impendere poteris aliis, non impendis, quia tunc majora animæ tuæ lucra conquire, cum sine tua salute salutem plurimorum procurares, potioris enim est meriti secum Deo quam plurimos lucrifacere, quam salutem propriam quætere sine illis, quorum salus ad ejus curam nescitur pertinere).

(ε Sed esto, quod multum hactenus laboraveris & bonum certamen certaveris, cum eodem Apostolo possis dicere, tamen ut corona iustitiae tibi derelicta reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet enim in angustiarum laboribus, qui comitantur officium pastorale, noctes tibi laboriosas enumeras, & tanquam fatigatus cervus umbram quæris affectus: quantumlibet inter via squales & angustias patria dilectione traharis, & velis emeritis mercenarius operis tui finem anxius præstoleris, expedit tamen tibi virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perseverantia coronare: sciens, quod cum apud extraneum defixeris manum tuam, cum animas tibi suscepti gregis in tuam animam suscipi, non sic tibi debes portum quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios sine remigi adiutorio patiaris in hoc mari magna & spatiosa cum timore naufragii fluctuare.)

(ζ Fra-

a Vid. l. in emptione, cum gloss. in verbo, refert D. de adil. edit. & gloss. in l. iustissime. cod. ris. b si sibi apud.

(*Et fraternitatem tuam & exhortamur attentius per a. s. m. q. illam vocem Davidicam imprecationis abhorrens, si- bique formidans eam per effectum operis adaptari, que dies operis impii paucos feri, ut & Episcopatum ejus accipiat alter, imprecatur.*)

(*Et illud quoque se debet fortius in ministrandi proposito stabilire, quod hactenus in Ecclesia sibi commissum laudabiliter ministraveris: siquidem (quod absit) alius se cedente minus utilis sumeres ad ipsum, profecto non parum ab ipsa quiete, quam appetis, turbaveris, cum tibi bene ministerium tuum exercueris, non absque dolore cerneret inuisilis ministerii defectum, fieretque ut sanctorum in contemplationis arte tibi deperisse cognosceres, quantum Ecclesia, cui præsides, non sine tua confusione, per se subtractum esse videres.*)

C A P. XI.

Episcopus, qui propter crimen renunciavit Episcopatus, & ad religionem transiit, ad Episcopatum reassumi non potest. Secus si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiam, simoniam ipso ignorante commissam, vel etiam similem causam.

Idem Innocent. III. a Episcopo Faventin. in Archiepisc. Ravennat. electo. (An. 1208. Roma in Emilia).

Post translationem b tuam ad Ecclesiam Ravennatensem, cum Præposito & Canonicis Faventin. in locum Canonicorum liberam eligendi auctoritatem unanimiter contulissent c, ipse d I. sancti Fridiani Lucanen. Canonicum olim Episcopum Sartan. e in Evantin. Episcopum postulandum elegit. Porro a sancti Fridiani Priore super hoc requisito & obtento consensu f, Præpositus & alii postulationem eandem approbari a nobis humiliter petierunt. Verum postulationi hujusmodi videbatur Concilii Constantinopolitani Capitulum obviare. in quo statutum est, ut quicumque de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam & poenitentiam locum descendit, nequaquam ulterius ad Pontificatum resurgat. Unde contra dictum Concilium (cum sit unum ex quatuor principalibus, quæ sicut quatuor Evangelia Ecclesia Catholica veneratur) nullatenus videbatur eorum g postulatio admittenda. §. 1. Caterum speciales quidam casus inveniuntur, in quibus (prædicto Concilio non obstante) is, qui vitam monachalem elegit, rursum licite potest ad Episcopatum assumi. Si enim quisquam persecutionis rabie læviente, vel præpediente invaliditate corporis, cum proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat, persecutionis vel ægritudinis impedimento cessante, ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem. §. 2. Item si quis propter literarum defectum (ne tanquam cæcus cæco ducatur h præbeat) locum regiminis auctoritate Apostolica deferendo, ad otium se contulerit monachale, ac per exercitium lectionis, scientiæ repererit margaritam, proculdubio poterit denuo vocatus a Domino, cathedram reascendere pastorem. §. 3. Rursum, si quis cupiditate parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit Episcopatum adeptus: & hoc comperto Episcopatum ipsum de licentia superioris dimittens, observantiam elegerit regularem: Et si ad Episcopatum eundem redire postmodum nequeat, juxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licite reassumi. §. 4. Quamquam autem in his & consimilibus casibus is, qui Episcopatu dimisso monasticam vitam elegit, resurgere valeat ad officium pasto-

rale, nihil tamen in his contra præscriptam a intelligitur Concilium attentari, quod in eo loquitur casu, cum propter aliquod crimen Episcopatum quis deserens, ad vitam monasticam poenitentiam causa descendit. Unde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supra dictum, cum quis pro crimine, de quo convictus fuerat, vel confessus, ab Episcopali dignitate depositus, in monasterio extitit ad poenitentiam agendam inclusus: vel cum aliquis propter grave crimen, pro quo Episcoporum retinens poenitentiam digne agere non valebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Alii assensibus, sic intelligendum esse Capitulum antedictum, ut per se resurgere nequeat, id est, repetere, quasi debitum, quod tali modo dimisit: quanquam eligi possit, præsertim, si locum tantum, & non ordinem resignavit. §. 5. Cum ergo nobis constare nequiverit, ob quam causam prædictus I. Episcopatus olim cesserit, mandamus, quatenus si tibi confiteris, quod propter aliquam ex præmissis causis, seu consimilibus, idem I. Episcopatus cesserit memorato, tu auctoritate nostra (dummodo necessitas, vel utilitas id exposcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimen Ecclesiæ Faventinensis, maxime si veritate subnititur, quod dictus I. loco tantummodo cesserit memorato, & non ordini, vel etiam dignitati b. Tunc enim esset vehementissime præsumendum, quod non propter crimen aliquod ab ipso commissum, sed causa poenitentiam ad vitam migraverit regularem: præsertim cum Apostolica sedes post cessionem multo minus quam antea, permisisset eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine ministrare: alioquin (cum datum nimis extiterit, contra tam solenne Concilium hujusmodi postulationem admittere) Præposito & Canonicis memoratis injugas, ut aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem.

C A P. XII.

Qui petit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.

Idem in Concilio generali. c. (An. 1215. Roma).

Quidam d cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta cedere præmittunt. Sed cum in postulatione hujusmodi, aut Ecclesiarum commoda, quibus præstant, aut salutem e videantur propriam attendisse (quorum neutrum suasionibus aliquorum querentium quæ sua sunt, seu etiam levitate f qualibet nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus compellendos.

C A P. XIII.

Non renunciat juri suo, qui gratia adversarii se submisit.

Honorius III. majoris Ecclesiæ Decano, & magistro R. Cantorii g sancti Dionysii Leodicensis.

(An. 1217. Roma in Belgium).

Veniens ad sedem Apostolicam I. Subdiaconus proposuit, quod cum bonæ memoriæ I. Papa p. n. Abbati de Emenico h, & majoris Ecclesiæ ac sancti Pauli Cantoribus Treverens. suis dederit literis in mandatis, ut si nihil canonicum obviaret, præbendam in Ecclesia sancti Florentini i in Confluentia, quam Jacobus Decanus ipsius Ecclesiæ resignavit, sublato appellationis obstaculo assignarent eidem: (& infra. α) Cumque judices Apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam se opposuerunt.

a al. Idem H. Episcopo in Archiepiscop. & c. b Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. c Vid. l. item. §. 1. D. quod cuiuscunq. un. & in auct. de quator. §. 1. collas. 7. d id est, Joachim. e aliter, Sarnatens. f l. obeas. C. de act. & obligat. g alit. eadem. h Vide text. in l. xi. cum gloss. in vers. venit. & ibi Bart. D. de decurion.

a Intellectus Concilii Constantinopolitani jubentis, ne a qui ex Episcopo Monachus factus est, ulterius Episcopus fiat. b Vid. l. jubemus. cum gloss. in verb. promissa. G. de sac. Eccl. c Lateran. cap. 28. d cap. 1. eod. tit. in 4. compil. e al. ant. ad salutem. f Vid. l. sed. c. 5. §. 2. D. ad L. Aquil. & l. 1. §. sciendum. D. de edil. edit. g al. Canonico. h Vinth Trecent. i al. Florini. al. Flarentens.

suerunt Canonici Ecclesiæ memorata, dicentes Subdiaconum antedictum renunciaſſe juri, quod ſibi ex ipſis literis competeſcit. Diſto igitur Subdiacono hoc negante, jam dicti Canonici ad hoc probandum teſtes aliquos produxerunt: per quos, cum videretur probatum, ipſum ſe gratiæ Capituli commiſſiſſe, duo Judices prædictorum ſententialiter decreverunt, eundem non poſſe uti literis ſupradictis, pro eo, quod idem adverſarii ſe gratiæ commiſiſſe, per quod viſus eſt renunciaſſe juri ſibi ex ipſis literis a competenti. A qua ſententia idem appellans, in *b* vigiliam Epiphaniæ terminum ſuæ appellationis præfixit. Ad quem c cum veniſſet P. de Colle medio, Capellanum noſtrum ſuper hoc ſibi conſeſſimus auditorem. Sed cum ejus adverſarius non acceſſerit, per duos meſes & amplius expectatus, nec ullus compareret pro eo ſufficiens reſponſalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum & impetrandum, eoram eodem comparuit: qui cum ad tractandum cauſam minus ſufficiens crederetur, idem auditor ſententiam prædictorum Judicum ſententialiter (juſtitia exigente) caſſavit. Noſ igitur ratam & firmam habemus Capellani ſententiam memorati.

(*α* Eodem l. literas ipſas prædicto Decano & aliis oſtendendo, idem Decanus de reſignatione ſorte ponens occultavit literas ſupradictas, deinde eisdem l. præſatis literis reſiſtiſis eas nominatis Judicibus, ut exequerentur mandatum Apoſt. præſentavit).

C A P. XIV.

Si Præſatus ab obedientia ſubditis abſolvit, non propter hoc Præſatura renunciat.

Idem Archiepiſcopo Treverſi.

L Ectæ coram d nobis f. t. literæ continebant, quod Abbas ſancti Petri & Tulleni tibi humiliter confeſſus, quod cum adeo gravi ægrotudine laboraret, quod de vita deſperaretur ipſius, ad cujuſdam æmuli ſui conſilium, de quo ipſe (cum non crederet eum æmulum) conſidebat, Monachos ſuos ab obedientia, in qua ſibi tenebantur, abſolvit, vocato diceceſano Epicoſcopo, ut Abbatiam in ejus manibus reſignaret: quod f. tamen uſus conſilio ſaniori non fecit: & eidem Abbati poſtmodum reſtituto ſanitati, univerſi & ſinguli de conventu obedientiam & reverentiam reſquiſiti ab eo, in Capitulo promiſerunt. g (*et infra. α*) Nos autem ex tali facto eundem Abbatem ſuo reſignatæ regimini non videmus.

(*α* Idem tamen ſuper eo, quod ſic fecerat, dubitans, a te, ut ſuper hoc ſaluti ſuæ conſuleres, poſtulavit: propter quod cum habito prudentium conſilio diverſi diverſa ſentirent, in noſtrum conſilium, an idem Abbas ex hoc reſignaverit, reſquiſiti).

C A P. XV.

Abbas exemptus, ſine licentia Papa renuciare non poteſt. (Gregorius IX. Agathenſi & Uſicenſi Epicoſcopis. h)

D ilecti filii Conventus monaſterii ſancti G. i immediate ad Rom. pertinentis Eccleſiam, intimaverunt, quod Abbas eorum ſentens ſe inſufficientem oneri regiminis Abbatia, ceſſit in manibus eorundem: ipſi k quoque G. Monachum ſancti Viſtoris elegerunt canonice in Abbatem: (*et infra. α*) Cum igitur dictus Abbas cedere ſine licentia noſtra nequiverit, non tam electionem,

quam ceſſionem prædictas decernentes irritas & inanes, mandamus, quatenus Abbatem ipſum loco ſuo reſtitui faciatis: quo integre reſtituto, vice noſtra recipiatis ceſſionem ipſius.

(*α* Supplices, ut eorum parcenſes laboribus & expenſis, electionem ipſorum faciamus in illis partibus confirmari).

TITULUS X.
DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA
PRÆLATORUM.

C A P. I.

Si Diæceſanus reſquiſitus benedicere nolit Ciſterciienſem Abbatem, ipſe Monachos ſuos benedicere poterit.

Alexander II. Ciſterciienſis. (An. 1169.

Roma).

S tatuimus præterea a, ut ſi Epicoſcopus tertio cum humilitate ac devotione (ſicut convenit) reſquiſitus, ſubſtitutos Abbates veſtros benedicere forte tenuerit: eiſdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium huiſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epicoſcopi ſuam duritiam recogitent b, & Abbates benedicere non recuſent.

C A P. II.

Regulares in ſuos uſus convertere non poſſunt Eccleſias, in quibus jur obrinent patronatus: & ſi intra tempus Lateranenſis Concilii, quando vacant, non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eaſdem.

Clemens III. c (An. 1190. Roma forte

in Scotiam).

S icut nobis d tua fraternitas intimavit, Monachi quidam & Canonici regulares, Eccleſias, quæ ad præſentationem eorum pertinent, in tuo Epicoſcopatu habentes, propriis uſibus deputare nituntur: nec volunt ad eas cum vacaverint, vocare perſonas: quin potius occasione conceſſionis quorundam Epicoſcoporum, Vicarios in eis pro ſua inſtituant & deſtituant voluntate, admiſſos ita penſionibus onerantes, quod nec Eccleſiis competenter poſſint in paupertate nimia deſervire e, nec Epicoſcopo in Epicoſcopalibus reſpondere, neque hoſpitalitatem (ſicut convenit) tranſeuntibus impertiri. Nolentes autem, ut ſtatus Eccleſiæ debitus & antiquus, per inſolentiam f alienjus ſubvertatur, mandamus, quatenus (niſi a juſtificatione tua exemptæ ſint Eccleſiæ ſupradictæ) prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare. Et niſi prædictæ perſonæ intra tempus g Lateranenſis Concilii conſtitutum, ad vacantes Eccleſias tibi perſonas idoneas præſentaverint, extunc tibi liceat (appellatione remota) eiſdem ordinare rectores, qui eis præſeſſe noverint, & prodeſſe, ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur.

C A P. III.

Supplet ſuperior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, ſi tempus Lateranenſis Concilii lapſum ſit: & collatio per inferiorum poſtea facta, non valet.

Innocentius III. (An. 1210. Roma in

Angliam).

L icet magiſter h H. & R. Procurator R. de ſancto i Cadimundo, ſuper Archidiaconatu Richemundia diutius litigaverint coram nobis: (*et infra. α*) Ne igitur jus noſtrum negligere videamur, qui alios in ſua juſtitia conſervemus: mandamus, quatenus ſi vobis

a Vid. l. ſi quis inſcribendo, cum ibi not. C. de paſt. b Diſtio, in, deſt in antiquis. c al. ad quam. d Hoc caput ſubſcribatur ſequenti, in antiq. e al. Appiculi, Ord. S. Ben. extra muros Tullenſes. f qui. g Vide l. quamvis. ff. de in jus voc. & l. ſi pænſaturis. ff. de divorc. h Falſo Gregorius IX. tribuitur, ſic autem reſtituenda eſt inſcriptio ex antiq. lib. Idem Agathenſi. & Nicen. Epicoſcopi. & Archidiacon. Agathenſi. i Vuillelmi de deſerſis. al. VV. al. Guillelmi de D fertis Ord. S. Bened. Diæceſis Lodovenſis. k In multis antiquis ita, ipſique G. Monachum S. Viſtoris ſibi elegerunt, &c.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. b Vide l. libertorum. §. 1. D. de iis qui not. inf. & l. chorus, §. 1. D. de leg. 3. c al. Cæleſtinus. d Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. e Gloſſ. in l. ſocietatem. ff. pro ſoc. & Bald. in l. acceptam. C. de uſur. f inſolentiam. g Conc. Lat. ſub Alex. III. cap. 2. Vide inf. de conceſſ. præb. cap. 11. h Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. i Edmundus.

vobis confiterit Archidiaconatum Richemundie vacasse per annum (tempore festivitatis, quo vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinebat, non a vocatione, sed a notitia computato) cum pro eo, quod Eboracensem Archiepiscopum alium superiorem non habet, ex tunc fuerat ad nos donatio devoluta, utriusque super eo silentium imponatis.

(*α* Tamen postmodum nostris est auribus insinatum, quod veneti eorum de jure competentes, utpote qui veneti fuerat concessus intra tempus in Lateranen. Concilio definitum).

C. A. P. IV.

Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsa tempore Lateranen. Concilii confusus, non valet collatio, nisi de misericordia tollatur.

Idem magistro P. de Castro novo, & R. Monacho Fontis frigidis, Apostolica sedis Legato. (An. 1210.

Roma in Galliam).

Literas vestras discretionis & accepimus, quod cum in quibusdam Ecclesiis legationi vestrae subiectis, quaedam beneficia & dignitates tanto tempore vacavissent, quod tam Prelati, quam Capitula secundum tenorem Lateranen. Concilii, essent jure instituendi privati: postquam adventus vester innovit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituisse presumpserunt: (& infra. *α*) Disc. v. mandamus, quatenus si beneficia & dignitates noveritis personis idoneis assignatas, eas de patientia permittatis ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas amovenas profusus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis quantumvis d. ordinare.

(*α* Unde cum repereritis consilium a viris peritis, ut tales institutiones ab his, quarum non intererat, & qui propria culpa jure instituendi se privaverant, factas, aut. Ap. cassaretis, in hoc nostrum prius decreveritis consilium habere. Nos igitur.)

C. A. P. V.

Is, ad quem primo loco spectat collatio beneficii, lapsa tempore Lateranen. Concilii, conferre non poterit.

Idem Episcopo Sano. e (1210. Roma in Hispaniam).

Dilecto filio P. tit. sancti Marcellini f. Presbytero Cardin. S. & R. procuratoribus dilectorum filiorum P. & G. apud sedem Apostolicam constitutis, auditore concessio: (et infra. *α*) Quia nobis constitit a Salamantino Decano & ejus sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, intra quod Episcopus & Capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procederent ad electionem Cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus irritam & inane: & appellationem a Decano & suis fautoribus interpositam, factam Archiepiscopi (ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta) nequivisse aliquatenus impedire. (et infra. *β*) Mandamus, quatenus nisi dicto G. aliquod canonicum objicit, electionem de ipso factam, sublato g. appellationis obstaculo confirmetis.

(*α* Idem S. proposuit coram eo, quod cum in Salamantina Ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum & ad Capitulum communiter pertinet, Cantoria vacante Salamantinum Capitulum, quia saepius Episcopum monuisset, ut ad celebrandam Cantoris electionem cum eo conveniret, eodem Episcopo infra semestre tempus facere id negligente, Capitulum cupiens uti jure suo in Ecclesia memorata Capitulum, sicut moris est, dil. fil. P. ejusdem loci Canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis praesudicium fieret appellando, quam suprad. S. aut. Ap. petiit confirmari, ac electionem, quam ven. f. n. Compostellanus

Archiepisc. post app. hujusmodi de G. Clerico multis criminibus innotuit, ac tunc temporis vinculo excammun. astrictus, fecerat, minus canonice celebratam cassari fecit. Dicitur vero R. proposuit ex adverso, quod emensa VI. mensium spatio, infra quod ad Episcopum & Capitulum Cantoris electio pertinebat, Decanus & quidam alii Salamant. Episcopo Archid. & nonnullis aliis Canonicis, qui praesentes aderant in civitate inconsultis, non consueta hora, nec in Capitulo iuxta morem, sed in Ecclesia potius quibusdam Laicis advocatis, sulis & inordinate nimis eligere presumpserunt, & cum iam dicti Archiepiscopi, qui eos propter hoc convenerat, adire praesentiam noluissent, ipse intelligens auctoritatem eligendi, iuxta Lateranen. Concil. statutum ad se devolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de Cantoria corporaliter investire. Postmodum autem Decanus & sui complicis nobis mentione de his non habita suggerendo, quod Episcopus qui monitus saepius infra sex menses eligere noluerat, in Ecclesia derisum, eo, qui in Cantorem ad eodem Decano cum majore parte Capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem ad Decanum Archid. & Archiepisc. Abalam. nostras literas impetravit, quantum auctoritas. cum suprad. G. eidem inhibuit, ne per praedictas literas procederent contra eum, cum in eisdem de sua electione facta per Archiepiscopum nulla mentio haberetur, & tum propter hoc, tum quia prima citatio ad loca remota, potestatis citatus extiterat, tum etiam quia iudices quosdam ex electoribus d. p. consanguinitatis linea contingebant, ad sed. Ap. appellarent, sed Iudices nihilominus ad Salamantiam Ecclesiam accedentes, suprad. in Cantoria possessionem causa rei servanda, contra justitiam induxerunt. Cum igitur super his & aliis coram eodem Cardinali procuratore Episcopi aliquandiu litigassent, & ipse nobis fideliter resulisset, qua proposita fuerant coram ipso).

(*β* Quia vero contra personam ipsius G. quadam objectione fuerant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides).

TITULUS XI. DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE & ORDINANDORUM.

CAPUT I.

Diebus Dominicis, & Sabbato Pentecostes, sacri ordines ab alio, quam a Papa conferri non debent.

Alexander III. (Baton.) Episcopo. h. (An. 1163.

Roma in Angliam).

Subdiaconos c. autem nulli, nisi Romano Pontifici liceat diebus dominicis ordinare. Quamvis consecrandi Deo dicatas virgines, & minores ordines hic diebus habeat licentiam celebrandi. Sabbato quidem pentecostes non liceat alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta Spiritus Sancti gratia) celebrentur.

C. A. P. II.

Non valet consuetudo, quod extra statuta tempora sacri ordines conferantur.

Idem Episcopo Hersfordensi. d. (An. 1165.

Roma in Angliam).

Sane super eo, quod moris esse dixisti in Ecclesiis quibusdam Scotiae, & Valliae, in dedicationibus Ecclesiarum vel altarium, extra jejania quatuor temporum, Clericos ad sacros ordines promovere: Significamus, quod consuetudo illa (utpote institutioni Ecclesiasticae inimica) est penitus improbanda: & nisi multitudo & antiqua consuetudo terrae esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare.

a al. devotionis. Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. b sub Alex. III. cap. 28. c al. easdem. d al. quanto citius. e al. Zamorensi. & Abbati de Merceta Zamorensi Diocesis. f in multis antiquis, Marcelli. g al. submoza.

a al. & ordine proficiendorum. b al. Londouens. al. Bonon. al. Arth. c cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Post Const. Later. sub Alex. III. p. 26. c. 23. d al. Hersfordensi. e in vel. legitur, Gallia. verum Vuallia provincia nomen in Britannia vid. cap. 5. De app. in 3. cell.

dicare: nam apud nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

C A P. III.

Minores ordines conferri possunt diebus festis. Sacri vero conferri debent in quatuor Temporibus, vel Sabbato sancto, vel Sabbato de passione.

Idem Alex. III. (an. 1168. Roma in Angliam.)

DE a eo autem, quod quaesivisti, an liceat extra jejunia quatuor Temporum aliquos in Offitios b, Lectores, Exorcistas, vel Acolythos, aut etiam Subdiaconos promovere: Taliter respond. quod licitum est Episcopis, dominicis & aliis festivis diebus, unum aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor Temporibus, aut Sabbato sancto, vel in Sabbato ante dominicam de passione, nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

C A P. IV.

Criminosus occultus moneri potest, ne promoveatur ad ordines: sed prohiberi debet.

Idem c (an. 1170. Roma in Lusium.)

EX tenore tuarum literarum d accepimus, quod N. Clericus adeo deliquit, quod si peccatum ejus esset publicum, degradaretur e ab ordine, quem suscepto, & amplius non posset ad superiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipsius fore occultum dixisti, mandamus, quatenus poenitentiam ei condignam imponas, & suadeas, ut parte poenitentia peracta, ordine suscepto utatur: quo contentus existens, ad superiores amplius non ascendat. Veruntamen quia peccatum occultum fuit, si promovetur voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

C A P. V.

Religiosus contra prohibitionem Prælati sui ordinari non debet.

Lucius III. Archiepisc. g Turonensi. (an. 1183.

Roma in Galliam.)

AD aures b nostras pervenit, quod religiosi quidam ad superiores desiderant ordines promoveri, sed Prælatum desiderii contradicunt. Tuæ igitur quaestioni taliter respond. quod honestius & tutius est subiectis debitam præpositi obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservite, quam cum præpositorum scandalo, gradum appetere dignitatem: nec est in hac parte subiectorum desiderium conservandum: quoniam esse potest, quod Prælati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quod salva conscientia nequeant sublimari: quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine & charitatis, acquiritur regnum dei.

C A P. VI.

Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur. Suffraganeus vero a tribus, Metropolitanano subente.

Idem. h

SI Archiepiscopus l obierit, & alter fuerit ordinandus, omnes Episcopi ejusdem provincie ad sedem Metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordine

tur. Reliqui vero comprovinciales Episcopi (si necesse fuerit) ceteris consentientibus, a tribus jussu Archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter Pontificem consecraverint.

C A P. VII.

Dicit idem quod in precedenti.

Ex Concil. Arelatensi. a (an. 452. in Gallia.)

Nec Episcopi sine Metropolitanis permisso, nec Metropolitanus sine tribus (vel duobus) Episcopis comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare, ita ut alii Episcopi comprovinciales admonerentur epistolis, ut se suo responso significant consensisse. Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus in electione consentiat.

C A P. VIII.

Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo, & ordinans puniatur.

Urbanus III. Archiepiscopo Pisano. (an. 1186.

Verona in Tuscaniam.)

Cum quidam: (& infra.) Episcopum, qui die, quo non debuit, ordines celebravit, canonica disciplina corrigere, & ordinatos a susceptis ordinibus ramdiu reddeere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

C A P. IX.

Græci a Latinis ordinari non debent: nec e contra, si in ritu ordinandi sunt diversi.

Cælestinus III. Hydronensi b Archiepiscopo.

(an. 1195. Roma in Calabriam.)

Cum secundum c regulas Ecclesiasticas: (& infra. α) Quia vero (sicut dicitur) in partibus Calabriae Latini a Græcis, & Græci a Latinis secundum alterutrum institutionis observantiam ordinantur, nolimus de cetero commixtiones & consuetudines rituum in ordinibus observari.

(α Et sanctorum instituta Pontificum sacri sunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Græci Episcopi ritus sui & consuetudinis observantiam in Latinis Clericos exercentes, eos ad sacros ordines passim provehunt, qui non sunt præterquam in IV. Temporibus conferendi. Sane sicut presentium laboris Jo. relatione cognovimus, cum ipse in quodam domino, cui ipse servierat, & ut in capella sua divina officia celebraret, cuidam Græco Episcopo foret presentatus, idem Episcopus Carthamen. eum in Sacerdotem promovit, quem postmodum diacon. Episcopus ab executione officii vel suscepti ordinis credidit suspendendum: qua utique consuetudo consuetudini Ecclesiastica inimica & detestabilis est & penitus improbanda, et nisi multitudo, et antiqua consuetudo esset in causa, sic ordinari non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare: nam apud nos si e ordinari deponerentur, et ordinantes auctoritate ordinandi de censura canonum privarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum observantia notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, utrum consuetudo sic se habeat.)

C A P. X.

Si Monachus unius ordinis, in secundo ordine, ad quem transiit, recipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere ministrabit.

Innocentius III. Abbati es Conventui Cariloci. d

(an. 1198. Roma in Galliam.)

EX parte e vestra, nostro fuit Apollolatu referatum, quod quidam Monachus vester, se ad nigros Monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad Sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus. Unde quia dubi-

a Conc. Arelat. 2. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. Ivo p. 5. c. 238. et c. 4. tit. de elect. in 1. comp. et concord. Concil. Nicenum c. 4. distinct. 64. can. 1. 7. et 8. apud Gras. bal. Hydron. tin. c. Bap 1. eod. tit. in 2. compil. d al. Rariloci. c. Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.

a Post Conc. Later. sub Alex. III. part. 26. c. 25. & cap. 3. eod. tit. in 1. compil. b Vide Magistr. sens. lib. 4. dist. 54. Adde Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 2. e. VV. Albanen. Episcop. in prima collectione. d Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 3. & c. 5. eod. tit. in 1. comp. e Alias ita: a iam suscepto ordine degradaretur. f Adde, quando dicatur peccatum occultum & quando manifestum, in l. cum fratrem. per Bald. c. de his quibus ut indign. g al. Turonensi Archid. B. al. Senonensi. h Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 26. c. 22. & c. 4. eod. tit. in 1. compil. i al. plenitudine. k Burchard. l. 1. c. 28. tribuit Antico, ut Pann. l. 3. tit. 2. c. 3. Al. Aniceto, ut Ivo p. 5. c. 139. Decr. l. Vide Anacle. Pap. epist. 2. & Gras. dist. 64. c. 4. & dist. 66. c. 1. & 2. canon. Apostol. & c. 9. in 1. compil. tit. de elect.

dubitatis, utrum in assumpto taliter ordine ministrare debeat: Mandamus, quatenus (nisi canonicum aliud obviet) ipsum Monachum, officium Sacerdotis libere exequi permittatis.

C A P. XI.

Si Græcus Episcopo Latino subiectus ordinatur sine Latini licentia a Græco, interdicatur sibi executio: Si vero de licentia, tunc toleratur.

Idem C. Presbytero a Cardinali, Apostol. sed. Legato. (an. 1202. Roma in Siciliam.)

Quod h translationem Pontificis: (et infra. a) Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum Græcus Græcus, Episcopo Latino subiectus, a Græco Pontifice ordinatur: nisi de mandato vel licentia sui Episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno Pontifice, sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato. Si vero de mandato vel licentia sui Præsulis, a Græco Pontifice, secundum morem Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos a Græco facit Antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

(a Super eo vero. quod nos consulere voluisti, quod multis Græcorum Clerici consistentes in diocesis Latinorum ab Episcopo Græco non in quatuor Temporibus, interserunt omnes ordines simul, nonnunquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur a Latinis Episcopis celebrare.)

C A P. XII.

Ordinatus a Papa, sine licentia Papæ, ad superiores ordines non promovetur.

Idem Musineri Episcopo. c (an. 1202.)

Cum d in distribuendis: (et infra.) Meminimus a nobis fuisse suppliciter et postulatum, & clementer indultum, ut quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandarem ipsum per Bonopientem Episcopum promoveri.

C A P. XIII.

Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuato jejuniis.

Idem eidem et Magistro F. H. Subdiacono nostro (an. 1202. Roma in Emiliam.)

Literas vestras g recipimus super inordinata ordinatione imolensis electi, quem Bonon. Episcopus præcedenti Sabbato in Diaconum, & sequenti die Dominico (continuato jejuniis) in Presbyterum ordinavit. In quo, quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui pruden- ter attendit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum ordinem uno die, & alium altero, (jejuniis continuato) conferri: cum propter continuationem jejuniis fictione canonica, sive mane dici Dominicæ trahatur ad Sabbathum, sive vespera Sabbathi ad diem Dominicam referatur, profecto mane cum vespera, seu vespera cum mane, ad eundem diem pertinere dicitur k. Nam si quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, mane ad unum diem, & vespera referatur ad alium, cur esse continuatio jejuniis necessaria, cum & Sabbatho ante cœnam, & Dominica ante prandium intelligatur esse jejuniis?

Præfatum itaque Bonon. Episcopum (ut puniatur, in quo deliquit) a collatione ordinum, Diaconi scilicet &

Presbyterii, alterum vero ab executione officii Sacerdotalis tandiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.

C A P. XIV.

Ordinatus puerum tredecim annorum in Diaconum, suspenditur a collatione ordinum: et ordinatus ab ipsius executione usque ad aetatem legitimam.

Honorius III. Episcopo & Archidiacono Legion.

(an. 1220. Roma in Hispaniam.)

Vel non est compos a sui Episcopo Conventren. vel nimis videtur a se scientiam repulisse, qui M. puerum latorem præsentium adhuc XIII. b annorum contra sacrorum canonum instituta, inordinate in Diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis Clericalis: (et infra. c) Dignitati vestræ mandamus, quatenus si rem inveneritis ita esse, prædictum Episcopum a collatione ordinum suspendentem, ipsum ut eidem M. quem ab executione officii Diaconi c usque ad aetatem legitimam in injuriam suspendimus ordinantis, provideat in Ecclesiastico beneficio competenti, per centuriam Ecclesiasticam compellat.

(a Quod usque si nobis plene constaret, quantumcumque sumus promiores ad veniam, quam ad debitam ultionem, taliter hoc castigarem in ipso, quod ex pana cu'panosoria redderetur, & revelata ejus ignominia efficeret alios in similibus cautes. Nolentes autem hoc relinquere indiffusum.)

C A P. XV.

Episcopus conferens eidem una die plures sacros ordines, etiamsi de mandato Metropolitanis hoc fecerit, ab ordinandis potestate suspenditur.

Idem Leon. d et Cal. Abb. (an. 1210.)

Dilectus e filius f G. Humilien. Canonicus, nostro dudum Apostolatus referavit, quod Humilien. g Ecclesiæ suo viduata pastore, Canonici ipsum unanimiter elegerunt: qui cum esset citra sacros ordines constitutus, Archiepiscopo h Castalen. Metropolitanus eorum Episcopo Trecent. mandavit, ut cum uno & eodem die ad tres sacros ordines promoveret: quod ille (non aucto proprio, sed i ipsius Archiepiscopi mandato) perfecit. Cum ego nobis constitisset prædictum Episcopum in pluribus deliquisset, tum quia sine mandato Archiepiscopi (ut ipse confessus extitit) ad hujusmodi ordinationem inordinate processisset: tum quia si de mandato Archiepiscopi constaret, cum illi hujusmodi dispensatio a canone minime sit permissa, ipsi obtemperare non debuit in hac parte: tum etiam quia reatum perjurii sæpius variavit, jurando prius, quod Archiepiscopus id præceperat, & postea, quod illud non mandaverat in iudicio confitendo: ipsum tandiu ab ordinandis suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere.

C A P. XVI.

Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, et post penitentiam cum eo dispensat Episcopus.

Gregorius IX. Archiepiscopo Baranen. (an. 1228. Roma in Apuliam.)

Consultationi tuæ taliter respond. quod eos, quod extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi (primo eis penitentia imposita competenti) sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare.

C A P. XVII.

Occultus criminosus, præter homicidam, post penitentiam

a Idem C. titulo S. Laurentii Presbytero, etc. ut est in 3. comp. et in c. sup. de usu et auctor. pall. b Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c et Magistro Uberto, ut est in 3. compil. d C. 4. eod. tit. in 3. compil. e humiliter. i Huberto Canon. Modicensi. al. H. Theologo nostro, Modicensi. Canonico. g Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. h Alisira: et alium in alio. i Vide Gloss. l. r. in verbo, separasim D. de usufr. acc. et Instit. de leg. §. f. eadem. in glo. k Vide l. Titius. & ibi Bart. ff. de lib. & post h. & in l. hac verba. ff. de verb. signifi.

a Nota ex hoc textu, quod per opera alicujus cognoscitur discretio mensis ejusdem b ver. XII. Cal. Diaconatus. d al. Leonens. & Salabriens. Abb. al. Leon. & Salebriens. Abb. Al. Leonem. et Sal. Abb. Al. de Leon. et Sabbar. Abbatibus. e Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. f omnes fere manus e. isa habent. g VV. Imolicens. al. Imilis. h Caiuensis. i C. Barb. isa: sed ipsius Archiep. ut ipse confessus, extitit mandata.

viam in susceptis ministrat, & ad superiores ascendit, ante penitentiam monetur, uterque in susceptis non ministrat.

Idem (an. 1229. Roma.)

Quæritur et de Sacerdotibus, vel aliis Clericis, qui per a reatu adulterii, perjurii, homicidii, vel falsi testimonii, bonum conscientie recte perdidissent: (et infra.) Respondemus, quod si proposita crimina ordine iudicatio, comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent hi (præter b reos homicidii) post penitentiam e in jam susceptis, vel suscipiendis, ordinibus impediri: qui si non penituerint, monendi sunt, & sub interminatione divini iudicii obtestandi, ut in testimonium suæ damnationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

TITULUS XII.

DE SCRUTINIO IN ORDINE FACIENDO.

CAP. UNIC.

Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non novit illum indignum.

Innocentius III. (an. 1206. Roma in Hispaniam.)

EX parte tua fuit propositum: (et infra. α.) F. t. resp. quod cum aliquem in Diaconum vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum, qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc Diaconum vel Subdiaconum, ad onus Presbyteratus vel Diaconatus assumi: & nobis interrogantibus, si eum cognoverit esse dignum, idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit, & testificatur illum ad huiusmodi onus officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccate non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur f. quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit: cum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat æstimare. Huiusmodi ergo responsione secute uti poteris, nisi forte de indignitate tibi confiteri consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoveris: Metropolitanum (priusquam ad huiusmodi scrutinium veniat) secreto fideles nunciare, vel intimare g: quamvis nos interrogationem huiusmodi non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione Diaconi vel Presbyteri faciamus.

(α Quæstivisti præterea per sed. Ap. edoceri, cum Episcopi ad consecrationes Episcoporum ab Archiepiscopo vel etiam ab alio evocentur, et ipsi electum Metropolitanum offerant consecrandum, dicentes: Reverende pater, postulat sancta mater Ecclesia hunc electum in Episcopum consecrari, et interrogante Archiepiscopo si scians illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt et credunt pariter esse dignum et se in responsione huiusmodi, ne offenderes hominem, dum existimes offendisse, quandoque propter, quandoque contra conscientiam respondens, cum electi conversatio aut minus tibi cognita aut penitus ignota, qualiter in huiusmodi i. interrogantibus salva conscientia valeas respondere. Ad quod.)

TITULUS XIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPISCOPATUI. b

CAPUT I.

Episcopus, qui renunciavit loco tantum, invisatus conferre potest ordines, sicut prius. Si vero & dignitati, eum

ordinato pro eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus suus, cum ordinato vero scierit ad sacros, non dispensat.

Alexander III. Toletano. (α. Toletano Archiepiscopo.)

Requiritur a a nobis tua fraternitas, utrum Clerici, qui post renunciationem b factam a prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere: (et infra. α.) Respondemus igitur distinguendo, utrum renuntiaverit loco tantum, an loco simul & dignitati. Nam in primo casu ordines (sicut antea) rogatus ab Episcopo aliquo, poterit de ratione conferre. In secundo vero casu, distinguendum putamus, utrum sacros contulerit, an minores. Si enim a tali ordine usque ad Subdiacon. aliquis acceperit, quia & huiusmodi ordines a non Episcopis quodcumque conferuntur, & in illis deservire poterit, & ad majores (si idoneus fuerit) promovetur. Sane si ab eodem sacros ordines scierit quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officii non habebit, ubi autem non scierit d, poterit (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare.

(α Aut ad majores de iure canonum promoveri. Nos igitur, quia nobis non plenarie de veritate constat, non possumus tibi super hoc breviter respondere.)

CAP. II.

Breve est.

Gregorius IX. (an. 1228. Roma.)

Cum Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit Episcopus dispensari.

TITULUS XIV.

DE ÆTATE, ET QUALITATE, ET ORDINE PRÆFECTORUM.

CAP. I.

Non summatas.

Ex Concilio Pictaviensi. c. decrevit. (an. 1078. in Gallia.)

UT Abbates f, Decani & Præpositi, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent, Diaconi: qui vero Archipresbyteratus, Presbyteri fiant, ut amittant honorem. Quod si aliqua iusta causa prohibente, Presbyteri aut Diaconi esse non potuerint, prælationes amittant.

CAP. II.

Ecclesia dispensative minori concessa, non per Laicos, sed per Clericos regi debet, donec ille perveniat ad ætatem.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo. (an. 1269.

Roma in Angliam.)

EX g ratione: (et infra. α) Accepimus autem, quod b Conventum Episcopus, pueris, qui sunt intra decennium constituti, in Archidiaconatu R. Archidiaconi Cisterciensis Ecclesias plures concessit, quæ non per Clericos, sed per Laicos disponuntur. Unde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari: mandamus, quatenus prædictum Episcopum super his corripas, & Clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum Ecclesiarum, donec prædicti pueri ad congruam veniant ætatem (Laicis amotis) committas. Eidem Episcopo prohibens, ne de cætero Ecclesias, nisi pœnionis, quæ ætatem & scientiam habeant, regendas concedat. Quod si secus egerit, ei debitam pœnam infligens, institutionem & concessionem ipsius, omnino & viribus carere decernas.

(α Tibi

a al. propter. b Gloss. in §. homicidium. in authent. de fac. iuram. firm. coll. 10. c al. ita: post penitentiam injunctam. d al. in ordinibus. ec. 1. de ser. fac. in 3. compil. f Vi. de l. presenti. cum not. C. de his, qui ad Eccl. confug. g In omnib. manuscr. desunt hæc 2. verba: vel intimare. h In nonnullis antiquis ita: resignavit Episcopatum: & in multis habetur ita hic tit. De ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, vel excommunicato.

Jur. Canon. Tom. II.

a Post Conc. Later. sub Alex. II. pars. 26. c. 18. & c. un. eod. tit. in 1. compil. b al. resignationem in uno. c In C. Barb. sacros. ordines, &c. d Vid. l. indebiti: c. de cond. indebiti. l. sed et si quis. §. fin. ff. si quis caution. e Al. qualitate ordinandorum et ordine, etc. f Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. g Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Later. sub Alex. III. p. 25. c. 1. h Eboracensis. i Cisterciensis. k In quibusdam impressis legitur, omnibus: sed in manuscr. omnino.

(*α* *Tibi commissa dignitatis, & consideratione legationis, ad universas Ecclesias tua legationis, aciem sollicitudinis tuae extendere debes: & quae enormiter seu contra iustitiam facta fuerint, pastorali cura corrigere & emendare, quatenus de commissis omnibus coram patrisfamilias plenam reddere valeas rationem, & tibi pro labore & sollicitudine tua merces copiosa cumuletur in calis.*)

C A P. III.

Regimen Ecclesiae minori XIV. annis committi non debet. Idem Alex. III. Cantuarien. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis. (an. 1170.)

Indecorum a est, ut hi debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare se ipsos: cum ad Ecclesiarum regimen tales personae sint admittendae, quae discretionem praemineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut parvulis Ecclesiae regimen committatur: mandamus, quatenus nemine intra annum XIV. consueto, personatum cujuslibet Ecclesiae concedere praesumat: Scituri pro certo, quod si contraire praesumpserit, quod inde fecerit, iritabimus, & inobedientiam vestram graviter puniamus.

C A P. IV.

Ad regimen Ecclesiarum non debet institui indignus scientia, moribus, vel aetate: & qui habet duas Ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsistat.

Idem (an. 1180. Roma in Galliam. Tornacensi Episcopo.)

Eam te decet: (& infra. *α*) Arcius inhihemus, ne personas, quae in Ecclesiis Episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandae, in ipsis instituas, nec aliqua occasione, vel etiam literarum nostrarum obtentu institui patiaris, quae scientia, moribus, & aetate, Concilii non congruat institutis. Sed etiam habentes plures Ecclesias, quae ex una pendeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad unam ipsarum, quam maluerint, dimittendam, nisi ita fuerint tenues in substantia, quod proprios Sacerdotes non possint convenienter alere d.

(*α* *In ordinandis Ecclesiis tuae diocesis curam habere, ne nullus in eis contra decreta quae in Lateran. Conc. edidimus, vel etiam contra antiquos sacrorum canonum sanctiones Clericus ordinetur, sed tales in ipsis satagas ponere, qui commissi sibi gregis curam commode gerere possint, & exemplo boni operis ad virtutes alios invitent. Indo est, quod praesentibus literis tibi.*)

C A P. V.

Is qui nondum est in sacris, si alius est idoneus, ad regimen parochialis Ecclesiae dispensative potest assumi.

Idem e Roma in Liguriam Lexoviensi Episcopo.

Praeterea si licet ad regimen parochialis Ecclesiae non debeat aliquis, nisi Subdiaconus sit ad minus, admitti: Dispensative tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi. h Dum tamen tales sint, quod infra breve tempus possint in Presbyteros ordinari.

C A P. VI.

Propter necessitatem & utilitatem Ecclesiae, compelluntur Clerici ipsius recipere ordines, suis beneficiis non annexos. Idem 1180. k (Roma.)

Ovaris a nobis, quid agendum sit de Clericis tuz jurisdictioni commissis, qui cum beneficiis Ecclesiasticis multis abundant, a te commoniti nolunt ad maiores in ordines promoveri, sed tale n quid secreto com-

missis dicentes, quod eos salva conscientia ordinari non sint. Cum igitur super hoc casu videantur facti canonis discordare (cum quidam dicant eos minime compellendos, alii vero contrarium a asseverent) omnis contrarietatis vinculum praesenti pagina enodamus. Statuentes, ut si praedicti Clerici perceptione majorum ordinum propter occulta sua peccata te indignos esse farentur, inferiores in Ecclesia, quorum vita probabilis praesentium eidem. Et nisi forte illi, qui ordinari pro jam dicta causa recusant, in alijs Ecclesijs servitijs valde utiles fuerint, auferantur eis beneficia, & alijs canonice conferantur. Quod si pro solv voluntate renuerint ordinari, & fuerit utilitas Ecclesiae aut necessitas, ipsos (dummodo idonei sint) ad majores ordines recipiendos, per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem appellatione cessante compellas.

C A P. VII.

Eventus mortalitatis infirmi, non impedit promoveri ejus Medicum peritum, sollicitum, & traditiones artis observantem.

Clemens III. R. Colon. Canonico. b (an. 1189. Roma.)

Ad aures nostras te significante pervenit, quod cum d in arte Physica eruditus sis, pluribus juxta ipsius artis traditionem exhibuisti cum diligentia Medicinam, licet pluries in contrarium successerit: & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculum incurserant: Verum quia ad sacros ordines, desideras promoveri, super eo nos consulere voluisti. Tibi breviter respondet, quod si super praemissis conscientia tua te remordeat, ad majores ordines de nostro consilio non ascendas.

C A P. VIII.

Qui steterit per annum in suspensione, privatur beneficio, quod prius habebat, & quod interim acquisivit.

Calixtus III. (an. 1195. Roma in Apuliam.)

Cum bonae memoriae Clemens Papa praed. n. I. Bucarum, & quosdam alios Baran. Clericos vocavisset, ut ad praesentiam ipsius accederent, H. Archid. suo, quem graviter laeserat, responsuri: quia venire juxta mandatum Apostolicum contemserunt, in eos fecit sententiam suspensionis promulgari: in quadriennio firmamentes, quidam ex ipsis suspensi, aliud beneficium Ecclesiasticum sunt adepti. Et quia utrum beneficia sic recepta possint rationabiliter retinere, nos consulere voluisti: respondemus, quod non licet eis illa, quae habuerunt beneficia, vel quae postmodum sunt adepti aliquatenus retinere. Unde Baranen. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apostolico g, beneficiis quae habent, non disse- rat spoliare.

C A P. IX.

Subdiaconus in Episcopum eligi potest.

Innocentius III. Mutinensi Episcopo. (an. 1207. Roma in Amilian.)

A multis multoties, an Subdiaconus in Episcopum eligi valeat, hastratur. Siquidem Urbanus Papa primus. b decrevit, ut nullus in Episcopum, nisi in sacris ordinibus religiose vivens inventus fuerit, eligatur: sacros, inquit, ordines Diaconatum dicimus, & Presbyteratum: hos siquidem solos, primitiva Ecclesia legitur habuisse.

a Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. post Conc. Lateran. part. 35. c. 2. Vid. cap. 3. de judic. in 6. Can. 6. Synod. Londin. an. 1150. sub Eugen. b Vid. l. omnes. c. de his qui ven. ar. impe. & in l. fin. c. de jurisd. om. jud. c. Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. d In antiquis legitur, habere. e al. Exoniens. Episcopo. f Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. g al. presbyteratum. h al. admissi. i al. qui. k Brigien. Episcopo. al. Bragan. l multum, in omnibus manuscrip. m al. sacros. n Ut verbi gratia, homagium, vel simoniam in ord.

a al. asseverant. b al. Cantori. R. al. Canonico Cremonensi. Vid. Neubrig. p. 135. c Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. d In antiquis exemplar. ita: quod in archiepi. et. plurib. juxta ipsius artis traditiones, &c. e Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. f factum narrat, quia idem si per annum. Joann. Andr. g Vide l. 1. Si quis dec. non obr. & l. 1. ff. de post. 30. dist. c. si quis extra. h Extat dist. 60. cap. nullus in Episc. vld. Pann. lib. 3. tit. de elect. sum. Pontif. c. 5.

buiffe. Subdiaconos vero (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in Episcopos eligi, si tamen a præclare scientiæ, ac religionis existant, quod ipsum non sine Romani Pontificis vel Metropolitanæ licentiæ fieri permitimus. In quibus verbis innuitur, quod Urbanus statutum primitivæ Ecclesiæ se referens (in quo Subdiaconatus ordo sacer minime dicebatur) instituit, ut de Subdiacono (nisi utilitatis causa, & tunc etiam nisi de permissione Metropolitanæ, vel Romani Pontificis) non posset electio celebrari. §. 1. Verum cum hodie Subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Urbanus Papa II. sub his verbis expressit: Erubescant impii, & intelligent iudicio Spiritus Sancti eos, qui in sacris ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu, sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ac omni coronandæ graduum dignitate. Et iterum: c. Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis existat, & qui usque ad Subdiaconatum unicam, & virginem habuerit uxorem. Et ad similitudinem Diaconi & Presbyteri Subdiaconus debet continentiam observare; sicut & in sexta Synodo constitutum est: ut e si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptialis iure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat. Et beatus Gregorius statuisse legitur, ut nullum facere Subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se caste victurum promiserit. §. 2. Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statimus, ut Subdiaconus in Episcopum valeat libere eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos.

C A P. X.

Irregularis, & in minoribus potest dispensatione in Abbatem institui.

Idem Innoc. III. tit. S. Crucis Presbytero Cardinali. (an. 1208. Roma in Bulgariam.)

TUAM in Domino diligentiam commendamus h, quam super monasterio sancti Quirini reformando digno fueris adhibere: Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea melius providere, tu Monachum illum, quem literis tuis de honestate ac industria commendasti, per quem status ejusdem loci creditur reformandus; (nullum prolixus habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam Laici faciebant, sed ex tuæ duntaxat provisionis officio) instituas in Abbatem: ita videlicet, quod ad sacros ordines non ascendat: cum instante necessitate articulo possit in Abbatem assumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus, & Laici memorati non sint consanguinitate, vel affinitate conjuncti Monacho memorato, ut ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

C A P. XI.

Abbas, si est Presbyter, & est benedictus, conferre potest ordinem clericalem.

Idem Rothomagen. Archiepiscopo. (an. 1210. Roma in Galliam.)

CUM contingat h interdum, quod Laici ad Monasteria convolantes, a suis Abbatibus tonsentur: requisisti, an Clericatus ordo in tonsura hujusmodi confectur? Super quo tibi respond. quod cum in 7. Synodo sit statutum I, ut Lectores per manus impositionem licentiæ sit unicuique Abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab Episcopo (secundum

morem præficiendorum Abbatum) manus impositio facta noscatur, & constat eum existere Sacerdotem: per primam tonsuram, juxta formam Ecclesiæ datam, a talibus clericalis ordo confectur.

C A P. XII.

Si canonicus regularis factus Monachus, iuxta de causa ad canonicam reversus, ibi postea præficiatur, licet teneat prioris prælaturam.

Idem. (an. 1210. Roma in Galliam.)

INTELLEXIMUS a, quod cum in monasterio tuo fueris laudabiliter conversatus, ad monasterium sancti Innocentii & talis ordinis accessisti: ubi cum aliquandiu in ipso ordine permansisses, demum ad cor reversus de Metropolitanæ & aliorum consilio ad primam domum redire curasti, in qua tandem sub regularis observantiæ disciplina taliter Deo & hominibus placuisti, quod per tuorum exigentiam meritorum fratres tui præceperunt te unanimiter in Abbatem. Ne igitur occasione moræ, quam in præscripto monasterio contraxisti (quasi conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendentes, quod cautum est in canone, b ne quis Canonicus regularis, nisi forte publice lapsus sit (quod absit) efficiatur Monachus: & si factus fuerit, ad Canonicatus ordinem revertatur, ultimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus: Discretionis tuæ e mandamus, quatenus circa curam tibi commissam, sollicitudinem exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare prioribus, quod dignum a Deo possis meritum expectare.

a Innocentii V. C. Vincentii Laudonensis nigri: vel Vincentii Laudonensis Ordinis S. Augustini.)

C A P. XIII.

Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium.

Idem. (an. 1224. Roma in Hispaniam.)

ACCEPIMUS d, te nostris auribus intimante, quod quidam Clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad Ecclesiæ Bracaren. super beneficiis obtinendis infestant: (& infra. a) §. 1. Licet igitur in ordinationibus Clericorum illam tuæ prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, ut minus idonei ordinarentur a vobis, ac ideo post promotionem eorum exceptionem non poteris præterdere contra illos, nisi forte postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabundanti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris apponi, ut si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & Ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficium tribuatur: cum & si tecum de jure agere vellemus, te possemus merito ad provisionem eorum compellere, quos a te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eo præsertim quod ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti. Unde graviter sustinere non debes, sed nobis potius devotè inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad provisionem eorum te compellere velimus. §. 2. Mandamus igitur, quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi, in majori Ecclesiæ, vel aliis Ecclesiis diocesis Bracaren. providere non tardes. e Exceptiones autem, si quas contra tales proposueris, præcipimus audiendas.

(a Quibus etiam de curiis reditibus Ecclesiæ tuæ tunc com-

a Spectata. b Refertur etiam in Pann. l. 3. tit. de cont. Cler. cap. 103. c 32. dist. cap. nemo. & Pannor. ibid. cap. 104. d 32. dist. si quis eorum. e Cap. 6. & Pann. ibid. fl. 1. epist. 42. ad Petrum Subdiaconum Sicilia g Vide 32. dist. ante triennium, & l. secundam, cum not. per Barr. §. cum placuisset. de origine juris. h in antiq. commendantes. i al. informandus. k c. 1. cod. tit. in 4. comp. l. dist. 69. quoniam.

a Cap. 2. cod. tit. de qualitate ord. in 4. compil. b 19. q. 3. mandamus. c In Cod. Barb. ita: Discret. tuæ taliter respondeamus, quod circa, &c. d Cap. 3. cod. tit. de qualitate ord. in 4. comp. e Videt. si cui suadus. ff. de fun. instrum. & l. illi cum illo. ff. de usufr. leg.

commode ministrare non posses, praesertim cum mandemus eisdem in Ecclesia provideri, qui nec meritis, neque scientia, aut etiam in parochialibus Ecclesiasticis beneficiis promerentur, ne dum in Ecclesia Bracarensi, quorum vita & scientia nobis est penitus ignorata: de quibus si certitudinem haberemus, nec in majoribus Ecclesiis eis, nec in minoribus praecipere provideri, & licet idoneis in tuis capellis & in aliis parochialibus Ecclesiis extra civitatem vel iuxta mandatum Apostolicum providere, cum omnibus in majori providere non possis: ipsi tamen provisionem in Ecclesiis eisdem recipere dedignantur. Judices quoque & monitores seu executores, ad quos literas nostras deporsant, exceptiones suas legitimas, quas in eorum proponis praesentia, non admittunt, unde postulas a nobis, ut tibi provideremus benignius in hac parte.)

C A P. XIV.

Minus idoneus in Sacerdotem promoveri, vel ad regimen animarum assumi non debet.

Idem in Concilio generali. a (an. 1215.

Roma.)

Cum sit ars b artium regimen animarum, districte praecipimus, ut Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruant & informet, vel per seipso, vel per alios idoneos viros super divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. Quoniam si de cetero rudes & ignaros ordinate praesumpserint (quod quidem facile poteritprehendi) & ordinatos & ordinatos ultioni gravi decernimus subiacere. Sanctius enim est (in ordinatione maxime d Sacerdotum) paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia si caecus caecum ducit, ambo in foveam c dilabuntur.

C A P. XV.

Defectus scientia dejicit jam promotum.

Honorius III. Capitulo Bremen. f

Quamvis multa proposita fuerint contra Episcopum Calinensem g, quia tamen confessus est coram nobis, se nunquam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, & per evidentiam facti usque adeo de illiteratura & insufficientia sua constat, quod contra Deum esset & canonicas sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum, ipsum a pontificali officii executione, & ab administratione Calinen. Ecclesiae penitus duximus amovendum.

TITULUS XV.

DE SACRAMENTATIONE.

C A P. I.

Ecclesia Graecorum in ordinationibus & consecrationibus servare debet usages, quas servat Ecclesia Romana. Episcopus autem cum consecratur, inungitur chrismate in capite & manibus: quod si fuerit praetermissum, per tres Episcopos est supplendum.

Innocentius III. h (an. 1204. Roma

in Bulgariam.)

Cum i venisset ad Apostolicam sedem k Bracarensis Episcopus, qui in consecratione sua sanctam non acceperat unctionem, quoniam apud vos consueverunt Pontifices, cum consecrantur, inungi, nos quod illi defuerat, mandavimus in ipso suppleri, facientes caput ejus & manus per Alban. Episcopum, (assistentibus ei duobus Episcopis, secundum morem Ecclesiasticum, facto chrismate deliniti: & (& infra. a) §. 1. Scire

te volumus duas esse species unctionis: exteriorem, quae materialis est & visibilis: & interiorem, quae spiritalis est & invisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori invisibiliter inungitur cor. De prima Jacobus Apostolus ait a: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & orat super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum. De secunda Joannes Apostolus ait b: Vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus. c Unctio visibilis & exterior, signum est interioris & invisibilis unctionis. Unctio vero invisibilis & interior, non solum est signum, sed etiam sacramentum: quia si digne sumitur, vel agit, vel auget absque dubio, quod designat. §. 2. Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem unctionem, benedicitur oleum, quod dicitur cathecumenorum vel infirmorum: & conficitur chrisma, quod ex oleo fit & balsamo, mystica ratione. Per oleum enim nitore conscientiae designatur: juxta quod legitur: Prudentes d virginis acceperunt oleum in vasibus suis cum lampadibus. Per balsamum, odor bona fama exprimitur: propter quod dicitur e: Sicut balsamum aromaticum, odorem dedit. §. 3. Hoc ergo chrismate ungi debet Episcopus, non tam in corpore, quam in corde: ut & interius nitorem conscientiae, quantum ad Deum, & exterius habeat odorem fama, quoad proximum. De nitore conscientiae dicit Apostolus f: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae: nam omnis gloria filii regis ab intus. De odore fama idem Apostolus ait h: Christi bonus odor sumus in omni loco, & aliis sumus odor vitae in vitam, aliis odor mortis in mortem. Debet enim Episcopus bonum habere testimonium, & ab iis, qui sunt intus, & ab iis, qui sunt foris, ut cortina cortina trahat: & qui audit, dicat, veni. §. 4. Hoc unguento caput & manus Episcopi consecratur. Per caput enim mens intelligitur, juxta illud i: Unge caput tuum, & faciem tuam lava. Per manus opera intelliguntur k, juxta illud l: Manus meae distillerunt myrram. Manus igitur inunguntur m oleo pietatis, ut Episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Caput autem ungitur balsamo charitatis, ut Episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem, & manus propter ministerium & officium. Caput enim ungitur, ut ostendatur illius repraesentare personam, de quo dicitur per prophetam n: Sicut unguentum in capite ejus, quod descendit in barbam; barbam Aaron. Caput o enim viri Christus, caput Christi Deus, qui de se dicit p: Spiritus Domini super me, eo quod unxit me, evangelizare b pauperibus misit me. Manus Episcopi inunguntur, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi. Unde cum eas consecrator inungit: Consecrare (inquit) & sanctificare digneris Domine manus istas, per istam unctionem & per benedictionem nostram: ut quaecumque consecraverint, consecrentur, & quaecumque benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

(a Hoc enim catholica Ecclesia tenet, non solum ex praeccepto divino, verum etiam Apostolorum exemplo. In Exodo quippe legitur, praecipisse Moysi Dominus, ut Aaron et filios ejus ungeret, quatenus sacerdotio fungerentur: et Anacleus Papa, origine Graecus, qui a B. Petro fuit in Presbyterum ordinatus, et postea in Apostolatus officio Clementi

a Conc. Lat. cap. 27. b Cap. 4. eod. tit. in 4. compil. c Satus. al. sanius. d al. sacerdotii. e vel cadunt, vet. Matth. 15. f al. Breviens. Colon. Dioces. g Al. Calamitensem. al. Talmem. h Patriarcha Constantiopolitano. i Cap. un. eod. tit. in 3. comp. k Brandiribaren. & reliquis quam Bracarensis. agit. n. hic de quodam Episcopo Graeco: Bracarensis Episcopatus in Hispania est. al. Bracembren. al. Bramurben. al. Bratalens. al. Brumcihercos.

a Jac. 4. b 1 Joan. 2. c In multis impressis adduntur haec duo verba: ita facietis. Sed male: nec sunt in manuscriptis. d Matth. 25. e Eccles. 24. f 2. Corinth. 1. g Psal. 24. h 2. ad Tim. 1. i Matth. 6. k designantur. l Cant. 5. m al. ungitur. al. unguentur. n Psal. 132. o 1. Corinth. 21. p Luc. 4. q al. ad evangelizandum.

mensi successit, & tradidit in ordinatione sua, unguendo esse Episcopos, more Apostolorum et Moysi, quia omnis sanctificatio in Spiritu Sancto consistit, cujus invisibilis virtus sancto chrismate est permixta. Unde)

Tractatus de unctione Regum, et de differentiis in unctione inter Reges et Pontifices. Panor.

§. 5. Unde in Veteri Testamento non solum ungebatur Sacerdos, sed etiam Rex & Propheta: sicut in libro Regum a Dominus præcepit Heliz: *Vade et revertere in domum tuam per desertum in Damascus: cumque perveneris illuc, unges Hazel in Regem super Syriam: et Jehu filium Namsi unges in Regem super Israel. Helisium autem filium Saphat, qui est de Abel-meula, unges Prophetam pro eo.* Sed ubi Jesus b Nazarenus (quem unxit Deus, Spiritu Sancto, sicut habetur in Actibus e Apoll.) unctus est oleo pietatis d præ confortibus suis: qui secundum Apostolum est caput Ecclesie quæ est corpus ipsius: Principis unctio a capite ad brachium est translata, ut Princeps ex tunc non ungetur in capite, sed in brachio, sive humero, vel in armis, in quibus Principis congrue designatur: juxta illud, quod legitur e: *Factus est Principatus super humerum ejus etc.* Ad quod etiam significandum, Samuel fecit poni armum ante Saul f, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant invitati. In capite vero Pontificis sacramentalis est delibutio g conservata, quia personam capitis in Pontificali officio representat. Refert autem inter Pontificis & Principis unctionem: quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium vero Principis oleo delinitur: ut offendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem.

Tractatus de Christianorum omnium unctione.

§. 6. Quia vero Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum & Sacerdotes (propter quod Petrus b Apostolus i ait: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium*): idcirco in Novo Testamento non solum Reges & Sacerdotes ungentur, sed etiam omnes Christiani, bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter scapulas: & bis post baptismum, scilicet chrismate sancto, primum in vertice, deum in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, ut per k Sancti Spiritus donum abjiciat errorem & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia l iustus ex fide vivit. Inter scapulas, ut per Spiritus Sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides m sine operibus mortua est: ut per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium m sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem, secundum Apostolum n, operetur. In vertice vero baptizatus inungitur, ut sit paratus omni petenti de fide reddere rationem: quia per caput intelligitur mens, juxta quod legitur o: *Oculi sapientis in capite ejus, cujus superior pars est ratio, & inferior est sensualitas.* Unde bene per verticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In fronte ungitur baptizatus, ut libere confiteatur, quod credit: quia corde p creditur ad justitiam, ore vero sit confessio ad salutem: memor ejus quod Dominus ait: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, etc.* Ante baptismum ergo ungitur oleo benedicto: & post baptismum chrismate sancto, quia chrisma soli competit Christiano. Christus r enim a chrismate dicitur, vel potius a Christo dicitur chrisma: non secundum nominis

formam, sed secundum fidei rationem. A Christo vero Christiani dicuntur, tanquam uncti deriventur ab uncto: ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cujus nomen oleum est effusum.

Tractatus de unctione Chrismatis post baptismum, qua dicitur Confirmatio.

§. 7. Per frontis chrismationem, manus impositio designatur: quæ alio nomine dicitur Confirmatio: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur & robor. Unde cum cæteras unctioes simplex Sacerdos, vel Presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus Sacerdos a, id est, Episcopus debet conferre: quia de solis Apollolis legitur (quorum vicarii sunt Episcopi) quod per manus impositionem Spiritus Sanctum dabant: quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat: *Cum audissent (inquit b,) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recessisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem: qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quinquaginta illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu, tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum: cujus adventus per unctiois ministerium designatur: quia columba e in qua Spiritus Sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vesperam in cataclysmo d revertens, ramum retulit virentis olivæ, cujus utriusque sacramentum David e Propheta prænotens, exhibendam faciem in oleo prædicavit.*

Tractatus de Consecratione altaris. Abbas.

§. 8. Ungitur præterea, secundum Ecclesiarum morem, cum consecratur altare, cum dedicatur templum, cum benedicitur calix, non solum ex mandato legis divinæ, verum etiam exemplo beati Sylvestri, qui cum consecravit altare, illud chrismate perungebat: præcepit enim f Dominus Moysi, ut faceret oleum unctiois, de quo ungeret testimonii tabernaculum, & arcam testamenti, mensamque cum vasibus. Verum unctiois sacramentum aliud g quidem efficit, & figurat, tam in Novo, quam in Veteri Testamento: unde non judaizat Ecclesia, cum unctiois celebrat sacramentum, sicut antiqui mentiantur, qui neque Scripturas, neque Dei novere virtutem. §. 9. Monemus igitur, ut illum in ordinandis Presbyteris, & consecrandis Episcopis morem servet, & facias observari, quem Apollolica sedes observat: (cetera infra.) Licet h Romanus Pontifex non utatur baculo pastoralis tam propter historiam i, tum propter mysticam rationem: tu tamen ad similitudinem aliorum Pontificum poteris eo uti.

(a. Quæ disponense Domino sanctiorum fidelium mater est, et magistra. Mittimus tibi per Cardinalem prædictum Pontificalia ornamenta, caligas et Sandalia, amictum et Albam, cingulum et succinctorium, orarium et manipulum, tunicam et Dalmaticam, chirothecas et annulum, planetam et mitram. Pallium vero per dilect. fl. Jo. Callianum n. antea miseramus, etc.)

TITULUS XVI. DE SACRAMENTIS k NON ITERANDIS.

CAP. I.

In ordinato in Subdiaconum sine manuum impositione, et confirmato non chismatis, sed olei unctione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermissum.

Inno-

a 3. Reg. 19. b al. *Jesus venit Nazarenus, etc.* c *Act. 10. d deest dictio, piazaris, in antiquis. Eph. 1. Col. 1. e Esa. 9. f 1. Reg. 9. g al. delinitio: sed recentibus literis: in ceteris, delibutio. h Vox, Petrus, deest in manuscriptis. i Apoc. 1. j. Pet. 2. k Hebr. 10. l Abac. 1. m Jac. 2. n Gal. 5. o Eccl. 2. p Rom. 10. q Matth. 10. et Marc. 8. r Aug. præfat. 133. super Joan.*

Jur. Canon. Tom. II.

a Episc. enim ordinarius est minister hujus sacramenti. Concil. Trident. sess. 7. de confirm. c. 3. b *Act. 8. c Matth. 4. Marc. 1. Luc. 3. d Gen. 8. e Psal. 108. f Exod. 30. g In C. Bar. aliud quidem efficit et aliud figurat, etc. h Et licet. i Vid. Martial. Lemovicenf. Cens. k In quibusdam Cod. ita: de sacramentis iterandis vel non. Unus ita: De sacramentis iterandis vel non iterandis.*

Innocentius III. a (An. 1205. Roma in Angliam).

Paternalis b : (& infra.) Præterea nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem Subdiaconatus assumptus. Et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinuit. Ad quod breviter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat prætermisum.

C A P. II.

Prohibet sepultos a Schismaticis exhumari, vestimenta cum quibus celebrant, iterum benedici, & altaria in quibus celebrant, iterum consecrari.

Honorius III. Archiepiscopo. London. c & ejus Suffragan.

A Nobis humiliter quaesivisti, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore Schismatici & reprobi VValdemarii a Schismaticis sunt d sepulti: & de indumentis sacerdotalibus, cum quibus, nec non de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrant. Nos autem inquisitioni vestra breviter respond. quod non credimus ob hoc duntaxat sepultos hujusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconsecrari altaria supradicta.

C A P. III.

Si in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi manus impositio fuerit prætermisita, statutis temporibus supplabitur.

Greg. IX. Archiepiscopo. London. c (An. 1128.

Roma in Daniam).

Presbyter & Diaconus cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiant: quod si omisum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad hujusmodi ordines conferendos caute supplendum, quod per errorem extitit prætermisum f. Suspendio g autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi.

TITULUS XVII.
DE FILIIS PRESBYTERORUM
ORDINANDIS, VEL NON. h

C A P. I.

Illegitimus non ordinatur, nisi ut religiosus fiat: nec tunc proficitur, id est, ad prælaturam non habilitatur. Ex Concilio Pictaviensi. (An. 1078. in Galliam).

UT filii Presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati, ad sacros ordines & non promoveantur: Nisi aut Monachi fiant, vel in congregatione canonice regulariter viventes l; prælationem vero nullatenus habeant. Sed neque servi, nisi a Dominis suis libertate donentur.

C A P. II.

Illegitimus filius Sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apostolicum paternam Ecclesiam impetravit, removetur ab illa.

Alexander III. Lincon. electo. (An. 1176. Roma in Angliam).

Ad præsentiam nostram accedens R. Presbyter, tacito, quod esset filius Sacerdotis, impetravit a nobis, ut in Ecclesia, in qua pater ejus ministravit, existeret Capellanus. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi

a Helienfi Episcopo. b Require ex c. pastoralis inf. de off. et pot. jud. del. cap. i. eod. tit. in 3. compil. c Archiepiscopo Lugdunen. esc. d In Cod. Bar. adduntur hæc verba: utrum debeant exhumari. e ai. Lugdun. f Vide leg. qui testamentor. ff. de excus. tut. g al. impositio. al. interpositio. h In uno manuscr. ita: de filiis Presby. non ordinandis, nec in paternis Ecclesiis tolerandis. In alio ita: De filiis Presbyterorum et aliis illegitime natis ordinandis, vel non. i Cap. i. eod. tit. in 1. comp. k gradus. l vivans.

constiterit, quod memoratus R. sit in Sacerdotio genitus, & quod a patre in eadem Ecclesia ministravit: non obstantibus prædictis literis nostris, ipsum amoveas ab eadem.

C A P. III.

Non potest filius Sacerdotis Ecclesie paternæ præesse. h. d. cum sequent.

Idem.

Præsentium b auctoritate jubemus, ut filios Sacerdotum in Ecclesiis paternis ministrare, vel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris: sed ipsos ab Ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse noscuntur, tudeas penitus amovere.

C A P. IV.

Idem dicit.

Idem Vigorensi Episcopo. (An. 1177. Roma in Angliam). Conquerente c nobis M. Clerico: (& infra. α.) Frat. t. mandamus, quatenus, si Publicum est & notorium, patrem R. Clerici habuisse in prædicta Ecclesia personatum, filium ejus ibidem ministrare, aut ejusdem Ecclesie personatum habere nullatenus patiaris: & si jam institutus est ibi, eum inde non differas amovere.

(α Anribus nostris innosuit, quod cum R. Presbyter Ecclesiam B. Mariae de Vic. tanquam persona diutius habuisset, & post mortem ejusdem idem a M. Richard. possessore & Domino fundi fuisset presentatus, R. filius ejus Presbyteri in sacerdotio genitus institutionem ipsius Clerici nifus est impedire, ad habendam Ecclesiam eandem omnibus modis aspirat. Quoniam igitur indignum est & canonica obviat sanctioni, ut filii Sacerdotum debeant patribus succedere in Ecclesiis, nos ad enormitatem istam eradicandam solite volentes et diligenter intendere).

C A P. V.

Episcopus, qui scienter contulit filio Sacerdotis paternam Ecclesiam, exinde eum remove non potest.

Idem London. Episcopo. d

Veniens e ad præsentiam nostram N. Clericus nobis proposuit, quod cum illum ad capellam sancti L. quam ei concessisti, in Presbyterum ordinasses, ipsum ea postea spoliasti, eo quod pater ejus in præscripta Ecclesia ministravit. Ideoque Frat. t. mandamus, quatenus, si tibi innotuerit, quando eam sibi dedisti, quod pater ejus Presbyter in dicta Ecclesia ministrasset, ipsam ei restituas, & in pace dimittas, amoto alio, si quem instituisti forsitan in eadem. Verum si hoc ignorans fecisti f, ex quo ad Ecclesiam ipsam eum in Presbyterum ordinasti, eum sibi restituas, donec in alia Ecclesia sibi provideas, unde honeste valeat sustentari.

C A P. VI.

Gratiam consines: antiq. Ex quo filius Sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio. Joan. Andr.

Idem Oxonens. Episcopo. g

Proposuit h nobis R. lator præsentium, quod cum ad Ecclesiam de Saleb. a Domino fundi fuerit presentatus, tu eam animarum noluisse sibi committere, pro eo quod esset filius Sacerdotis. Cæterum, quia indignum est, ut ipse postquam est in Subdiaconum ordinatus, omnino debeat Ecclesiastici beneficii provisione carere: mandamus, quatenus aliquem honestum Presbyterum cum assensu ejusdem Clerici invenire tudeas, qui Eccle-

a Concil. Trid. sess. 25. in decret. de reform. cap. 15. idem sancivir. b Post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 19. cap. 4. et cap. 3. eod. tit. in 1. compil. et Concil. Trident. proxime citation. Arnulf. Lexov. episc. 114. cap. 7. de test. cap. 14. de purg. can. c Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 19. cap. 1. et cap. 4. eod. tit. in 1. compil. Cora. Tol. IX. c. 10. d Lugdunensi. e Post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 19. c. 5. et c. 6. eod. tit. in 1. compil. f Vide leg. 2. ff. de jur. et fa. igno. et l. si res obligata. ff. de legat. 1. g Idem R. Exoniens. Episc. h Post Conc. Later. sub Alex. III. part. 19. cap. 6. et c. 7. eod. tit. in 1. compil.

fiā serviat supradictæ, ita quod præfatus R. medietatem omnium beneficiorum prædictæ Ecclesiæ, eidem in suo ordine serviendo, pacifice debeat obtinere. Non enim solus Presbyter Missarum solennia, vel alia divina officia potest sine ministris suffragio celebrare.

C A P. V I I.

Filius præesse potest Ecclesiæ, cui pater præfuit mediata. Idem Archiepiscopo Cantuariensi. a

EX transmissa confectione G. Clerici percipimus, quod ad Abbatis de Casteis præsentationem, in quodam beneficio Ecclesiæ de N. b eum in præfenti recipere distulisti, eo quod pater ejus in præfata Ecclesiā ministravit: quo defuncto, media intercessit persona, cui prædictum beneficium est collatum. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, prænominatum Guil. ad præfatum beneficium admittere non possonas, non ideo minus observato Apostolici rescripti decreto, quod successionem in Ecclesiā Dei hæreditariam detestetur.

C A P. V I I I.

Filius præesse potest Ecclesiā, in qua pater sine titulo ministravit.

Idem Vigorens. Episcopo. (an. 1188. Roma in Angliam.)

Constitutus in præf. nost. G. Clericus, suppliciter nobis insinuatione monstravit, quod cum capellam de Storton. canonicè fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacifice possidisset, R. miles ipsum ea sine iudicio spoliavit. Cumque memoratus Clericus exinde apud te deposuisset querelam, obiectum fuit ei, quod pater suus in capella ministravit eadem. (& infra. α.) Fr. tuæ mandamus, quatenus si tibi e confiterit, quod idem Clericus a capella fuerit prædicta per potentiam laicalem eiecit, & quod pater ejus præfata capellæ persona, seu perpetuus Vicarius non fuerit (licet in eadem nomine ejusdem G. quandoque ministravit) ipsam sibi cum redditibus perceptis restituere non omittas.

(α Ideoque præfatas capellam nondum potuit rehabere. Quia vero ad nostrum spectat officium, insolentiam Laicorum contra viros Ecclesiasticos debita severitate compescere.)

C A P. I X.

Si is, cui concessum est a Papa, ut possit dispensare cum filiis Sacerdotum, circa Ecclesias paternas immediate tenendas, cum aliquo dispensat, ille per literas iustitiam postea contra eum impetratas, removeri non poterit.

Idem Eboracen. Archiepiscopo. (an. 1177.

Roma in Angliam.)

EX tua nobis d parte est propositum, quod cum olim ad tuam consultationem super filiis Sacerdotum tales a nobis literas recepisses, ut eos posses in Ecclesiis, quas Patres eorum nullo mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitæ & sanæ conversationis cognosceres, vel quos longo tempore illas tenuisse f constaret: quidam ad iudices literas impetraverunt, ut si constaret eos esse filios Sacerdotum vel Clericorum, qui in proximo ante eos Ecclesias tenuerunt, super his imponatur eis app. cessante silentium, & Ecclesias istas ipsis assignent, quamvis in eis se ostendere nequeant per Episcopos institutos. Super quo tibi t. respond. quod si per priores literas cum aliquibus Clericis dispensasti, dispensationem tuam posteroriam literarum intuitu nolumus irritari. Alios vero Clericos laicæ donationis intuitu, in Ecclesiis siue auctoritate Pontificis sui institui, aut institutos remanere, auctoritate Apostolica prohibemus.

a Idem venerabilibus fratrib. R. Cant. Archiepiscopo. Primati, & Apost. S. Legato, & R. Vigorens. Episcopo. sic habet 1. collectio. b al. de H. vide Anton. Aug. in notis veteris collectionis. c Quatenus si confiteris, quod præd. Clericus. d Post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 19. cap. 10. & c. 10. eod. tit. in 1. compil. al. cap. 3. ut est in Tarrac. veteri. e alit. bona. f al. habuisse.

C A P. X.

Si manifestum est, quod filius in Ecclesia immediate successit patri, sine aliqua testium receptione, ab illa removebitur.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis. (an. 1178.)

Quoniam a est sacris canonibus prohibitum: (& infra. α) Præcipimus, quatenus si manifestum & publicum fuerit, patres b in Ecclesiis personatus gessisse, filios ab eisdem (si etiam eas adepti sunt) penitus excludatis: nec ad earum gubernationem ulterius assumantur. Nolumus enim, ut causa in iudicium deducatur, vel testes etiam admittantur, si hoc manifestum existat.

(α Ne quis hereditario iure Ecclesiastica beneficia possidere præsumat, nec hi qui in sacerdotio sunt geniti, nisi probate vixerint, in claustris Monachorum vel Canonicorum regularium ad sacros ordines debeant promoveri: vobis)

C A P. X I.

Filius etiam legitimus removeatur ab Ecclesia, in qua immediate successit patri Vicario, vel Rectori.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

AD extirpandas & successiones: (& infra. α) F. tuæ mandamus, quatenus, si qui filii Presbyterorum provinciarum tuarum teneant Ecclesias, in quibus patres eorum tanquam persona vel vicarii nulla persona media ministrarunt: eos (sive geniti in sacerdotio, sive non) ab eisdem Ecclesiis non differas amovere.

(α A sanctis Dei Ecclesiis studio totius sollicitudinis debemus intendere, & etiam ad hoc decet nos vigilem curam exhibere, ne circa ministerium suscepi regiminis videamur minus diligentes existere, si id vigium in Ecclesiis vel negotiis Ecclesiasticis, & viris permittimus pullulare. Hinc est quod)

C A P. X I I.

Filius Episcopi legitime natus, promoveri potest ad ordines: & in paterna Ecclesia beneficiari.

Clemens III. Castell. Archiepiscopo. d (an. 1189.

Roma in Hiberniam.)

AD hæc e ex parte tua nostris auribus est relatam: (& infra.) Quod a nobis fr. tua requisivit, an a Pontificibus generati valeant ad sacros ordines promoveri, si scientia fuerint & morum honestate probabiles: Sciat fr. t. quod si ex legitimo sunt matrimonio procreati, nec aliquid canonicum obviat, licet possant ad sacros ordines ascendere, & in eisdem Ecclesiis, in quibus præfati vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.

C A P. X I I I.

Non potest filius esse Vicarius illius Ecclesiæ, in qua pater proximus fuit rector.

Idem. f

Michael g Presbyter de sancto Germano, transmissa nobis confectione, monstravit, quod cum Ecclesiam sancti l. de Corona h tuæ diocesis canonicè sit adeptus, M. filius Antonii, qui proximo ante ipsius Ecclesiæ habuit personatum, ad se Vicariam ipsas afferit pertinere: (& infra. α) F. tuæ mandamus, quatenus si constituerit tibi, ipsum i. M. fuisse filium Antonii, qui ejusdem ecclesiæ habuit proximo personatum, ei super eadem Vicaria, perpetuum silentium imponere non possonas.

(α Quia igitur in Ecclesia successiones, pluralitatis & dignitatis Ecclesiasticis statutis canonicis damnantur.)

C A P. X I V.

Illegitime genitus etiam de uxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoveri non potest.

Idem

a Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. b al. patres eorum. c Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. d Alias Casan. al. Cassien. Episcopo. al. Cusselben. al. Cassano Arch. e c. 3. eod. tit. in 2. comp. f Calestinus III. g Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. h Coron. al. Toron. i al. N. ipsum filium fuisse, &c.

Idem. (an. 1190. Roma.)

Literas: (*et infra. α*) Intelleximus a, quod H. in Sacerdotio genitus, de uxore legitima natus & conceptus, affectavit a pueritia ministrare Domino in officio clericali. Verum licet a filiis paterna incontinentia modis omnibus propellanda noscatur: si tamen alias dignus inventus fuerit, permittimus ipsum ordinari in Clericum, & ad Ecclesiasticum beneficium (unde commode sustentari valeat) promoveri.

(*α Dilectionis vestra accepimus, nomen laboris presensium & eius originem continentis.*)

C A P. XV.

Illegitimus in Ecclesia Paterna prabendari non debet.

Innocentius III.

CUM decorem domus Dei: (*et infra.*) Filiis Canonico-
rum prabendas in eisdem Ecclesiis conferri non sinatis, quatum b sunt Canonici patres eorum. Cum indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret c, in quo unigenitus Dei filius æterno patri pro salute humani generis victimatur.

C A P. XVI.

Si illegitimus, maxime filius spurii instituat in Ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non valet, & institutus a suis beneficiis suspendatur.

Idem in Concilio generali. d (an. 1215.)

Ad abolendam e pessimam (quæ in pluribus inolevit Ecclesiis) corruptelam: Firmiter inhibemus, ne Canonico filii, maxime spurii, Canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum. Et si fuerit contra præsumptum, decernimus non valere. Qui vero tales (ut dictum est) canonicæ præsumpserint, a suis beneficiis suspendantur.

C A P. XVII.

Alius, quam Papa non dispensat, ut filius in Ecclesia paterna immediate succedat.

Honorius III. g (an. 1220. Roma in Belgium.)

Dilectus filius G. præpositus sanctæ M. transmissa nobis petitione monstravit, quod cum Vergilius Presbyter quendam Ecclesiam, curam animatum habentem, quam nullo medio habuit pater ejus, obtineat, ipsum monuit, ut resignaret eandem: sed idem asserens, quod H. Remen. Archiepiscopus, tunc Apost. sed. Leg. dispensavit cum eo, id efficere contradicit.

Quocirca mandamus, quatenus non obstante dispensatione aliqua, quæ a sed. Apostolica non manaverit, quod canonicum fuerit (appellatione postposita) statuatis,

C A P. XVIII.

Illegitimus absque dispensatione Papa ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoveri non potest.

Gregorius IX. Turon. Archiepiscopo. i (an. 1228.

Roma in Galliam.)

Nimis in tua provincia Ecclesia deformatur k honestas, ex eo, quod filii Sacerdotum, & alii non legitime nati, ad dignitates & personatus l, & alia beneficia curam animatum habentia, sine dispensatione sedis Apost. promouentur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis personis a personatibus, & dignitatibus, & hujusmodi beneficiis prorsus amotis, ea personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum de jure noveris pertinere. Et ne id de cætero præsumatur, districtius inhibemus.

a Cap. eod. tit. in 2. compil. b al. quorum. c Vide no. per B. in j. generaliter. §. cum autem. B. de insti. & subst. sub condit. fact. d cap. 31. e Concordat Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 15. & habetur cap. 1. eod. tit. in 4. compil. f alie. sed. g Decano Morienfi, & in aliquot versibus, Innocent. III. h In multis antiquis legitur, G. Remens. i Alias Archidiaconus. k al. diffamatur. l Vide ff. de ali. & sibi. leg. pen. & l. filius. ff. de don.

TITULUS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS
ET EORUM MANUMISSIONE.

C A P. I.

Servus ante plenam manumissionem ordinari non debet.

Ex Concilio Toletano. (forse 633. in Hispan.)

Instituendi a: (*et infra. α*) Forte dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante Clericum ingenuitatis dignitate potiatur. Verè verum dicit. Et ideo quod infirmari b vel vituperari potest, præcavere debet.

Non solum autem, qui ad Clericatus ordinem promovendi sunt, in Ecclesia manumittendi sunt: Verum etiam hi, quos quisque pro remedio anime sue emancipari vult, quia sic scriptum est in pacto Francorum.

(*α Sunt præterea Laici, ut sciatis, quia nullatenus alio loco manumittere possunt proprios servos, quos Dominici castris adgregare consueverunt, nisi in sacra Ecclesia ordine prenotato. Quomodo enim Clerici extra Ecclesiam libertatem assequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt, & quibus interdicitur ne ad seculare iudicium procedant, quomodo seculari iudicio a iugo servitutis absolvantur? Sed)*

C A P. II.

Servus sine licentia Domini ordinatus, deponitur, & Domino restituitur.

Ex eodem. e

DE servorum ordinatione: (*et infra. α*) Statutum est, ut nullus Episcoporum deinceps ad sacros ordines eos promovere præsumat, nisi prius a Dominis libertatem fuerint consecuti. Et si quilibet servus fugiens Dominum suum, quilibet calliditate aut fraude ad gradum pervenerit Ecclesiasticum, decretum est, ut deponatur, & ejus Dominus eum recipiat.

(*α Quia passim ad gradus Ecclesiasticos indifereze promouentur, placuit omnibus cum sacris canonibus concerrare.*)

C A P. III.

Servus ab Ecclesia manumissus ordinari potest: & quod acquirit, post suum obitum, erit Ecclesia manumittentis: quom si accusat, vel contra eam testificatur, libertate & ordine privetur.

Ex eodem. d

DE famulis Ecclesiæ constituere Presbyteros & Diaconos per parochias liceat, ita tamen ut antea manumissi statum recipient libertatis. §. 1. Quicquid autem talibus extiterit debitum, aut quolibet modo collatum eis in personas extraneas transmittere non licebit, sed omnia ad ejus Ecclesiæ, a qua manumissi sunt, post eorum obitum debeant pertinere. §. 2. Quibus (sicut cæteris Ecclesiæ libertis) accusandi vel testificandi adversus Ecclesiam aditus præcludatur: ad quos si aspiraverit, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed necessitate temporis promeruerunt.

C A P. IV.

Dominus in servo, quem manumissit, potest spirituales operas retinere.

Ex Concilio apud Alich. e (an. 917. in German.)

Nul-

a Al. instituendi. b al. infirmari. c Burchard. lib. 2. decr. cap. 31. luo part. 6. c. 132. Grat. dist. 54. cap. 6. Pannorm. lib. 3. tit. de serv. non ordin. c. 1. & post Concil. Later. sub Alex. III. par. 50. cap. 55. & e. 2. eod. tit. in 1. comp. ubi integram caput & variam inscriptionem invenies: nam alias adscribitur Concil. Maricensi, al. Tolosano. d Addi potest. 4. c. 73. e al. Alvern. al. Altheim. al. Althen. al. Archi. soles Burchardus eum locum appellare Altheim, ut lib. 1. cap. 162. & 227. luo part. 6. cap. 602. Decret. ex Conc. apud. Altheim habito, c. 38. Huius rex Conradus interfuisse dicitur.

Nulla a (*et infra. α*) Si quis de servis suis quemquam donaverit libertate, & ipsum in Presbyterum fecerit ordinari, ille autem postea in superbiam elatus, Domino suo canonicas horas psallere noluerit, accusatus apud Episcopum, qui ordinaverit eum, degradetur.

(*α Clericus ad gradum Presbyterii promoveatur, nisi ordine Canonico, ut scriptum in canonibus habetur. Si propter Dei dilectionem.*)

C A P. V.

Spurii, vel servi, ordinari non debent.

Alexandri III. Archiepisc. Turon.

Confult: (*et infra.*) Conf. t. t. respond. quod neque spurios, neque servos ordinare debes: & si memor es, in consecratione tibi dictum fuit, vide, ne quemlibet servilis conditionis ad ordines promovere præsumas.

C A P. VI.

Manumissus ab Ecclesia, ut fiat Clericus, et ipsi Ecclesia perpetuo servias in divinis, ad aliam Ecclesiam se transferre non potest: secus si pure fuerit manumissus. Vel sic: secus si fuerit manumissus, ut servias. Jo. Andr.

Innocentius III. Variensis b Episcopo. (an. 1207.

Viterbo in Hungariam.)

Eo liberticus e: (*et infra.*) Adjecti aliam quaestionem, an illorum filii, qui Ecclesiam servili conditione tenentur, traditi a parentibus militia clericali cum suorum connivencia Dominorum, ut in eadem Ecclesia debeant deservire, assequentes propterea libertatem, post tempus ea relicta possint ad aliam se transferre? In quo credimus contingendum, utrum eo tenore fuerint manumissi & obligati ad ordinem clericalem, quod manumissioni Ecclesiam, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis divinorum, & tunc transferendi se ad aliam, est eis licentia deneganda: vel manumissioni extiterint absolute, sicque libertatem habeant ad aliam transferendi.

C A P. VII.

Jus, quod est de servo factu Diacono, etiam de Subdiacono debet intelligi.

Idem.

Miramur non modicum, cum e certum sit in constitutionibus antiquorum, quando f servi in gradus Ecclesiasticos ordinati, debeant in servitute, vel non debeant revocari: (*et infra.*) De Subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum statutis expresse, videtur nobis, quod & is cum Diaconali gradu privilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reputaretur in Ecclesia primitiva, tamen a constitutione Gregorii atque Urbani secundum moderna tempora, sacer esse minime dubitatur.

C A P. VIII.

Natus ex patre servo et libera matre, liber est, et licite promoveatur.

Gregorius IX. Archiepiscopo Neapolitano. (an. 1228.)

Dilectus filius G. Diaconus proposuit, quod I. miles ea occasione, quod patrem ipsum hominem servum esse proponit (licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse nascatur) ne promoveatur in Presbyterum, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab hujusmodi impedimento cessare h compescas.

a Ex cap. 3. eod. tit. in 1. compil. b alias, Varinensi, alias, Vacinensi, al. Vacienfi. c Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. d in omnibus manuscriptis, oblatis: In uno solo, obligati, sed j. et g. velut superabundantia erat notata. e cautum. f alias, quomodo. g videl. idem Pomponius. h idem scribit. D. de rei vindic. & Instit. e ingen. §. 1. h vox, cessare, deest in vet.

TITULUS XIX.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON.

C A P. U N I C.

Obligatus ratiociniis, deposito onere & reddita ratione, ordinari potest: prius vero non.

Ex Concilio Carthag. a (an. 348. in Afric.)

Magnus Episcopus August. dixit: *Quid dilectioni vestra videtur, procuratores, actores, executores seu curatores pupillorum si debeant ordinari?* Gratus Episcopus dixit: *Si post deposita onera & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (si postulati fuerint) honore munerari: si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur. Univerfi dixerunt: Recte statuit Sanctitas vestra, ideoque ita b est nostra sententia.*

TITULUS XX.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, VEL NON.

C A P U T I.

Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione sui Episcopi potest in suo ordine ministrare.

Alexander III. c (an. 1165. Roma in Campaniam.)

De Presbytero Campaniæ, qui duellum sponte obtulit, & oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit: respondemus, quod cum ipse non perdidit tantum de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare, satis potes post peractam poenitentiam cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licet ejus excessus gravis admodum extitisset.

C A P. II.

Habens in oculomaculam, qua non inducit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterit promoveri.

Idem Cisterciens. electo, (*al. Cisterciens. an. 1173. Roma in Angliam.*)

CUM de tua electione quaestio mota fuisset (*et j. α*) Tibi, quod in oculo maculam habeas, & filius Canonici fueris, est obiectum: Unde Cantuariens. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut pro eo, quod Canonici filius dixeris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat. De macula vero d Archiepiscopo prædicto mandavimus, ut cum consilio Suffraganeorum suorum, quod exinde visum fuerit, exequatur, in quo tibi ex maxima dispensatione curavimus providere.

(*α Et aliorum, qui sunt in quibusdam Ecclesiis Anglicanis electi in presentia nostra & nostrorum fratrum.*)

C A P. III.

Sectus in cunabulis, licite promoveatur.

Clemens III. Variens. Episcopo. (an. 1189. Roma in Hungariam.)

I. EX parte Bartholomæi Monachi petitorum e fuit nostro Apostolatus presentatum, quod cum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodum sub regula & Abbate devote Deo militans, in Diaconatus ordinem est promotus: (*et infra. α*) Sane cum secundum statuta

Nica-

a Concilium Carthaginense primum, cap. 8. ut refert Burchardus lib. 2. decret. cap. 35. lvo p. 6. c. 137. Gratianus dist. 54. cap. 1. ubi falso tribuit Concil. Moguntinensi. b al. ista. c Salernitano Archiepiscopo ex ea collectione, qua est post Lateranens. part. 26. c. 4. 5. & 6. vide Concilium Tridentinum. Sessio 25. de reformatione, cap. 18. Adde beatum Thomam, & ibi Cajetanum 2. 2. quaest. 95. ad articulum 3. et plenissime per Bernardum Vasquium controversiarum illustrium cap. 11. et 49. d alias, vere in oculo. e Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione.

Nicanæ Concilii ad Clericatus ordinem prohibeantur accedere, & si etiam in Clero fuerint, debeant cessare, qui se ipsos sani absciderint, vel affectaverint, ut ab aliis a abscindantur: non credimus ei impedimentum asserere, quo minus possit provehi, qui in cunabulis sectus fuit, quia non videtur hoc eo tempore affectasse, quo iudicium animi non habebat: præsertim cum in canonicis Apostolorum b sit manifeste sancitum, quod eunuchus, si per insidias hominum factus vel ita natus sit, aut etiam in persecutione sine ei amputata virilia, & dignus est, possit in Episcopum promoveri.

(*α Unde suppliciter possit facultatem sibi a sed. Apost. indulgeri, ut sit ei licitum in Presbyterum ordinari.*)

C A P. IV.

Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi suum officium, præter altaris ministerium poterit exercere.

Idem Ravennati Archiepiscopo.

Significavit c nobis A. Archiepiscopus Sancti Stephani, quod B. Presbyter (credens se obsequium præstare Deo) fecit sibi virilia amputari: (*et infra.*) Quocirca mandamus, quatenus si iam dicitur Presbyterum alias Deo dignum inveneris, ei sacerdotale officium, absque altaris ministerio, auctoritate nostra fretus & tua, prout videris expedire, concedas.

C A P. V.

Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscindi, potest ut prius sacerdotale officium exercere.

Innocentius III.

II. **E**X parte M. Presbyteri fuit f. propositum, quod cum sibi sentiret lepræ priculum immingere, de consilio medici virilia fecit sibi abscindi, ut posset a tam gravi infirmitatis vitio liberari: (*et infra.* α) Quoniam igitur canones sanctorum Patrum hunc a sacri altaris administratione non prohibent, mandamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est alias idoneus, ut sui ministerij officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem. (*α Et ut provideamus ei super executione sui officii, a nobis humiliter postulavit.*)

C A P. VI.

Mutilatus manu, si promotus fuerit in Abbatem, ab Abbacia deponitur.

Idem Militen. g Episcopo. (an. 1198.)

Roma in Carianam.)

Exposuisti h nobis, quod prædecessor tuus H. in Abbatem promovit, nesciens quod ipse esset manu altera mutilatus: (*et infra.* α) Nos igitur fr. t. respond. quod cum pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordinem promoveri, & in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab Abbacia officio est non immerito amovendus.

(*α Quia vero ipse Abbas noscitur sinistra carere, quid super hoc agendum sit, nostris voluisti responsione edoceri.*)

C A P. VII.

Carens ungula pollicis, dummodo sit fortis in pollice licite ad sacerdotium promovetur.

Honorius III. Episcopo Engolismen. (an. 1218.)

Roma in Galliam.)

Thomas Monachus proposuit, quod cum in annis puenilibus esset constitutus, quædam barra ferrea super dextra sua pollicem fortuito casu cadens, unguam avulsit ab eo. Quocirca mandamus, quatenus si ad fran-

gendum Eucharistiam sit in pollice ipse potens, & aliud canonicum non obstat, propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas Sacerdotis.

TITULUS XXI.
DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.
CAPUT I.

Breve est.

Ex Concilio Aurelianensi. (an. 538.)
in Gallia.)

UT bigami b, penitentes, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non ascendant.

C A P. II.

Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur: et ordinator privabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.

Lucius III. c Spalen. Archiepiscopo. (an. 1283.)
Roma in Sclavoniam.)

Super eo d, quod tua fraternitas de bigamis requisivit: Respondemus, quod ordinatores eorum potestate & officio ordinandi, & ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti, eis ideo sunt privandi: quia in bigamis contra Apostolum e dispensare non licet, ut debeant ad sacros ordines promoveri, vel in eis si promoti fuerint remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinandi potestate & officio non privetur.

C A P. III.

Bigamus uxore vivente, vel mortua, non ordinatur.

Cælestinus III. (an. 1195.)

DE bigamis f Presbyteris, & viduarum meritis, idem sancimus omnino, ut nec viventibus uxoribus, nec defunctis, ad divinorum debeant celebrationem admitti: maxime cum a doctrina sit Apostoli, & institutionibus Ecclesiæ alienum.

C A P. IV.

Qui mortua uxore promotus ad sacros, cum secunda de facto contraxit et cognovit, bigamia penam incurrit, licet non sit bigamus.

Innoc. III. Ratispa. Episcopo. g Roma in Poloniam.)

Nuper a h nobis: (*et infra.*) Tertius et ultimus articulus videbatur habere non modicum questionis: quoniam cum in matrimoniis contrahendis non juris effectus, sed animi destinatio attendatur, unde illum comitatur infamia, qui duas simul uxores habet: quod partim ad factum convenit retorqueri: sicut in canone legitur de Presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur: eadem censura tales videntur inter bigamos reputandi. Licet obviet ex adverso, quod opinioni sit veritas præferenda, & quod iuxta præmissa, qui nullam uxorem habuit, foret bigamus reputandus: quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diversis, quibus de jure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac questione t. respond. quod cum hujusmodi Clericis, qui quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter conjunxerunt, tamquam i cum bigamis non

a Conc. Aurel. III. cap. 6. Idem Conc. Arelas. III. cap. 3. quibus locis eadem est sententia, sed diversis verbis conscripta. Referunt Burchard. lib. 2. cap. 33. Ivo pars. 6. c. 134. vide Gratian. dist. 55. canon. 2. et Concil. Trid. Sess. 23. in decret. de reformatione, c. 17. b Ex cap. 2. eod. tit. in 1. compil. Alias legitur digami. c Alias, Spalens. alias, Valerens. alias, Spalentin. alias, Spolens. alias, Spolano, alias H. spalens. d Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. e r. ad Tim. 3. f Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. g Alias, Rothomagens. alias, VVitalmens. Episcopo. h Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. vide Dominicum Sotum in quarto Sententiar. dist. 27. qu. 27. art. 3. i Hoc, tanquam, non est expressum veritatis, sed similitudinarius, iuxta illud: Existi tanquam ad latronem.

a Videt. sed & quæsitum. g. 1. cum not. ff. de liber. & posthum. & l. spadonem ff. de verborum signifi. b dist. 60. cap. Eunuchus. c Idem sancivit Innoc. I. epist. ad Felicem Nuceriaum Episcopum. c. 1. Referunt Burchard. l. 2. c. 14. concord. Concil. Nican. c. 1. sed hic additur dispensatio. d Vox, Deo, in antiquis desit. e Pariensi Episc. alias, Parisiensi Episc. f Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. g alias Militen. al. Meldens. h Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.

non liceat dispensari, licet in veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis a cum opere subsecuto.

C A P. V.

Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.

Idem Innoc. III. *Mesensi Episcopo.*

(An. 1205.)

Debitum pastoralis officii; b (& infra. α) F. r. ita duximus respondendum, quod cum duo sint in conjugio, videlicet consensus animorum, & commixtio corporum, quorum alteram significat charitatem, quæ consistit in Spiritu inter Deum & iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus c: *Qui adheret Deo, unus Spiritus est cum eo*: reliquum vero designat confortatam, quæ consistit in carne inter Christum & Ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur d: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: profecto conjugium e illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud conjugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum, iuxta quod Paulus f exponens illud, quod dixerat protopiasus g: *Hoc nuncio ex ossibus meis, & caro de carne mea*: & propter hoc relinquere homo patrem & matrem, & adherere uxori suæ, & erunt duo in carne una: statim subiungit, *Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & Ecclesia*. Cum ergo propter sacramenti defectum inhiberetur, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoveri, quoniam nec illa est unica unicus, nec iste unus unicus: profecto ubi deficit inter huiusmodi conjuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. Unde is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam, duxit uxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures: propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri.

α Securus autem tue dubitationis articulus continebat; an is, qui mulierem ab alio viro traductam, sed nondum cognitam, matrimonialiter sibi copulavit, valeat ad sacerdotium promoveri? Licet autem is, qui ab alio viro relicta duxit in conjugem, siue cognita fuerit ab illo, siue incognita manserit, videatur duxisse viduam in uxorem, utpote cuius vir erat mortuus, quando duxit eandem: sicut & ille bigamus esse videtur, qui cum duabus legitime contraxit uxoris, siue neutram, siue alteram tantum cognovit, quia vir existit duarum uxorum. Nos autem)

C A P. VI.

Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.

Idem Lugdunens. h Archiepiscopo, Apost.

Sedis Legato. (An. 1213. Signia in Daniam).

Quia circa minima k: (et infra.) Sane postulasti per sed. Apost. edoceri, si Presbyteri plures l concubinas habentes, bigami censentur: Ad quod duximus respondendum, quod cum irregularitatem non incurrant bigamiæ, cum eis tanquam simpliciter fornicatione notatis, quoad executionem sacerdotalis officii poteris dispensare.

C A P. VII.

Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, bigamia penam incurrit, licet bigamus non sit.

a Vide leg. si in emptorem: D. de minor. & l. si æque de leg. 1. b Qua hic defunct, recipies in cap. 4. de baptismo, & cap. 2. eod. tit. in 3. compil. c 1. Corin. 6. d Joan. 1. e Vide Magist. Sensens. & ibi Doct. l. q. dist. 27. f Eph. 5. g Gen. 2. h Idem D. Archid. ac. Lundun. A. S. L. i Cap. unic. eod. tit. in 4. compil. k al. matrimonia. l In. una vesustissimo exemplari, ita: plures successive.

Idem.

A Nobis fuit: (& infra.) Ille autem, qui in Subdiaconatus ordine constitutus de facto tantum (quia de iure non potuit) duxit viduam in uxorem, profecto bigamus non existit: sed nec viduæ potest in veritate dici maritus, cum inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritalis contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli a tanquam cum marito viduæ dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto.

TITULUS XXII.
DE CLERICIS PEREGRINIS.
CAPUT I.

Ultramarini & valde remoti ordinationem suam probare debent, per quinque Episcoporum sigilla.

Alexander III. Cenoman. Episcopo. (An. 1170.)

Roma in Galliam).

TUA e nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum de Clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorum ostendunt, a quibus sibi proponunt manus impositas: & utrum Episcoporum sigilla sint, quæ representant, incertum existit. Tuæ igitur consultationi respondemus tutius esse, ut in his statuta Patrum veterum observentur, quam novum aliquid statuatur: statutum autem est de transmarinis, ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur: quod in aliis (si similiter d sunt incogniti) credimus observandum: ita tamen, ut in suspensione aliquanto tempore habeantur, in quo plenus de actibus instruantur ipsorum: Sed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet, quia postea contingere, ut aliquibus prætermisiss saltem fecissent. His autem peractis, si digni inventi fuerint, circa eos poterit dispensari.

C A P. II.

Clericus peregrinus, qui iuras se ordinatum, nisi aliter probeat, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promovebitur.

Innocentius III. Constantinop. Patriarcha.

(An. 1206. Feresit no in Thraciam).

Inter quatuor: (& infra. e) Consuluit nos iterum tua fraternitas, utrum f Clericos ad te sine suorum ordinariorum literis venientes, & offerentes iuramentum, quod sint in quovis Ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promovere: Inquisitioni t. t. r. quod nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea tibi consiterit argumenta, eos nec in illis suscipere, nec ad majores debes ordines promovere, præsertim antequam conversatio eorum fuerit approbata.

C A P. III.

Peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

Idem Patriarcha Hierosolymitano. (An. 1293.)

Roma in Palestinam).

TUAE fraternitatis: g (& j. α) Utrum Clericos, qui ad partes Hierosol. sine commendatiis literis veniunt,

a 1. ad Tim. 3 b In multis Alexand. IV. sed falsa est inscriptio, nam cum hac compilatio facta est, nondum erat Alexander quartus creatus. c Cap. unic. eod. tit. in 1. compil. & habetur integrum post Concil. Lateranens. sub Alexand. III. pa 1. 26. cap. 20. d alias ita, qui similiter: al. ita, si similiter sunt in eo incogniti. e Tota hac præfatio extraxit infra, cap. Inter. 4. de majoritate & obedientia. Ideo hic non adscribo, quod de similibus adnotatum volo. vide Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. f In pluribus antiquis post illud, infra. statim sequitur, utrum Clericos, &c. g Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.

niant, permittere debeas celebrare divina, (& infra. β.) Respondemus, quod nisi legitime tibi confiterit, sive per literas, sive per testes, de illorum ordinatione canonica, qui penitus sunt ignoti, non debes ipsos permittere in a tuis plebibus celebrare: sed si forsitan eorum aliqui secreto ex devotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

(α. *Diferentia postularis per sedem Apost. edoceri.*)

(β. *Cum plerique eorum, de quorum canonica ordinatione non constas, statim ut veniunt, presumunt non expectata licentia celebrare. Nos autem tuam in Domino sollicitudinem commendantes super primo articulo f. s.*)

C A P. IV.

Inferiores Pralati sine diacesanorum consensu in Ecclesiis suis peregrinos non possunt instituire.

Honorius III. Regis. Episcopo. (an. 1220.)

TE nobis proponente didicimus, quod quidam Pralati Ecclesiarum tuarum jurisdictionis, in Ecclesiis tibi commissis sine conscientia tua Clericos de alienis Episcopatus tuis instituire non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cum sit honestati contrarium d, & a sanctorum Patrum institutionibus alienum: (& j. α.) Inquisitioni tuarum taliter respondemus, quod tibi licet eos ex inde removere, nisi aliquos ex dispensatione in eisdem Ecclesiis duxeris dimittendos.

(α. *Ad exemplar. fel. rec. Alex. P. P. n. aut. Apost. sibi indulgemus, ut si qui Clerici de alienis Episcopatus in Ecclesiis tua jurisdictionis sine conscientia & assensu tuo fuerint vel fuerint in posterum instituti.*)

TITULUS XXIII.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

C A P. I.

Ponis, qua spectans ad officium Archidiaconi.
Ex libro Romani ordinis. (forse an. 600.)

Roma.)

UT Archidiaconus e post Episcopum sciat se vicarium esse ejus in omnibus, & omnem curam in Clero (tam in urbe posituram, quam eorum, qui per parochias habitare noscuntur) ad se pertinere, sive de eorum conversatione, sive honore f & restauratione Ecclesiarum, sive doctrina Ecclesiasticorum, vel ceterarum rerum studio: & delinquentium rationem coram Deo redditurus est. Et ut de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, parochiam universam circumeat, & cuncta, quae emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat & emendet.

C A P. II.

Non sumatur, sed ponis quadam, qua spectans ad officium Archidiaconi.

Ex Concilio Toletano.

Officium g vero Archidiaconi est Evangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de Diaconis praecipere; & quando Episcopus Missam canit, ad iustionem illius induant se Levitae vestimentis sacris: qualiter cum Pontifice ad Missam h procedant: (& j. α.) §. 1. Omne Ecclesiasticum officium providendo, lectiones aut responsoria in matrice Ecclesia dare debet, & auscultare, in tantum ut nullus Evangelium, aut Epistolam, responsoria, vel quamlibet in Ecclesia lectionem legat vel canter, donec auscultetur ab ipso. §. 2. Acolythos i quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribu-

a In antiquis desit dicitio, in b alias, scientia, id est, facultate aut licentia. c alias, parvisus, d vide leg. quod vulgo. ff. de statu hom. & l. si cum dies. §. compromisso. ff. de arbit. c. Cap. 2. cod. tit. in 1. compil. f. alias, onere. g. Cap. 3. cod. tit. in 1. comp. h. Ut verbi gratia bini honeste & demisso vulg. i. Quis ordo sit Acolythorum in Ecclesia tradis Magister Sentent. lib. 4. dist. 24. §. quarto loco.

lum deferre, quisve minorum in Ecclesia aliqua officia agere debeat.

(α. *Omneque querimoniam seu causam vel justitiam Presbyterorum vel Diaconorum vel Subdiaconorum ipse debeat deliberare & ordinare. Ideo vero strenuus, providus, caustus, vicem sui Episcopi agens, totius Episcopatus curam habeat, &c.*)

C A P. III.

Custodia vasorum Ecclesiae spectans ad Archidiaconum.
Gregorius III. Archidiacono Salonitano. a

EA qua contra: (& infra.) Scire vero te volumus, quod a te ditridice quaesituri sumus, quia vel propriae Ecclesiae, vel ea qua de diversis Ecclesiis familia sunt collecta, non sub omni sollicitudine & fide servantur. Quod si quid ex eis, vel negligentia, vel cujusquam fraude deperit, tu hoc reatu attingeris, qui per Archidiaconatus ordinem custodiae ejusdem Ecclesiae arctius deputaris.

C A P. IV.

Archidiaconus sine mandato Episcopi, non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctoritabilem.
Alexander III. Elien. Archidiacono. (an. 1174.)

Roma in Angliam.)

Cum satis b sit absurdum: (& infra. α.) Quoniam igitur obtentu alicujus consuetudinis, non debes contra sanctorum Patrum constitutiones venire, & quod ad tuum non spectat officium, vendicare. Mandamus, ut nemini sine licentia & mandato Episcopi curam praesumas committere animarum.

(α. *Et a sanctorum Patrum institutionibus alienum, ut Archidiaconus aut. propria debeat cuilibet Ecclesiarum curam committere, agra nimis ferimus, quod tu sine mandato Episcopi sui personis curam animarum committis.*)

C A P. V.

Archidiaconus de jure communi non potest excommunicare. Aut. de But.

Idem Vigoriensi Episcopo p. e. causa qua. (an. 1176.)

Archidiaconus e non videtur de Ecclesiastica institutione licere, (nisi auctoritas Episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare.

C A P. VI.

Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suam provinciam, id est, parochiam. hoc dicit.
Idem Episcopo Convenens. & Abbati Cestrens.

Mandamus d, quatenus prohibeatis Cestrens. Archidiacono, ne ad Ecclesias sui Archidiaconatus visitandas, nisi semel in anno, accedat: Nisi forte talis causa emerferit, propter quam ipsum oporteat praefatas Ecclesias saepius visitare.

C A P. VII.

Dicit prime, quod sit officium Archidiaconi: & in quo per illud relevetur Episcopus. Et secundo dicit, Decanos rurales per Episcopum & Archidiaconum eligendos & amovendos, si illorum vires communiter gerant.

Innocentius III.

AD haec nos edicimus. (& j.) §. 1. Sane consuluit nos tuae fraternitatis devotio, quid ad officium Archidiaconi

a Gregorius episc. 10. lib. 1. Registri. & cap. 1. eodem tit. in 1. compil. Alias, Salernitano Archiepisc. aliter, Archidiacono, aliter, Diacono Salonitano. in aliis Episc. al. Archidiacono. Salonitano. Contius. vide lib. 2. epist. 16. registri, ex qua apud Gratianum, distingit. 74. canon. 8. & lib. 1. epist. 19. vide dist. 74. can. 2. b. Cap. 4. cod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexandro III. part. 26. cap. 2. c. al. Archidiacono. cap. 5. cod. tit. in prima compil. & habetur post Concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 26. cap. 4. d. Habetur post Concil. Lateranens. sub Alexandro III. part. 2. cap. 11. vide Concil. Trident. supr. cit. cod. cap. 1. c. Cap. 1. tit. in 4. comp. f. in antiquis legitur, ad haec nos Dominus, al. docuimus.

coni debeat pertinere, & in quibus per ipsam cura episcopalis sollicitudinis debeat relevari: & nos, prout posuimus, respondemus, quod Archidiaconus (secundum statuta B. Ildori) imperat Subdiaconis & Levitis: paræciarum sollicitudo & earum ordinario ad ipsum pertinet: & audire debet jurgia a singulorum. §. 2. Archipresbyteri autem, qui a pluribus Decani nuncupantur, ejus jurisdictioni se noverint subiacere. §. 3. Secundum vero Romani ordinis constitutionem major post Episcopum, & ipsius Episcopi Vicarius reperitur: omnem sollicitudinem & curam, tam in Clericis, quam in Ecclesiis eorum (prout melius secundum Deum poterit) impendendo, cum super his sit redditurus rationem in districti examinis judicio. §. 4. Item in epistola B. Clementis Papæ præd. nost. oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, ut loco Episcopi per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet: nisi adeo fuerint ardua negotia, quod absque majoris sui præsentia, nequeant terminari. §. 5. In quadam vero nostra constitutione jam alia vice nos meminimus expressisse, quod in iurisdictione corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam Clericorum si fuerint ad sacros ordines promovendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus observandum, ut qui beneficiis Ecclesiasticis præficiendi fuerint, a suo prius examinentur Archidiacono, & per ipsum postmodum Episcopo præsententur. §. 6. Subsequenter postea quævis, utrum Decani rurales, qui pro tempore statuunt, ad mandatum tuum solum, vel Archidiaconi, vel etiam utriusque institui debeant vel destitui, si fuerint amovendi; Ad hoc breviter respondemus, quod cum ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debeat, & cum commune eorum Decanus officium exerceat, communiter est eligendus, vel etiam amovendus

C A P. VIII.

Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.

Idem Innoc. III. (an. 119. Roma in Venetiam.)

Significasti: (& infra.) Interdicas Archidiacono tuo ne sine conscientia tua & auctoritate literas suas promovendi concedat. Et eis etiam districte e prohibeas, ne ad ordines audeant convolare. Qui si contra prohibitionem tuam venire præsumperint, executionem a eis ordinum susceptorum totaliter interdicas.

C A P. IX.

Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos, & ponit Prælatos in sede.

Idem Mediolanen. Archiepiscopo. (an. 1198.)

Perusio in Insubriam.)

UT nostrum: e (& infra.) Nec fuit sufficienter probatum, quod Cancellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata, cum ea potius de jure communi ad Archidiaconi spectent officium: representare g videlicet ordinandos Episcopo, & illos examinare, ponere Abbates & Abbatissas in sede.

C A P. X.

Archidiaconi in monasteriis jurisdictionem non habent, nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.

Honotius III. Abbati Ariminen. Trecent. diaconis, & Archidiacono & Decano S. Stephani Trecent. (an. 1220.)

^a Non tamen judicant Archidiaconi causas matrimonii & criminum. Concil. Trident. Sess. 24. decr. de reform. c. 20. §. ad hæc. nec causas concubinarum. Idem Concil. Trident. c. 12. b Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. c. al. differat. d In vestustitate. Executionem eis ordinum totaliter susceptorum interdicas. e Prodeat de vultu Dei iudicium, & c. infra, cap. ut nostrum de appellatione. & c. ut nostrum. ut Eccles. benef. sine diminut. §. Cap. 3. eod. tit. in 4. comp. g In vestustis, præsentare.

Dilecto filio: (& infra.) Ad petitionem Archidiaconi Senon. conquerentis, quod Abbas & Conventus monasterii sancti Petri Senonens. procuratorem a annuum: & quædam alia, ratione sui Archidiaconatus ad ipsum spectantia, exhiberi sibi contra iustitiam denegabant: Abbati sancti Crispini & collegis ejus dedimus in mandatis, ut audirent causam, & sine debito terminarent. Coram quibus petit prædictus Archidiaconus, ut cum monasterium intra metas sui Archidiaconatus sit situm, Abbas & Monachi, sibi obedirent in his, quæ pertinent ad jurisdictionem, correctionem, & visitationem, ad jus (ut dicebat) Archidiaconale spectantes, videlicet ut coram se conquerentibus responderent, citati etiam venirent ad ejus præsentiam: & ejus mandata e honesta & sancta secundum Deum, de correctione excessuum, & aliis, quæ Archidiaconi solent & possunt rationabiliter injungere, audituri, & (salva sua regula, & Abbatis sui debita obedientia) servaturi. Petit insuper, ne de cætero facerent aliquos de Senon. d ballivia, eo prætermisso, coram officiali Senonens. Archiepiscopi conveniri; afferens illos prius debere conveniri sub ipso, quam coram officiali prædicto: specialibus ipsius Archiepiscopi & hominum, ac familiarum suarum causis duntaxat exceptis: (& infra. a) Ideoque dixer. v. mandamus, quatenus per majores Ecclesiæ Senonens. Canonicos, qui habere debent de hujusmodi consuetudine notitiam pleniorum, super his sollicitè veritatem inquiretis: & nisi vobis constiterit præfatum Archidiaconum, vel prædecessores ipsius de pacifica sic obtemperata consuetudine jurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in hujusmodi Abbatis hæctenus habuisse, præfatum monasterium ab ejus impetitione penitus absolvatis, perpetuum super hoc ipsi Archidiacono silentium imponentes. Si vero de præmissis constiterit per eisdem, eandem jurisdictionem duntaxat adjudicantes eidem, in monasterio prædicto, quam ipsam vel prædecessores suos in monasterio ipso, vel in eisdem Abbatibus habuisse constiterit, super aliis perpetuum ei silentium imponatis.

(a Lite ergo super præmissis coram præfatis iudicibus legitime contestata & auditis ab eisdem hinc inde præpositis, iidem iudices de utriusque partis assensu causam ad examen Apostolicum remiserunt. Ipsi ergo Alber. & Archidiacon. in nostra præsentia constituti, nos attendentes eorum consuetudinem esse super Archidiaconorum jurisdictione diversas, cum in hoc casu nesciremus consuetudinem, quam in Abbatis Senonens. ordinis præfati monasterii usitur Archidiacon. Senonens. finalem nequivimus habere in hujusmodi questione processum. Valentes autem, ut eidem questioni finis debitus imponatur, causam ipsam vobis de ipsius Abbatis & procuratoris assensu duximus committendam.)

TITULUS XXIV.
DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

C A P. I.

Archipresbyter civitatis subest Archidiacono: & principaliter præest Presbyteris, & Presbyteralibus officiis.

Ex Concilio Toletano.

UT Archipresbyter e sciat se subesse Archidiacono, & ejus præceptis, sicut sui Episcopi obedire,

^a Est autem procuratio, necessariorum sumptuum exhibitio, quæ debetur Prælati diocesani, subditis visitansib. b Idem. c Quid in visitatione præstare debeant. Prælati, tradit Concil. Trident. Sess. 24. de reform. cap. 3. d Archiepisc. & Burch. l. 3. c. 50. lvo part. 6. cap. 20. & c. l. eod. tit. in 1. compil. Ildori. in epist. ad Leudefredum Episcopum Cardnens. & Graf. dist. 25. cap. 1.

dire, & quod specialiter ad ejus pertinet ministerium, & super omnes Presbyteros in ordine Presbyterali & positos curam agere animarum, & assidue in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem ejus Missarum solennia celebret, & Collectam dicat, aut cui ipse injunxerit.

C A P. II.

Ad idem.

Leo Papa. c.

Ministerium d' Archipresbyteri in eo constituitur, ut diligenti cura provideat ministerium Sacerdotum & Cardinalium, qui solenne debent agere officium in communicatione corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi, a festo sancto die Dominico incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perleverent, ut opus Dei digne & sancte perficeretur ab eo, cui committitur: (& infra. β) §. 1. Provideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium, præceptis sui obtinendo Episcopi, ne aliquando cedant, aut scurilitate torpent: (& j. γ) §. 2. Si Episcopus defuerit (exceptis his, quæ prohibita sunt) Archipresbyter provideat cuncta, quæ in Sacerdotum ministerio perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, poenitentem infirmum (consulto Episcopo) reconciliare, poenitentiam cunctis aliis Sacerdotibus injungere. §. 3. In præcipuis festivitatibus, aut ipse celebrationem Missæ solenniter impleat, aut ad sui iussione, cui committitur, peragat veneranter.

α Leo Papa) IX. Ivo p. 2. c. 85. can. 1. & can. parata, & can. compatimur. de consecr. dist. 2.

(β Sed reminiscantur, quod iabia Sacerdotum custodiunt scientiam, & iustitiam, & regem requirunt ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.)

(γ Verens sententiam illius sapientissimi viri, ubi dicitur, Maledictus homo, qui negligenter agit opera Dei.)

C A P. III.

Declaret, quod sit officium Archipresbyteri Civitatisensis. Anton. de Butr.

Idem.

Officium f' Archipresbyteri de urbe constat, quando ibi Prælat defuerit, vice ejus officium inchoare, benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare, Missam, quando voluerit cantare, vel cui de Sacerdotibus iusserit. Quando vero Episcopus Missam canit, debet præcipere Sacerdotibus, ut induant se vestimentis sacris, & qualiter ad Missam procedant. Debet enim præcipere Custodi Ecclesiæ, ut in sacrario Eucharistia Christi propter infirmos non desit: debet infirmis providere, & providendo præcipere Sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirmatione corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi moriantur: confessiones peccatorum & eorum, qui a foris h'venerunt, recipere cum omnibus Sacerdotibus, & exinde per provisionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum, omnia a Sacerdotibus per iussione i illius fiant.

C A P. IV.

Archipresbyter ruralis Presbyterorum & Laicorum plebania sua curam gerit: contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest.

a Officium h' hac vox, presbyterali, deest in antiquis. c deest vox, animarum, in antiquis. d C. 1. eod. tit. in 1. compil. vide Conc. Trid. infra citatum. e Sacerdotes Cardinales hoc loco non urbis tantum Romæ sed aliarum etiam civitatum primos interpretamur, quibus tituli, id est, parochia committuntur. f C. 3. eod. tit. in 1. compil. Concil. Trid. Sess. 5. de reform. cap. 5. salubriter addit: Ut Archipresbyteri alii curam animarum haberentes, populo prædicent Dei verbum. g alii d' fororum, h venerunt. i alii, provisionem.

Idem ex Synodo a Ravenna habita.

UT singule b plebes Archipresbyterum habeant propter assiduam erga populum Dei curam, singulis plebibus Archipresbyteros esse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam juxta circumspectione custodiat, & qua unusquisque industria divinum opus exerceat c, Episcopo suo renunciet. §. 1. Nec contendat d Episcopus, non egere plebem e Archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quia etsi valde idoneus sit, decet tamen, ut sua onera partiat: & sicut ipse matri Ecclesiæ f præest, ita Archipresbyteri præsent g plebibus, in nullu titubet Ecclesiastica sollicitudo: cuncta tamen referant ad Episcopum nec aliquid contra ejus decretum h ordinare præsumant.

TITULUS XXV.

DE OFFICIO PRIMICERII.

C A P. UN.

Ponit ea, quæ spectant ad officium Primicerii. Anton. de Butr.

Idem i in libro Romani ordinis.

UT Primicerius k sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipresbyter, & ad ejus curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positus, ut ipse disciplina & custodiæ insit, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, & ut ipse Diaconis donet l lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, ut in quacunque re capacem sensum habuerit, absque ulla vacet negligentia, aut a quo ipse iusserit, instruantur. m

TITULUS XXVI.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

C A P. UN.

Ex Concilio Toletano.

UT sciat n se Sacrifia subiectum Archidiacono, & ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, nec non, quæ ad luminaria pertinent, sive in cera, o sive in oleo.

TITULUS XXVII.

DE OFFICIO CUSTODIS.

C A P. I.

Ponit, quæ spectant ad officium custodis. h. d.

Ex libro Romani ordinis i

Custos Ecclesiæ p, cui ea, quæ Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet ut sui Archidiaconus iussione in cunctis obediat, in canonicis horis signa rintinabulorum pulsanda, ipso Archidiacono jubente, a eo pulsentur, pallia vel linteamina altaris, seu cuncta utensilia Ecclesiæ indefinenter custodiat,

a al. Roma habita a Joanne Papa XII. & a Lamberto Imp. sed hic putarem Joannem LX. sive X. scribendum. Is enim Synodum Ravenna celebravit. Leo enim antiquior fuit. Al. ex Concilio Triburienfi. b C. 4. eod. tit. in 1. compil. c al. & Episcopo. d al. obrendat. e al. plebes. f deest vox Ecclesiæ. g præsent. h al. doctrinam. i al. Item ex. k C. 1. eod. tit. in 1. compil. lvo p. 6. c. 20. Grat. canon. perlecti, 25. dist. Pann. l. 3. c. 41. Ita omnibus manuscrip. donet lectiones ad nocturna officia. m al. instruantur. n C. 1. eod. tit. in 1. compil. & lvo p. 6. c. 20. o Hæc postrema verba in nonnullis desunt. p Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

dias, lampades & lateras in accendendo, seu extinguendo pervigil existat: ne a ut supramodum lucendo oleum deperat, aut minus lucendo obscurior sit Ecclesia: sed omnia cum discretione b agantur: quæ noscitur omnium virtutum esse mater. §. 1. Si vero is minus idoneus ad hoc persurgendum extiterit, ab Archid. coercatur, ut se emendet. Si autem indomitus permanerit, Archid. Episcopo denunciando provideat, ut indecentem ejecto, aptus domui constitatur minister, ut omnia in laudem Dei fiant.

C A P. II.

Ad idem.

Ex Concilio Toletano.

Custos sollicitus e debet esse de omni ornamento Ecclesie, & luminariis, sive incenso, nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu Archid. sonare, & omnes oblationes seu elemosynas, seu decimas (cum ejusdem tamen consensu absente Episcopo) inter fratres dividat. §. 1. In his tribus Ecclesie columnis (ut sancta sanxist Synodus) consistere debet alma Ecclesia: ut ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores esse viderint, ut nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur: hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos, simul juncti, uno animo provide pergant, & perfecte, & non sit invidia neque zelus inter illos.

TITULUS XXVIII.
DE OFFICIO VICARII.
CAPUT I.

Vicarius si beneficium curatum postea sit adeptus, Vicaria privabitur.

Alexander III. Episcopo Norvic. & G. Archidiacono (an. 1165.)

Audientiam d nostram pervenit, quod G. Presbyter Monachos de Ramesia & petendo Vicariam Ecclesie de Burnel. f a qua viginti annis retrocessit, in diversis postea Ecclesiis personatum adeptus, fatigare præsumit. Quia igitur non est canonicum g, ut qui curam animarum in diversis habet Ecclesiis, Vicarius in alienis existat: mandamus, quatenus (si ita est) prædictum Presbyterum a petitione supradictæ Vicariæ desistere compellat.

C A P. II.

Plures Vicarias quis habere non potest.

Idem Eliensis Episcopo. P. C. (1170.)

Provideas b attentius ne in Episcopatu tuo patiaris aliquem plures Vicarias habere: Quia cum Vicarii teneantur personis, & Ecclesiis deservire, alienum est ab ordine juris, ut Vicarium qui habeat præter unam.

C A P. III.

Perpetuus Vicarius per Episcopum institutus, per Rectorem removeri, vel portione sua fraudari non potest.

Idem Vinsoniensi Episcopo. (an. 1175.)

Ad hæc i si persona alicujus Ecclesie Vicario, quem in eadem Ecclesia instituit, de assensu & auctoritate dioecæsi Episcopi certam assignaverit portionem i is, qui persona illa defuncta in personatum illius substituitur, non potest eundem ab Ecclesia removere, vel af-

signatam sibi minere portionem: Nisi aliquid committat, propter quod per judicem in Vicaria sit, vel beneficium condemnandus.

C A P. IV.

Vicarius non potest substituere vicarium.

Idem Norvicensi Episcopo. (an. 1178.)

Clericos a in Presbyteratu, vel in aliis inferioribus ordinibus constitutos, in Vicariis Ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absonum & absurdum.

C A P. V.

Vicarius Papa in urbe jurisdictionem habet, non extra urbem.

Innocentius III. Abbati S. Eugen. & Plebano S. Petri. (an. 1206. Roma in Hetrur.)

Sua b nobis: (& infra.) Nos igitur Vicarii literas assignantes per surreptionem obtentas e: Quoniam jurisdictione Vicarii d, quem Romanus Pontif. in urbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter concessum: præsertim cum ipse moratur in sua provincia specialis, videlicet inter Capuanam occasionem & Pisanam. Mandamus, quatenus quicquid occasione litteratum illarum actum est, in irritum revocetur.

C A P. VI.

Compelluntur Vicarii ordinarii Ecclesiis deservire, & per subtractionem proventuum & Vicariarum.

Honorius e III. Vigor. Episcopo. an. 1220.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis (& infra.) Mandamus, quatenus perpetuos Vicarios, ut in Ecclesiis, in quibus Vicarios obtinent, residant, & se in Presbyteros (ut f eorum cura exigit,) faciant promoveri, per subtractionem proventuum vel ipsarum Vicariarum compellas.

(a Quod quidam in Ecclesiis, in quibus perpetuas obtinent Vicarias, debitam residentiam facere, ac in Presbyteros promoveri contemnunt. Nolentes igitur abusus hujusmodi, sicuti nec debemus, aequanimiter sustinere, f. r.)

TITULUS XXIX.
DE OFFICIO ET POTESTATE JUDICIS
DELEGATI.

C A P. I.

Delegatus Papa potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios, qui suam jurisdictionem impediunt.

Alexander III. Londonensi Episcopo. (an. 1165.)

Quia quæsitum g est, quod faciendum sit de potestatibus, quæ h eam præcipimus alieni justitiam exhiberi, minis ac terroribus conquirentes filere compressunt, & sic mandatum nostrum i eludunt: sic tibi respondemus, quod sicut agentes & contentiones pari poena (scripturæ testimonio) puniantur h: sic tam eos, qui trahuntur in causam, quam principales eorum fautores (si eos manifeste cognoveris justitiam impedire) districtione Ecclesiastica potestis coercere.

C A P. II.

Cum diversa litera sub eadem data & forma contraria impetrantur, & presentantur a diversis ad eosdem Judices, supersedetur utriusque, donec consulatur Papa.

Idem

a In codice Barbata ita: ut ne contra modum lucendo oleum Ecclesia deperat. In alio ita: ne ut supra modum lucendo oleum. G. b cum discretione in Ecclesia agantur. c C. 2. eod. tit. in 1. comp. d Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post. Conc. Later. sub Alex. III. part. 30. c. 5. e al. Dummesia. f al. Burnelia. g Conc. Trid. Sess. 55. in decr. de reform. c. 4. & Sess. 24. de reform. c. 16. h C. 3. eod. tit. in 1. comp. i C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post. Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 39. c. 16.

a Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & post. Concil. Lateran. p. 39. cap. 1. b C. 1. eod. tit. in 3. comp. al. incipit, Tua nobis. c vide l. fin. eum ibi not. C. si a non comd. jud. d Et de Vicariarum jurisdictione i vide Concil. Trident. Sess. 24. de reform. cap. 16. e al. Innocent. III. fearum. g Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post. Concil. Lateran. p. 7. cap. 2. h qui i eliditur. Rom. c. 1. k vide l. jubemus. §. æcetonimus, cum vulg. C. de Episcopis & Clericis.

Idem Alex. III. Bononiensi a Episcopo.

(an. 1166.)

Sane si a b nobis super aliqua causa litera impetratur, & alia postea (non facta mentione priorum literarum) litera opponitur, si iudicibus innotuerit, donec Romanum Pontificem consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni superferant utrarumque: Ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri.

C A P. III.

Delegatus Papa impeditur, subdelegare potest causam, qua sine ipso commode terminari potest.

Idem Episcopo c Londonen. (an. 1166.)

Si pro d debilitate, vel pro qualibet alia gravi causa e, vel necessitate, tractandis causis, qua tibi a fede Apost. committuntur, interesse non poteris: liberum tibi sit personam discretis & idoneis vices tuas committere: Ita tamen, quod si res tanti est, te consulere debeant: Nisi forte causa ita graves sint, quod sine praesentia tua non possint commode terminari.

C A P. IV.

Si causa committitur intra certum diem decidenda, nisi partes prorogent, per lapsum diei expirat iurisdicatio.

Idem V. f Carnoten. electio. (an. 1167.)

De causis g qua intra certum terminum decidenda committuntur, hoc tuum volumus cognitionem tenere, quod nisi dies ab Apost. sede praefixus de communi consensu partium protogetur, eo transacto mandatum expirat.

Ubi certa poena per jus statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. h. d.

§. 1. Illis etiam qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut suo super his parere iudicio neglexerint: si tale fuerit negotium, quod certa exinde poena in canonibus exprimat, eandem infligas, alioquin ipsos pro delicti, qualitate & causa secundum tuum arbitrium punire procures.

C A P. V.

Per simplicem commissionem causa, potest delegatus citare, consumacem punire, & reliqua facere, qua spectant ad causam.

Idem Archiepiscopo i Senonensi. (an. 1167.)

Praterea k super hoc, quod nos consulere voluisti, utrum liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem, ut veniat, aut damnare, si non venerit? Hoc tibi auctoritate praesentium innotescat, quod postquam ei causa, licet simpliciter delegatur, satis potest nostra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces severitate Ecclesiastica coercere, etiam si litera commissionis id non contineant, aut partes l mandatum nostrum non habeant, ut accedant. Quia ex eo, quod causa sibi committitur, super omnibus, qua ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

C A P. VI.

Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur.

Idem m Vinsoniensi Episcopo. (an. 1168.)

Quamvis n sumus: (& infra. a) Si vero duobus causa committitur, etiam si non apponatur, ut unus

sine altero procedat in ea, nihilominus unus ex ipsis, sine suo iudicis, sine alii, vices suas potest committere a in hac parte.

(a Multiplicitate negotiorum impliciti, & gravibus diversisque sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit propter debetum commune r. frat. & dilectio, qua personam suam diligimus, tuis consultationibus respondere, ne videamur indiscussa relinquere, qua a nobis enodanda tua voluit discretio praesentare. Innotescat itaque sollicitudini tua, quod iudex a nobis delegatus causam sibi commissam potest alii delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut ut audiant allegationes & rationes recipient, & sententiam sibi ut referent, vel horum aliquid tantummodo faciant iuxta voluntatem & beneplacitum delegantis, quanquam non possit eandem causam alii appellatione postposita delegare, & si tibi sit appell. re. commissa.)

C A P. VII.

Delegatus Papa exequitur sententiam suam, quam exequi non potest: aut non vult is, cui eam commiserat exequendam.

Idem Norwicensi Episcopo. (an. 1169.)

Significasti b nobis: (& infra. a) Consult. t. t. r. quod si iudex ordinarius ad mandatum iudicis delegati a nobis non vult, aut non potest (alii resistentibus) sententiam ab eo latam suo effectu mancipare, delegatus iudex eam e auctoritate nostra sibi commissam potest executioni mandare: & si qui sibi resisterint, eos sententia Ecclesiastica coercere.

(a Per literas tuas, quod interdum a iudice delegato frustra super aliqua causa fertur sententia, cum ordinarius iudex eam ad mandatum illius nolit executioni mandare, aut alii resistentibus effectu mancipare non possit. Super hoc)

C A P. VIII.

Si Ordinarius scit eum non canonice institutum, quem delegatus Papa mandat in possessionem induci, non resistit violenter, sed precibus instabit, ut differat, donec Papa consulatur.

Idem (an. 1169.)

Si quando d Clerici coram iudice delegato Praelatos Ecclesiarum, super Ecclesiis, quas tenent in causam traxerint, & coram eodem iudice transactione e vel alio modo Ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos in institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato resistere violenter f, sed apud ipsum instare, ut differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

C A P. IX.

Post diffinitivam executioni mandatam, expirat delegati iurisdicatio.

Idem Brixienti Episcopo. (an. 1170.)

In g literis: (& infra. a) Conf. t. t. r. quod ex quo iudex delegatus per se, vel per alium, sententiam executioni mandavit, vel mandari praecipit, ejus auctoritas & iurisdicatio cessat: Quia semel est officio suo functus.

(a Quas

a Eboracensi. b Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 3. c alias, Lunen. d Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. cap. 5. e vox, causa, deest in antiquis. f Idem g. alias, Idem V. Wilhelmo Canon. electio. g Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 6. b fit. i Cenomanensi. k Cap. 6. eod. tit. in 1. p. 7. c. 6. l In C. Barbatie: aut mandatum partes non habens Apostolicum, ut accedant. m al. Vuins. n Cap. 7. eod. tit. in 2. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 8.

a Non tamen potest alium sibi associare iurisdictionem non habentem, infra eod. cap. cum super. b Cap. 9. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 11. c al. ita i eam auctoritate sibi commissa. sed plura et vetustiora ita: causam auctoritate sibi commissa. d Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. p. 7. c. 22. e al. per transactionem. f vide l. nec magistrat. ff. de injur. g Post Concil. Lateran. sub Alex. III. c. 24. et 26. eod. tit. in 1. compil.

*Q*uasi tua nobis destinavit fraternitas, quaestiones quasdam inferuisti, super quibus solutionem tibi a nobis postulasti exhiberi, quarum siquidem una est, scilicet usque ad quod tempus iudex delegatus possit se interponere, ut sciet rei iudicata vel transactioni? Super hoc itaque prudentia tua sal. respondemus)

C A P. X.

*R*eo absente, non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem, non restituet alicui, licet possessionem & dejectionem probare volentem.

Idem Alex. III. Abbati sancti Albini. (An. 1173.)

Roma in Angliam).

Consultationibus a: (& infra. α) Quaesitum est, utrum si aliquis Ecclesia, vel possessione qualibet se afferans absque iudicio & causa rationabili spoliatus, & a nobis ad iudices literas obtinuerit, ut intra certum tempus restitueretur sibi possessio, si constiterit iudici, eum esse taliter spoliatum, possessio debeat ei restitui, cum is, qui tenet Ecclesiam vel possessionem, quam ipse requirit, antequam de literis ipsi aliqua mentio fieret, studiorum, persequationis, vel alia huiusmodi causa se absentaverit, nec intra tempus praefixum b iudici possit suam praesentiam exhibere? Super quo respondemus, quod nec potest, nec debet restitutionem habere, quamvis paratus sit coram iudice delegato, restibus idoneis, possessionem & dejectionem suam probare: nisi is, qui possidet, se per contumaciam absentasset.

(α Singulorum ex ministerio servitutis suscepta cogimur singulari respondere, ut si quid dubietatis vel quaestionis in mente alicujus emerit, ab Ecclesia Romana solvatur, qua inser alias disponente Domino meruit obtinere principatum).

C A P. XI.

Delegatus Papa in causa sibi commissa, jurisdictionem habet super ordinariam, & quemcumque majorem.

Idem c Carnotensi Episcopo. (An. 1175.)

II. Sane quia d nos: (& infra. α) Tua quaestio duximus respondendum, quod iudex a nobis delegatus vices nostras gerit: unde in causa illa superior est & major illis, quorum causam suscepit terminandam e: Ideoque si Episcopus vel alia persona, qua non sit de jurisdictione illius, in causa, quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundum qualitatem facti poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia, a iudice delegato compelli: Ita quod iudex secundum negotii qualitatem temperate procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiae, vel Sacerdotale officium interdicit, aut etiam terram illius, qua ad jurisdictionem tuam pertinet, specialiter interdicto supponat.

(α Consulere in primis voluisti, qualiter a nobis iudex delegatus Episcopum, qui ei non subest, ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, cum causam, qua inter Episcopum & Clericum & Laicum vertitur, a mandato nostro suscepta fuerit terminandam, id)

C A P. XII.

Si primus impetravit primam dignitatem in Ecclesia vacaturam, secundus impetravit secundam dignitatem ipsius Ecclesiae, cum vacaret, et illa postmodum vacat, debetur primo, et non secundo. h. d. & est notabilis decisio.

Idem Eboracensi Archiepiscopo. & Episcopo

Conventren. (An. 1176.)

II. EX parte N. nobis f innotuit, quod cum ad te, frater Conventren. Episcopo, nostras literas impetraverit, ut ei Archidiaconatum, quem in Ecclesia tua primo vacare contingeret, assignares: R. adversarius g ejus alias

ad te, frater Eboracen. literas a impetravit, nulla de prioribus habita mentione, ut si avunculus suus Archidiaconatum, quem habebat in Ecclesia eadem, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores fuissetus, nos pro praedicto N. literas direxisset, pro adversario nullatenus scripsissetus: mandamus, quatenus praefato N. Archidiaconatum ipsius Ecclesiae (si vacat) non habitantibus posterioribus literis assignetis.

C A P. XIII.

Ubi contraria voluntas Papa non apparet, delegatus iuris formam servare debet, et rationabiles exceptiones admittit. Joan. Andr.

Idem Eboracensi Archiepiscopo. (An. 1177.)

II. EX parte b tua: (& infra. α) Quaestio tua taliter respondemus, quod si quando iudici delegato expedit formam sibi statutam servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittit, & in causa iuxta iuris aequitatem procedere. Nisi exprimat in literis nostris quod nulla debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec antecessores nostros credimus unquam c expressisse.

(α Quaesitum est a nobis, utrum cum causam aliquam sub certa forma committimus, iudices delegati formam sibi commissam debeant sequi, ita quod rationabiles exceptiones non admittant? Super quo)

C A P. XIV.

Delegatus facta dignitati non expresso nomine proprio, transit ad successorem.

Idem Abbati et Conventui Majoris monasterii.

(An. 1178. Roma in Galliam).

Quoniam d Abbas Leicestriz, qui suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum praefixit, Abbatem Vincestriz de novo substitutum iudici praemortuo, illi mandato nostro porrecto, quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanavit, sibi socium in causa cognitione adjuncti: Nos sententiam istorum (sicut est iusta) ratam & firmam habemus.

C A P. XV.

Si quaestione de iure praesentandi Papa delegatus appellationem remota, et sub ea forma, ut delegatus ad praesentationem ejus, ad quem viderit pertinere, ordines Ecclesiam, per hoc non habet instituire, sed pronunciare: & is, ad quem pertinet, instituit: & si juri suo detrahatur, licite appellat. Idem (Conomanensi Episcopo).

Super e eo vero quod subjungere voluisti, si de praesentatione Presbyteri inter aliquos quaestione suborta, causam contigerit delegari alicui sub hac forma, ut c constiterit jus, de quo agitur, ad partem alterutram f pertinere, ad praesentationem ejusdem de persona idonea ordinem Ecclesiam, app. rem. an liceat delegato iudici, in seio diceces. Episcopo, Archidiacono vel Archipresbytero reclamante, praesentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesiae mittere: & an si Archipresbyter, vel Archidiaconus vel Episcopus, ad quem institutio pertinet, appellaverit g, eorum sit appellationibus deferendum. Hoc tuam volumus discretionem tenere, quod licet quaestione, qua de praesentatione vertitur, app. rem. committamus alicui terminandam: non tamen est nostra intentionis diceces. Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono praedictum generare; & ideoque praesentandus est illi, qui instituendus fuerit h, & tenebit eorum appellatio, si videntes juri suo detrahi duxerint appellandum, quia non illis i, sed partibus inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.

CAP.

a C. 15. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Lateran. pars. 7. cap. 17. b al. pramissum. c Consuar. Archiep. d C. 16. eod. in 1. comp. et post Conc. Lat. pars. 7. c. 2. e l. generaliter. cum mit. D. de fideiuss. et l. si duo. D. de solus. f C. 17. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Later. pars. 7. c. 21. g Hac duo verba, adversarius ejus, desunt in antiquis.

Jur. Canon. Tom. II.

a vox, literas, in antiquis deest. b C. 18. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. Lat. p. 42. c. 1. c vox, unquam, non est in antiquis. d C. 19. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Lat. p. 46. c. 4. e C. 20. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Later. p. 47. e. 3. f alteram. g appellaverint. h est. i al. illi, sed illis, id est, Episcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero.

fito, ut si ambo interesse nequiverint, alter nihilominus exequatur.

Si reus coram delegato objicit excommunicationem actori, quam non probat intra tempus debitum, auditur actor: si vero probat, delegatus absolvit actorem, si excommunicatus est propter causam sibi commissam: si propter aliam, ad excommunicatorem suum illum remittit: qui si non vult eum absolvere, delegatus Papa eum absolvit, nisi sit de casibus Papa reservandis. h. d.

§. 2. Sexta nobis proposita ex parte tua quaestio continebat, quod cum aliquibus iudicibus causa committitur, & quandoque contingit, quod reus actori objicit, quod stare non potest in iudicio, utpote vinculo excommunicationis adstrictus: si reus non velit statim eum probare excommunicatum, sive non possit, an actor nihilominus audiri debeat, donec super eo, quod objicitur, rei veritas fuerit patefacta? Hanc dubitationem taliter a removemus, quod si ille, qui tale b objicit, statim vel intra terminum competentem non probaverit legitime, quod intendit, actor permitti debet, ut sine officiculo quolibet audiat. Ceterum, si vel ex confessione actoris, vel alio e quolibet modo legitime constiterit esse actorem vinculo excommunicationis adstrictum, a iudicibus delegatis secundam formam Ecclesiae valet absolvi, ita ut si propter aliam justam causam & evidentem ab ordinario iudice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet absolvendus remitti: qui si similitiam adhibuerit, delegati iudices id ritu & Ecclesiastico libere exequantur, dummodo non sit tale genus excommunicationis illius, cujus absolutio sedi Apost. reservetur. Explorati siquidem juris existit, ut delegatis iudicibus, quibus principale committitur, & accessorium committatur.

Absolutis a delegato super causa, pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit seu respondebit super illa causa, nisi sit alteri delegata, & si excommunicator malevole distulerit, delegatus, qui absolvit, cognoscat. h. d.

§. 3. Si vero ab his fuerit, praestito juramento, quod stabit mandato Ecclesiae, absolutus, rursus interrogas, an coram eisdem delegatis, s. vel ordinario, a quo excommunicatus extitit, teneatur super eadem causa, pro qua excommunicatus fuerat, respondere, & quorum debeat iudicio vel mandato stare? In quo casu taliter respondemus, quod coram ipsius excommunicatoribus super illa causa, pro qua fuerat excommunicatus, stare debet, & eorum servare mandatum; nisi specialiter fuerit illud illis & iudicibus a sede Apost. delegatum. Quod si excommunicatores malevole distulerint, tunc delegati eandem jurisdictionem, quam in principali, & in accessorio exercebunt.

C A P. XXII.

Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt. Quod si fecerint, ab eis poterit appellari. Idem si sunt dati cum clausula, quod si non omnes, non enim a lateri processus duorum tertio inconsulto. hoc dicit, comprehendendo utrumque intellectum.

Innocentius III. Rheginem Archiepiscopo, et Episcopo Cephaludensi. h. (an. 1198. Roma in Calabria.)

Cum causa si, quae vertitur inter ven. fr. n. Montis Regalis, & Rosam Archiepiscopos, super quibusdam decimis, Panormitano & Capuano Archiepiscopis, & tibi fratri Rhegin. commissa fuisset a nobis sine debito terminanda, praedictus Archiepiscopus Montis Regalis (sicut accepimus) ad primam Panormitani & Capuani Archiepiscoporum citationem accessit, in quorum prae-

a al. amovemus. b al. taliter tale quid objicit. c aliquo. d scilicet excommunicator. e al. de ritu. f Qui paulo antea absolvit eum. g Vox, iudicibus, deest in omnib. manuscr. et in uno isa: nisi specialiter illud fuerit. in alio isa: nisi specialiter fuerit istud negotium, etc. h al. Cephaludensi. vid. p. 262. 53. 54. epist. Innocentii. Cap. 1. cod. tit. in 3. comp.

sentia excipiendo proposuit, quod pro duabus causis eorum non deberet stare iudicio: tum quia ipsa causa tribus fuerat iudicibus delegata, & idem a ab illis duobus tantum (fratre Rheginem. inconsulto, nec vias tuas super hoc committente) ad iudicium fuerat evocatus, tum quia ante ipsorum citationem & notitiam literarum, pro eadem causa nuncium suum ad Apost. sedem transmiserat, in quo decretalem b Alexandri Papae praed. n. sibi affirmabat apertius suffragari. At iidem Archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes, admittere, contra eum, ut responderet, interlocutoriam sententiam protulerunt: propter quod ad sedem Apostolicam appellavit (et infra. x.) Fratritati vestrae mandamus, quatenus, si vobis constiterit, praedictos Archiepiscopos exceptiones praedictas nullatenus admisisse: non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus praedictus Montis Regalis Archiepiscopus se, postquam nuncius suus propter hoc ad sedem Apostolicam accesserat, asserit spoliatum, praecipue cum eadem tam sibi, quam Ecclesiae suae a sede Apostolica asserit confirmatas, sive per laicalem potentiam, sive per eosdem iudices factum sit, cum fructibus inde perceptis restitui faciat, e audientes postmodum quantum de jure poteritis, quicquid fuerit quaestio.

(*α Nos igitur inquisitionem praedictorum, et decisionem canonicam vestra discretionis examini committentes.*)

C A P. XXIII.

Si duo sunt delegati cum clausula, quod si ambo, & uno recusato, alter solus procedere potest, nec tenet processus, si cum recusato procedat.

Idem Conventus de Conchis, (an. 1199. Roma in Galliam.)

Cum super d Abbatia monasterii vestri e, inter vos & S. quondam Abbatem vestrum, fuisset quaestio agitata, denum super ea ad Lesionem. f Episcopum & Abbatem de Becco nostrae fuerant g literae destinatae: (& infra. x.) Quamvis solus Abbas, antequam appellaretur ab eo, iuxta formam literarum nostrarum procedere potuisset, quia tamen pro eo, quod cum ipso Episcopo interlocutus est, appellationem prius ab eodem Episcopo interpositam non tenuisse, de jure sine ipso, cum b posset & nollet negotio interesse, per consequentiam i confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere, nec suae intentionis exitit, ut sine conjudice suo aliquid diffiniret, & cum eo qui jam Judex esse desiderat, aliquid super praedicto negotio rite disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuo adversantibus, cum noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiverit: quod a duobus factum fuerat k, effectum non potuit de jure obtinere.

C A P. XXIV.

Si iurisdictioni delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus assignavit, post congruam horam peremptorii, iudex non expectat contumacem. Si non expirat, potest expectare in diem alteram, & iterum citare, si vult.

Idem Archiepiscopo Tolitano.

Consuluit nos tua Fratritas, utrum cum ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam, peremptoria citata sunt partes, & earum altera se absentat contumaciter die data, an circa ultimam saltem partem diei tibi sit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius subsequenter, & si expectaveris, utrum contumax iterum sit citandus, cum non fuerit die partibus assignata processum? Nos autem credimus distinguendum, utrum iurisdictioni duret post terminum peremptorium, an expirat

a Ipse. b Hanc habes j. de appell. c. ad hoc sicut. c Vide quemadmodum. cum gloss. C. de agric. & cens. lib. 11. d C. 2. cod. tit. in 3. comp. e al. vestri de Conchis Eboricensis diocesis. f Lexiniens. Lexoviensem. g fuerunt. h dum. i consequens. k fuit. l C. 3. cod. tit. in 3. comp.

E 2

piret in illo. Si durat in diem alteram, æquitate suadente, poteris expectare; necerit pars contumax peremptorio clapo citanda, nisi gratiam fecerit ei benignitas iudicantis. Si autem expiret, nisi partes, cum id noverint, se tibi præsentaverint ea hora, qua congrua possis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium assignasti: extunc exequi poteris, quod intendis, ne frustra judicialis instantia evanescat. Ne vero iudicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia juxta a testimonium veritatis, qui male agit odit lucem. Licet enim secundum consuetudinem, & constitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat b, & in medio noctis desinat subsequenti (unde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxite habendum legalis auctoritas, ac si qualibet parte lucis agatur) nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro discretus Judex in assignatione peremptorii, non debet jurisdictionem suam (nisi necessitas exigat) adeo coarctare. c

C A P. XXXV.

Ex nova causarum ovetur delegatus: etiam post litem contestatam, & alias subrogatur.

Idem Innoc. III. *Abbari de B. Bordellia, & Priori sancti Sepulchri. (an. 1204. Roma in Angliam.)*

Infinuante R. e rectore sancti f Saldati, ad audientiam nostram pervenit, quodcumq; causam, quæ super jure parochiali inter ipsum & T. vertebatur, Vigorien. Episcopo & Coniudicibus suis a nobis obtinuerit delegari, postmodum (licet fuerit in eadem questione procellum) tractu temporis ante diffinitivam sententiæ calculum, idem Episcopus dictum R. in familiarem admisit; sine quo alii Coniudices g (secundum quod in nostris literis mandabatur) in causa procedere non valebant, & alter ipsorum Coniudicum b Officialis est Episcopi supradicti: propter quod adversæ parti poterat suspectus haberi: unde cum tam Episcopus, quam Officialis prædictus (utpote quos idem R. in iudices postularat i, & ipse familiaris eorum postmodum est effectus) ab adversa parte possent merito recusari, decisionem ipsius causæ, vestra petiit discretioni committi. Quocirca mandamus, quatenus si est ita (nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit eorum illo) in causa, secundum priorum k continentiam literarum (ratione prævia) procedatis, alioquin partes ad priorem iudicium revertantur examen.

C A P. XXXVI.

Delegatus Papa sententiam suam exequi potest usque ad integrum annum. h. d. & est casus singularis.

Idem Priori sancti Fridiani, l (an. 1205. Roma in Herreriam.)

Overtenti m quid per censuram n Ecclesiasticum: (& infra.) Si vero delegatus a nobis excommunicet illum, qui rei iudicatæ parere contemnit: licet aliquibus videatur, quod suo sit functionis officio, ut ulterius non habeat ex delegata sibi jurisdictione processum; alii autem dicant, quod iudicatio ejus duret, donec sententiæ pareatur, ut interim absolvere possit parere volentem. Nos tamen per æquitatis sententiam incedentes præsentium auctoritate statuimus, ut delegatus a nobis, non solum usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum a lege reo conceditur, sed usque ad integrum annum jurisdictionem sibi commissam, ad exequen-

dum sententiam valeat exercere: sicut observatur in illo, qui ante litem a contentationem contumax invenitur.

C A P. XXVII.

Delegatus Papa potest principium, medium, & finem causæ conjunctim & divisim subdelegare. h. d. usque ad verum.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo. (an. 1206.)

Super b questionem articulis, de quibus nos consulere voluisti, t respon. quod per constitutionem nostram consultationi Alex. Papæ nullatenus derogatur, sed illa per istam exponitur, imo in ista verius, quæ in illa fuerant prætermissa, suppletur. Ipse namque respondit, quod si super causâ, quæ alicui ex Apostolica delegatione committitur, a personis Ecclesiasticis una vel pluribus, quibus delegatus (ut parcat laboribus partium & expensis) causæ cognitionem ipsius, & testium examinationes, sententia sibi reservata committit, appellatio e fuerit interposita: hujusmodi appellationis intuitu, causam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem statuimus, quod licet is, cui causâ committitur remota appell. non possit eam alius sine provocationis obstaculo delegare, si tamen delegatus a nobis, vel iudex quicumque non tam cognitorem, quam executorem ad aliquem d certum articulum, quempiam deputaverit, ab eo (nisi modum excedat) non liceat appellari, dummodo de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis vel litem exordium, vel causâ finem, nedum totum negotium ei duxerit committendum, ab ipso tanquam a iudice licite provocetur: cum & lis ante iudicem debeat contestari, & causâ per iudicem desinere. Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis præmissæ potest liquide deprehendi) quod, ut judicialis auctoritas liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite possit, & principium, & finem, & medium causæ sibi commissæ, non solum conjunctim, sed etiam divisim alii delegare, e non obstante quod dicitur, quod iudex debet cognoscere per seipsum in principio, in medio, & in fine: cum antequam ferat sententiam, universa, quæ acta sunt in iudicio, investigare debeat diligenter.

A subdelegato cum jurisdictione appellari potest: secus si sine jurisdictione, nisi modum excedat: tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. Abbas.

§. 1. Verum cum totam causam committit alicui, vel principium aut finem ipsius, ab eo tanquam a iudice potest licite provocari. Cum autem alicui medium f tantum committit, ab ipso tanquam ab auditore provocari non potest, nisi mandati fines excedat g, vel merito sit suspectus, unde ne valeat recusari, provide statuimus, ut de partium detur vel recipiatur assensu.

A subdelegato non in totum, appellatur ad subdelegantem: non autem ad primum delegantem: secus si in totum. h. d. usque ad §. quem vtro.

§. 2. Porro cum delegatus a nobis jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debet. Cum autem sibi aliquid de jurisdictione reservat, si causa sit ei appellatione remota commissa, non ad nos, sed ad eum poterit de jure appellari. Unde si forsan appellatur ab eo, cui medium causâ h committitur, sive cognitor aut executor dicatur, vel (quod melius est) auditor, pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito sit suspectus: nihilominus tamen delegatus a nobis juxta consultationem

a Joan. 3. b Vide l. more Rom. ff. de fer. Bart. in leg. aut facta. §. tempus. ff. de pan. & l. hæc verba. in fin. ff. de verb. sign. c Vide Abb. in hunc locum. d al. Boro. al. Bordellis. e c. 4. eod. tit. in 3. compil. f al. Albani. g iudices. h iudicium. i postularis. k priorem. l al. Episcopo Præfinito. m C. 5. eod. tit. in 3. com. n Vide cap. quarensi i. de verb. sign.

a al. ante litem contestatam. b C. 6. eod. tit. in 3. comp. c In causa appellationis multa salubriter cavis Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. & sess. 24. de reform. c. 10. & 20. & aliis locis. d al. discutiendum aliquem. e Vide l. a iudice. C. de iudic. & gl. in l. sape audiri. ff. de offic. presid. f media. g Vide auct. que in provincia cum nos. C. ubi de crim. agi op. h media causa committitur, al. cui media causa committitur.

tionem præmissam, causam poterit definire: ut parcat laboribus partium & expensis.

Auditor datus sine partium consensu, recusari potest ut suspectus, non tamen sine causa. Abbas.

§. 3. Eum vero, quem delegatus a nobis deputaverit auditore, neutra partium poterit recusare, nisi eoram eo justam recusationis causam ostendat. *a*

Si unus ex duobus delegatis Principis cum clausula appell. rem. subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appell. rem. procedere, quod tamen ante acceptationem poterat: et si ab isto fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, etiamsi fuerit subdelegatum non in totum. hoc dicit, secundum intellectum veritorem.

§. 4. Si vero duo sunt a Principe delegati, & unus committit vices suas alteri, ille non potest, nec b debet appellatione remota procedere, nec causam alii delegare c, quamvis in commissione facta duobus contineatur expressum, ut appell. rem. alter possit procedere sine relicto, si non possunt ambo pariter interesse. Quia quod potest ex sola jurisdictione sibi d a Principe delegata, non potest cum jurisdictione sibi a condelegato commissa. Unde si ab eo fuerit appellatum, licet aliquibus visum fuerit, quod ad condelegatum valeat appellari, nobis tamen videtur, quod ad primum duntaxat appellandum est delegantem, propter rationem superioris assignatam.

Si delegatus Papa subdelegat non in totum, pars a subdelegato non poterit appellare, ex eo, quod datus sit sine suo consensu: potest tamen recusari in ostendendo causam justam coram delegato, et tunc delegatus definit: a quo etiamsi noluerit recusationem admittere, appellatur ad Papam. hoc dicit.

§. 5. Ejus ergo appellatio, de quo tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione ad nostram audientiam appellavit, pro eo quod delegatus a nobis reservata sibi definitiva sententia audientiam causæ commisit quibusdam, qui de partium e assensu nec dati sunt, nec recepti: nisi contra eos justam recusationis causam ostenderit, vel paratus fuerit ostendere coram Juce delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores. Qui etiamsi tanquam suspecti fuissent merito recusati, delegatus tamen a nobis nihilominus potuisset, sublato appellationis diffugio, causam judicialiter expedire. Quod si justam recusationis causam noluit admittere delegatus, sed coram suspectis eum litigare f cogebat, a tali gravamine licite potuit g ad nostram audientiam appellare: quodque h post appellationem hujusmodi est præsumptum, judicari debet irritum & inane.

C A P. XXVIII.

Delegatus Papa, nisi malitiose se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem: in coactione tamen desert sua dignitati et personæ. h. d. usque ad §. Item cum totum.

Idem Episcopo Helien. (An. 1207.)

Pastoralis i officii: (et infra. x) Consultationi tuæ h duximus l respondendum, quod cum delegato a Principe jurisdictione dandi iudicem sit a lege concessa (dummodo ipse exonerare seipsum malitiose non querat) potest compellere renitentem, eo quod jurisdictione illa nullius videretur esse momenti, si coercionem aliquam non haberet: Delegatus tamen debet sollicitè providere, ut si personis superioribus (exigente necessitate)

negotium duxerit delegandum, in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ. *a*

(x Diligentia & sollicitudo, quam geris circa executionem mandatorum nostrorum, & zelus tua rectitudinis nos invitant, ut quamvis sumus multiplicibus occupationibus præpediti negotiorum, eis tamen ad horam subtrahimus nosmetipsos, in qua tuis intendamus consultationibus. Consuluis etenim nos tua Sr. discretio, utrum si delegatus a Principe causam sibi commissam voluerit alii delegare, nolentem delegationem suscipere, ad ipsam suscipiendam valeat coardare.)

Delegatus Papa sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, et punire contemnsem acceptare, hoc dicit. Abbas.

§. 1. Item cum totum negotium alii possit committere delegatus, sicut superius est expressum: citationis officium potest cuilibet (discretionem prævia) demandare, ac punire merito contemptorem.

Si Papa sciens commisit appellationem interpositam a suo delegato dato cum clausula, appellatione remota, jurisdictione primi delegati est inserim suspensa, quoad executionem. hoc dicit secundum verum intellectum.

§. 2. Præterea postulasti, si cum a sententia lata auctoritate literarum nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatum, & litera post appellationem ad iudices alios emanaverint, an ad mandatum posterius iudicium executio sententiæ a prioribus delegata debeat retardari, ut priores iudices ipsam neque perse, neque per alios exequantur. Nos autem inquisitioni t. t. r. quod cum appellationis causam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmus recipere, ac jurisdictionem priorum iudicum revocare b, ut interim executio sententiæ suspendatur, donec appellationis merita plenius sint discussa: (et infra.)

Ordinarius ad mandatum delegati exequitur sententiam, etiamsi sciat eam injustam. Abbas.

§. 1. Quia vero sæpe contingit, quod executio sententiæ Ordinario demandatur: quævisisti, an si ipsam injustam esse cognoverit, debeat eam executioni mandare? an sit ei potius subsistendum? Attendentes itaque, quod non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem: respondemus, quod cum ordinarius teneatur obsequi delegato, etsi sciat sententiam illam injustam, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat. (et infra.)

Delegatus qui impeditur die statuta procedere, partem hoc procurantem puniet: et quantum ad diem illam causam commisset, appellatione remota, in odium procurantis, nisi partes negotium prorogent. Abbas.

§. 4. Cum autem sæpe contingat, ad diem, quem iudex delegatus a nobis partibus assignavit, earum altera procurante, ut negotium prorogetur, iudicem ipsum a Rege vel Archiepiscopo evocari. Nos perverforum volentes malignitatibus obviare, decernimus, ut si delegato constitit hoc fuisse alicujus partis malitia procuratum, ipsum puniat animadversione condigna: & (ne aliquod lucrum ex hujusmodi fraude reportet), personæ neutri parti suspectæ, quantum ad diem illum, committat ipsum negotium audiendum, quæ in ipso, appellatione remota, procedat: nisi forte partes consenserint negotium prorogari.

C A P. XXIX.

Subdelegatus a delegato Papa jurisdictionem non habente, potest coercere impediensem. hoc dicit, comprehendendo utrumque intellectum.

Idem Abbati sancti Hilarii c et magistro G. Canon. Tervisino. (An. 1207. Roma in Venetiam.)

Ex

a Vide leg. apertissimi. et l. cum specialis. C. de jud. b Hec duo verba, nec debes, desunt. c Vide leg. a iudice. C. de jud. d sua. e ipsius. f audire, in antiquis. g poterit. h al. quod post. al. quicquid potest. i Ex hoc cap. sumpta sunt cap. pastoralis. infra de offic. jud. ord. esc. pastoralis de jud. Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. k al. saliter duximus. l Textus in l. apertissimi. C. de judic.

Jur. Canon. Tom. II.

a Vide l. capitalium et ibi Bart. ff. de panis. facis quod nos. in l. i. ff. eodem, b Vide sext. in l. i. cum ibi notas. ff. ad Sc. Turpill. c Hilarii Plebano S. Pauli Castell. diocesi. et magistro G. Can. Fusen. Tervisien.

EX literis a Patriarcha Granden. (& infra. α.) Mandamus, quatenus, nisi vobis confiterit, quod literæ, quæ secundo loco ad Archiepiscopos Paduanum impetratæ dicuntur, de prioribus literis ad Primicerium Granden. & Plebanum sanctæ Sophiæ obtentis, expressam fecerint mentionem, ut per secundas primæ appareant revocata: cum primos Judices auctoritate literarum nostrarum jurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodum Patriarchæ, quoad executionem sententiæ, demandare, ex qua coercionem etiam idem Patriarcha receperat: cum hujusmodi demandata jurisdictione delusoria videretur, si subdelegatus hujusmodi coercionem aliquam non haberet: interdicti sententiam ab eodem Patriarcha in Castell. Archidia: promulgatam, pro eo quod ejusdem Patriarchæ executionem impediens, ejus b literas, quibus mandatum prædictorum Judicum nunciabat, legi in publicum non permisit e: tamdiu faciatis inviolabiliter observari, donec eidem Patriarchæ de injuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum. Si vero confiterit primas literas, per secundas legitime revocatas: cum appareat primos Judices jurisdictionem nullam penitus habuisse, & ita constet per consequentiam, Patriarcham ipsum non concessisse jurisdictionem vel coercionem aliquam ab eisdem, prædictam interdicti sententiam denunciatis irritam & inanem.

(α) Accepimus, quod cum dil. fil. Granden. Primicerius & Plebanus S. Sophiæ de Veneris, quibus causa, quæ inter Clericos sanctæ Justine & A. Presbyterum super eo, quod idem Presbyter Clericum se ipsos Ecclesiæ assererat, agitari dignoscitur, a nobis fuerat delegata: mandassent eidem, ut Clericos memoratos, qui per Archiepiscopos Paduan. ad quem fuerat super eodem negotio quoddam a nobis rescriptum obtentum, in quo, sicut asseritur, de prioribus literis mentio non fiebat, denunciati fuerunt excommunicationis vinculo subjacere, nisi prædictum Presbyterum in socium recipere & in fratrem, idem Patriarcha denunciaret anathematis vinculo non ligatos: ipse nolens eisdem iudicibus in hac parte parere, qui nostraungebatur auctoritate, maxime cum ven. fr. n. Castell. Episcopus ipsi super hoc parendum non duxerit: requisitus, Clericis sanctæ Mariæ formose mandatum prædictorum Judicum per suas literas nunciavit, quæ dil. fil. n. Archidiacon. Castell. Plebanus ejusdem Ecclesiæ legi publice coram populo non permisit. & infra. Unde considerans idem Patriarcha Archidiaconum ipsum per tantarum injuriarum excessum, non se tantummodo, sed etiam Granden. Ecclesiam, imo nos ipsos graviter offendisse, tam ipsum Archidiacon. quam præd. Ecclesiam, supposuit interdito. & infra. Cum igitur super præmissis & aliis inter procuratores utriusque partis fuisset coram dil. fil. s. SS. Cosma & Damian. Diac. Card. quem auditorem dedimus eisdem, diutius litigatum, & ipse nobis, qua audierat, fideliter resullisset: quia nobis constate non potuit, us per literas, quæ ad Paduan. Archipr. impetrata dicuntur, cum nobis offensæ non fuerint, revocata fuerint alia litera ad prædictos Primicerium & Plebanum obtenta, causam ipsam vestro examini duximus committendam, per a. L.)

C A P. XXX.

Jurisdictione delegatis, re integra, morte mandatis expirat. Idem Episc. d. Pillaviens. (An. 1208.)

Icet e undique: (& infra. α.) Cum igitur duxeris, requirendum, si causam tribus Judicibus delegamus, apponi in literis nostris illam clausulam facientes: Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus eam f exequantur: & unus postquam commiserit cuidam ex aliis vices suas, de medio sit sublatus, tertius ut suspectus merito recusetur: an collega

a Cap. 8. eod. tit. in 3. compil. b al. ejusque literas. c Vid. l. si quis id quod. ff. de jurisd. omni. jud. d Parmensis. e Cap. 9. eod. tit. in 3. compil. f eto.

superstes suo nomine ac defuncti possit negotium definire? Inquisitioni t. t. r. quod si jurisdictione a suo sibi collega delegata, eo vivente uti non ceperit, quia mandatum hujusmodi, re integra, morte mandatoris expirat, non habet solus officium judicandi: si vero ante mortem illius jurisdictione uti ceperit taliter demandata, vices suas & illius poterit adimplere.

(α) Confluentium negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animam ad curas varias impellere non desinas, fraternitas tamen tua, quam sincera complectimur charitate in Domino, solitudinem nostram ad tempus deponere compellit, quam in exequendis aliis ex debito pastoralis officii gerebamus atque tuam dubitationem Apostolice certificare responso).

C A P. XXXI.

Non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet. Idem Episcopo Bajocen. (An. 1208.)

CUM in jure a peritus: (& infra.) Præterea qua sivi-
fili, cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: auctoritate qua fungor b, injungo, ut talem denunciis excommunicationis sententia subjacere, ac tibi super mandato Apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides e: an mandatum hujusmodi exequi tenearis?

Super quo tibi hujusmodi damus responsum, quod nisi de mandato sedis Apostolicæ certus exiteris, exequi non cogaris, quod mandatur.

C A P. XXXII.

Per procuratorem non habentem mandatum, de re ad rem jurisdictione prorogari non potest.

Idem Paris. & Treven. Episc. & Abbati sanctæ Genovefæ. (An. 1208.)

CUM olim d. Abbas & Conventus Vergiliacens. e sua nobis conquestione monstrassent, quod P. Comes Altiissiodoren. quoddam stagnum, molendinum, & domum in terra eorum construere nitebatur, in ipsorum præjudicium & gravamen, Episcopo & Theaurario Nivernen. commissum causam ipsam. Per quorum literas accepimus, quod lite super petitionibus Ecclesiæ contestata, receptis utrinque testibus, & attestacionibus publicatis, cum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum: Tandem pars Comitis proposuit, quod de damnis in memoribus & rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant, cum in rescripto nostro nulla de damnis & mentio haberetur: (& infra. α.) Judices autem interlocuti sunt b, quod super damnis datis a Comite ad eos cognitio pertinebat. Quo audito, Comes ad appellationis beneficium convolvavit. Unde ipsum Judices evocatum, & nec per se, nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo contrinxerunt: (& s.) Quia vero super damnis datis, antequam lis fuerit contestata, nequaquam ad dictos Judices cognitio pertinebat, cum in rescripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit jurisdictione prorogari, cum procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus, quæ in commissionis literis inveniuntur expressa f, & postquam Comes publicatis attestacionibus intellexit, super his fuisse depositum, protinus contraxit: nos eisdem Judices pronuntiavimus minus huc interlocutus fuisse, ac fædicitum Comitem, qui ob hoc ad appellat. beneficium convolvavit, excommunicationis sententia non fuisse ligatum.

(α) Ad quod inter alia fuit ex adverso responsum, quod cum super omnibus articulis, de quibus testes deposuerant, lis fuisset solemniter contestata, de ipsis cognosc. ac pronunciare Judi-

a Cap. 10. eod. tit. in 3. compil. & est pars Decr. cum in jur. sup. de elec. b tibi injungo. c Vide l. quicumque. ff. de pub. & nor. int. sciendum. ff. de verb. oblig. d C. 11. eod. tit. in 3. compil. e Scribendum Virgiliacensi, vel Veceltac. Gall. Vezelay Ord. S. Bened. diocesis Eduensis. f eorum. g de damno datis, & c. h fuerunt. i Vid. text. in l. 2. & ibi Bart. in fin. ff. si cert. pet. ceterum dictio, & deest in plur. manuscr.

Judices tenebantur. Ad hoc pars. Comitis replicavit, quod & si super damnis a procuratore suo lis fuerit contestata, ei tamen ex hoc non poterat praejudicium generari, cum ad hoc procurator datus non fuisset, sed ad illa duntaxat capitula, qua fuerant in literis commissionis expressa, super casu videlicet, stagno & molendino. Ad hoc parte altera respondente, quod procuratoris factum Comes ulterius impugnare non poterat, quousque post publicationem rescripti minime duxerat revocandum.

C A P. XXXIII.

Qui acta causa relationis Judicium delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa.

Idem Senon. Archiepiscopo. (An. 1209)

CUM a olim Magister S. & B. Archidiaconatum & Praeposituram adinvicem commutassent (& infr.) Verum dictus B. delegatis nostris non deservens, uno verius deleganti, sigilla violavit illorum, & scripta, quae nobis fuerant presentanda, non erubuit aperire. Qui postmodum in nostra praesentia constituit, adversario praesente, in excusationem suam proposuit, quod Judices perperam processerant contra ipsum, cum acta e in scriptis minus fideliter redegissent: unde timens ne literas portaret Uriz, illorum scripta aperuit, & quod suspicatus fuerat, adinvenit. Sane si quod expeditur melius notavisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideleter presentasset, & ostendisset causam suspicionis propositae coram nobis. Præterea cum non conquereretur de Judice, quem ei proprio motu concessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat eligendum, & Judices suas nobis per eum literas destinassent, de ipso pariter conquerentes: verbis ipsius fidem non duximus adhibendam: sed ut in hoc saltem puniretur, in quo peccaverat, contra acta Judicium, quae temere violarat e, ipsum (sicut nec debuimus) nolimus exandire: ne videretur dolus suus ei patrocinium attulisse.

C A P. XXXIV.

Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adjunctum per literas subreptitias, nec ipsius subdelegatum. hoc dicit, secundum unum intellectum. Vel sic: Delegatus subdelegatum collegae impediri non tenetur admittere, si in rescripto est clausula: quod si ambo, &c. hoc dicit, secundum alium intellectum.

Idem Abbati, & Capellano sanctae Mariae Bononiensis.

(vel de porta Ravennat. An. 1209.)

CORAM f dilecto filio M. Diacono Cardinali (quem tibi & N. Nuncio, & Clerico sanctae Agathae adversario tuo, qui cum instrumentis ejusdem Ecclesiae, sed absque literis de ratihabitione, ad Apostol. sedem accesserat, sed de rato caverat, sub fidejussoria cautione & concessimus audirem): proponere curavisti, quod cum quidam in parochia sanctae Mariae, in honorem beatae Agathae Ecclesiam construxisset, Alexand. Papa i praeced. nost. causam super hoc Abbati sancti Stephani, & Priori sancti Victoris commisit terminandam: qui pro Ecclesia S. Mariae diffinitivam sententiam protulerunt: verum Capellanus sanctae Agathae sententiae parere contempsit. Cumque super eadem causa coram Ferrarier. Episcopo, per annum disceptatum fuisset, pars Ecclesiae sanctae Agathae horum veritate suppressa, magistrum L. Bon. Canonicum obtinuit eidem Episcopo in causae decisione adungi: qui cum causa interesse non posset, praedictus

Episcopus, cui per sequentes literas mandabatur, ut si ambo interesse non possent mandatis Apostolicis exequendis, ea ipse nihilominus adimpleret: sententiam praedictam confirmavit: (& infra a) Nuncios vero Ecclesiae sanctae Agathae inter alia proposuit, quod cum dictus magister L. vices suas alii delegasset, Episcopus admittere noluit subdelegatum, sed post appellationem ad nos interpositam solus in causa cognitione processit: (& i. b.) Sed contra fuit responsum, quod Ferrarier. Episcopus solus procedere potuit, cum in ultima commissionis literis fuisset infernum, quod si ambo interesse non possent, praedictus Episcopus nihilominus exequi procuraret: quod non intelligitur, ut si per se, vel per alios interesse non a possent: quia id raro b, vel nunquam contingeret, sed si non posset personaliter interesse. Idem igitur Cardinalis latam ab eodem Ferrarier. Episcopo sententiam confirmavit, & adversa parti super hoc perpetuum silentium duxit imponendum. Nos ergo, quod ab eo factum est, auctoritate Apostolica confirmamus.

(a Capellano S. Agathae sub pena excommunicationis injungens, ut nullam parochianorum tuorum infra certos terminos commorantium ad officia divina, vel Ecclesiastica reciperes sacramenta. Ad haec d. Hugolinus ex adverso respondit, quod olim Archiepiscopus de Pastino a praedicto Alex. p. p. n. Indulgentiam impetravit, ut in viro Castellionis, in quo super excreverat populi multitudo, Ecclesiam de novo fundaret. Unde tunc Bononiensis Episcopus de mandato ejusdem p. n. & locum signavit, & primum lapidem benedixit, & in fundamento secundum consuetudinem collocavit: capellam in eodem loco constructam cum tota parochia, quam usque hodie habet Ecclesia de Pastino, per 20. annos iuste possedit, quam sel. rec. Cal. p. p. n. eis suis literis confirmavit, & nos sub nostra protectione recepimus constitutam nobis ab eodem Archiepiscopo consuetam, Verum olim quidam Canonicus regularis ab Archiepiscopo de Pastino, ut divina in eadem celebraret officia deputatus, praeter auct. Archiepiscopi & Capituli de Pastino, coram praedicto Abbate S. Steph. & Priore S. Vict. ab illis citatus apparuit, sed coram illis iudicium non subivit. Imo ab ipsis tanquam de ratione suspectis, quia praedictam voluerunt sibi parochiam vindicare, ad nostram duxit audientiam appellandum. Idem autem Judices nondubitanter mandati fines excedere, tam super novo quam veteri populo sententiam protulerunt, cum secundum tenorem literarum directarum ad eos non potuissent nisi de veteri iudicare. Postmodum vero memoratus Canonicus contra voluntatem sive prohibitionem Archiepiscopi sui coram Ferrarier. Episcopo comparens, sub eo aliquantulum litigavit, sed tandem comperto, quod utrovis familiares ejus ei essent adversi, praedictum L. ei fecit adungi, qui cum)

(b Unde contra primam sententiam allegabat, quod de commissione ad primos Judices impetrata ad Archiepiscopi notitiam nil pervenit: quia Judices post appellationem legitime interpositam processerunt, & quod fines mandati fuerunt in processu transgressi: contra secundam vero similiter proponebant, quod Canonicus regularis, qui coram Ferrarier. Episcopo litigavit, non solum non fuerat procurator datus ad eam, sed etiam contra prohibitionem Archiepiscopi liti se praesumpserat immiscere, quod Ferrarier. Episcopus solus processerat, cum non ei soli causa fuerat delegata, & collega ejus, etsi causa nequiverit interesse, aliam commiserit vices suas, & post app. etiam ad nos interpositam idem Ferrarier. pro Ecclesia S. M. sententiam promulgavit. Ad haec autem pars altera replicabat, quod praedicta stare non poterant, cum credi non debeant, quod a Judicibus illi pars appellaverit adversa, ad quos nec sciverat, nec audierat commissionis literas emanasse. Præterea cum in literis commissionis appellationis fuisse obstaculum

a Cap. 1. De rerum perm. in 3. comp. unde vero narratio facti peti potest. b processerunt. c al. & acta. 2. Reg. 11. d Haec clausula, motu proprio quod operetur, tradit Felin. cap. nonnulli. De reser. & las. Gabrielus in com. concl. tit. de clausul. concil. 2. e violavit. f Cap. 1. de paroch. & al. paroch. in 3. comp. g Infrero, quod Clericus comparere pro altero, si non probat plene de mandata, tenetur de rato. concor. Auth. gener. C. de Episc. & Clericis. h In C. Barreconfit. proponere curavisti. i de res. Papa, in antiquis.

a Posset. b Vide leg. jur. cum l. seq. C. de postul. & l. nam ad ea. ff. deleg.

partibus interclusum, appellationi interposita non fuerat defendendum. Insuper cum sicus adversarius suis in iure confessus, & si pars eius, qui ut prosequeretur appellationem, literas impetravit, non fuerit tamen illis usque, pro eodem haberi debeat, ac si non fuerit profectus. Unde sententia iam transierat in rei iudicata auctoritatem, & si contra ius litigantis prolata fuisset. Cum autem nec litera commissionis ad iudices primos obtenta presentetur in iure, nec aliter legitime demonstretur formam mandati iudices excessisse, pro sententia potius est presumendum. Quod dicitur ex adverso, quod Canonici ipse non fuerit procurator, non nocet, cum ipse procurator licet coram eod. Ferrar. Episc. contestando factus fuerit Dominus litis, qui generalis ab ipsius fundatione Ecclesie procurator fuit, & sic agebat, & constabatur, ac si vere nova capella Dominus extitisset: presertim cum in causam non tam Ecclesie nomine, quam proprio traheretur, utpote qui parochianos ad iudicatos Ecclesie S. M. ad divina recipi-bar officia, & exhibebat eis Ecclesiastica sacramenta. Præterea, cum ad Archiepiscopum notitiam pervenisset, causam ipsam fuisse Ferrar. Episc. delegatam, si per canonicam illum volebat subire iudicium, ad causam agendam deberat alium destinare, quod cum non fecerit, ejus est negligentia imputandum, imo malitia potius, qui se commission. nostr. visus fuerit evadere.

C A P. XXXV.

Locus ad quem reus secare accedere non potest, & Canonici in causa Canonici delegatus, recusari poterit.

Idem Innoc. III. Preposito S. Dominici Subdiacono nostro. (An. 1210. Roma in Liguriam).

CUM R. a Canonico Januen. causam, quæ inter ipsum ex una b parte, ac P. civem Januen. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem civis propter multas & graves inimicitias civitatis suæ, in tua nequeat presentia comparere: Mandamus, quatenus supradicto R. hujusmodi optionem relinquis, ut exceptis Canonici Januen. (quos cum sint ejus socii, merito habet pars adversa suspectos) in civitate, vel diocesi Januen. in qua sunt multi viri providi e, iudicem eligat, coram quo questio terminetur: cui auctoritate nostra districtè præcipiat, ut eandem causam juxta rescripti a te d obtenti tenorem appell. rem. sine debito terminare procuret.

C A P. XXXVI.

Si mandatur iudici delegato, ut illum absolvas, qui dicit se injuste excommunicatum, ante probationem illum absolvere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronuntiationem admittet.

Idem Rothomagensis Archiepiscopo. (An. 1210.)

CUM contingat e interdum, quod Laici: (et infra.) Insuper requisiti sumus, cum quis conqueritur in se a suo Episcopo post appell. ad nos legitime interpositam, vel alias injuste excommunicationis sententiam promulgatam, & nos iudicibus damus in mandatis, ut si est ita, juxta formam Ecclesie abolitionis beneficium illi impendant, vel eandem sententiam denuncient esse nullam, ac Episcopus paratus sit probare se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel alias iuste hujusmodi sententiam protulisset, an probationibus non admittis liceat iudicibus excommunicatum absolvere, vel denunciant sententiam esse nullam? Ad quod r. quod cum quis conqueritur, se post appell. ad nos legitime interpositam excommunicationem fuisse innotatam, semper utriusque b partis probationes sunt admittendæ, antequam ad decernendum super hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolute indigeat conquerens, vel

denunciandus sit potius non ligatus. In eo vero casu, cum excommunicatum quis se asserit injuste, vix vel nunquam est ejus (antequam absolutus fuerit) probatio admittenda, nisi tunc tantum, cum asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: ad quod probandum admittitur, antequam abolitionis gratiam consequatur. Verum si proponat se simpliciter excommunicatum injuste, ac Episcopus ad probandum, quod iuste ipsum excommunicavit, suas postulet probationes admitti, non est ante abolitionem ipsius aliquatenus audiendus: cum est pro certo constaret, rationabiliter in illum excommunicationis sententiam promulgatam, nihilominus esset ei absolutio impedienda humiliter postulanti: & ideo in hoc casu illum credimus juxta formam Ecclesie protinus absolvendum: ut sic deum probationibus utriusque partis admittis, utrum iuste vel a injuste ligatus fuerit, decernatur.

C A P. XXXVII.

Si subdelegatus delegati Papa jurisdictione uti cøperit, a delegato removeri non potest: & si fecerit contra mandatum, sive excesserit formam rescripti, processus est nullus.

Honorius III. Messan. & Regip. Archiepiscopis.

(An. 1224.)

Regatus b a nobis olim & fratribus nostris charissimus in Christo fil. noster Fredericus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Sicilia, ut restitueret ven. frat. nostr. Cephaluden. Episcopum, quem spoliarat Ecclesie & alius bonis suis, se id libere facturum viva voce promisit, unde per scripta nostra Venerabili frat. nostr. & c. qua sequuntur hic descripta.

Venerabili frat. nostr. Archiepiscopo Cusentino. dedimus in mandatis, ut Cephaluden. Episcopum e restitui faceret ad Episcopatum, & ad alia, quibus fuerat spoliatus: quo restituito plenarie, & corporalem ac pacificam possessionem adepro, si Episcopus merito esset de dilapidatione suspectus, virum providum & honestum provideret coadjutorem d eidem adjungere e, sine cujus consilio nihil eorum faceret, quæ ad administrationem pertinent temporalem, quoadque veritate comperta duceremus aliter providendum, interim omne alienationis genus eorum utriusque auctoritate nostra districtè interdicens. Porro idem Archiepiscopus corporis infirmitate gravatus, commisit in hujusmodi negotio vices suas, primo Abbati Sancti Spiritus de Panormio, ac demum Thesaurario Cusentino. Quorum processus nobis exhibitos, de fratrum nostrorum consilio cassavimus iustitia exigente: quia videlicet Abbas contra mandati nostri tenorem f, ad inquitendum utrum de dilapidatione suspectus esset Episcopus, eo non restituito processit, & Archiepiscopus ipse (cum jam suo sanctus esset officio, dicto Abbati committendo in integrum vices suas) hujusmodi negotium dicto Thesaurario non potuit demandare.

C A P. XXXVIII.

Si delegatus pronuntia veris se jurisdictionem non habere, ipsum etiam de consensu partium non reassumit.

Gregor. IX. S. Præcentori & Magistris N. Canonico Ambian. (An. 1227.)

Significantibus M. muliere, & I. nato ejus, non novembris accepisse, quod cum nobilis mulier Juliana vidua, mentiens se pauperem g contra eos super terris & rebus aliis ad iudices nostras literas impetrasset, iidem coram eis excipiendo proponere curaverunt, quod cum

a Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. b Hac verba, ex una parte, desunt in antiquis. c In Codic. Barb. ita, providi & discreti. d In omnibus antiq. ita: ad te, et initium capituli indicat omnino ita esse legendam. e Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. f Hic est, hujusmodi, in quibusdam manuscr. g Hunc text. dicit Abbas singul. esse hic, ad hoc quod appellatio injure sententia variis nulla. h utriuslibet.

a Hac duo verba, vel injuste: desunt in veterioribus. b In ipsius Honorii commentariis, seu registris, hujus capituli hoc erat initium. c l. videagrus. § in Fabiana. de usur. & l. cum prator. de verb. signif. d Coadjutores quando dandi sint, & qualiter permittantur, tradit Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 6. & sess. 25. de reform. c. 7. e verbum, adjungere, desit in antiquis. f vide lib. 1. cum not. C. de appellat. § l. si quis ad declinandam. §. sin. autem. C. de Episc. & Cleric. §. l. illi. §. si. §. de offic. presb.

cum dicta litera suggestio mendacio impetrata fuissent, cum praedicta Jul. (quae nobilis est & dives) pauperem se dixisset in eis, coram ipsis (nisi requisito prius Domino, sub cuius jurisdictione ipsi consistunt, & coram quo parati erant eidem exhibere iustitia complementum) non debebat de jure per tales literas conveniri: unde dicti iudices interloquendo pronuntiarunt, se per easdem literas procedere non debere: (& infra.) Demum fuit a partibus in quosdam tanquam in arbitros taliter compromissum, quod si intra terminum in compromisso expressum causam non deciderent, partes ad eorundem iudicum redirent examen. Verum arbitri easdem intra terminum negligentibus terminare, dicti iudices jurisdictionem per formam compromissi huiusmodi resumpserunt: a quibus iidem se sentientes gravari, quod super his, super quibus ab eis fuerant absoluti, litigare compellebant eisdem, ad nostram audientiam appellarunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocetis in irritum, &c.

C A P. XXXIX.

Arbitrii electi ad causam recusationis, assignant partibus terminum ad probandam causam suspicionis, & iudex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam.

Idem (an. 1217.)

Suspicionis a causa contra iudicem assignata, non ipse (qui forsitan provocatus obest sed arbitrii potius, coram quibus probatio est facienda, & ad quos omnia, quae ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque iudice, (cui sicut iurisdictio, sic & caetera, sine quibus explicari causa non potest, intelliguntur esse commissa) iidem in conveniant (si discordes fuerint) in unam sententiam, vel tertium concorditer advocent b, cum quo duo, vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne huiusmodi occasione principale negotium plus debito prozegetur.

C A P. XL.

Delegata iurisdictio ad personas non expressas in rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.

Idem Abbatis sanctae Genovesae.

Per G. per literas e Apostolicas conquerentibus coram te de Episcopo London. d. quod concessum ab eis mutuum promisso loco & termino non persolvit; pendente iudicio, I. Laicus qui in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in tuam jurisdictionem (sicut asserit) voluit propagare: ut si intra terminum constitutum praedictam non solveret quantitatem, excommunicationis & interdicti sententias in personam & terram ejus promulgares. Quas huiusmodi occasione a te latas, decernimus non valere: cum eisi alias jurisdictionem habebas, jurisdictionis propagatio nulla noscitur extitisse, cum huiusmodi delegata iurisdictio ad alias personas nequeat prorogari.

C A P. XLI.

Major XX. annis potest a quocunque dari delegatus. Idem in majori XVIII. dummodo interveniat consensus partium. Minor vero XVIII. non potest dari, nisi a Principe.

Idem.

Cum vigesimum annum peregeris f. dari potuisti in aetate huiusmodi delegatus. Caeterum constituto intra aetatem eandem, (nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum XVIII. transcendisset) facta delegatio ab alio, quam a Principe non tenetur.

a Causas accusationum refert Hostiens. in sum. tit. de rebus. §. quae sunt iusta causa Joan. Andr. in c. Legitima. de app. in 6. & Pann. in c. cum speciali. infra. de appell. b Vide l. item si unus. ff. de arbitr. c Vide Lanfr. in. in tract. de arb. §. prorogatio. d Laudunen. e Vide leg. 3. ff. de eo quod cer. & l. unie. & ibi Bart. c. de sent. qua pro eo. quod interest. f Vide l. 2. ff. de min. & l. filius fam. & l. cum prator. ff. de iud. c.

C A P. XLII.

Potestas plurimum delegatorum vel arbitratorum simpliciter datorum, expirat per mortem unius.

Idem. (an. 1228. Roma.)

Uno delegatorum a vel arbitratorum (sicut proponitur) rebus humanis exempto, eorum officium expirat. Nisi aliud in delegatione aut compromisso fuisset expressum.

C A P. XLIII.

Delegatus Papa subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel partium consensu, vel cum clausula praelectionis, videlicet, quod si non omnes, tu cum alio exequaris, &c. Hoc dicit, usque ad §. Is autem.

Idem.

Quoniam Apostolica sedes intendit providere negotiis, & non personis, quibus eadem committuntur, si iudex tertius licet ex officio nostro, vel assensu partium pro communi utilitate a nobis datus eisdem, alii delegaverit vices suas (cum delegato a Principe id concedatur a jure) b delegatio valet ipse. Idem quoque dicendum est, cum mandatur Episcopo, ut cum altero suorum conjudicum mandatum Apostolicum exequatur, & tunc sine subdelegato ab ipso Episcopo reliqui duo procedere non valebunt.

Is, cui committitur negotium, ut personaliter exequatur, potest si partes consentiant, alteri subdelegare. Fallit in casibus hic expressis. h. usque ad §. Caeterum.

§. 1. Is autem, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo partes consentiant) hoc aliis delegare. Praterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiam de Praelatis, vel aliis ministris provideri mandavimus c, cum in his omnibus casibus industriam & fidem personae, cui talia committimus, eligere videamur.

Is, cui committitur nudum ministerium exequendum, non potest vices suas alteri committere: fallit in Legato sedis Apostolicae. Et est sext. notabilis, & multum allegatur. Abb. Siculus.

§. 2. Caeterum (salva Legatorum sed. Apostol. auctoritate) nulli, cui commissum fuerit praedicare crucem, excommunicare, vel abolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel injungere poenitentias, liceat hac de caetero aliis demandare: quia non sibi iurisdictio, sed eorum ministerium potius committitur in hac parte.

TITULUS XXX.
DE OFFICIO LEGATI.

C A P. I.

Legatus Papa etiam per simplicem querelam adiri potest. Alexander III. Universis Suffraganeis Cantuarien. Ecclesia. (an. 1170.)

Cum d. non ignoretis Cantuar. Archiepiscopum vobis non solum Metropolitico e, sed etiam legationis jure praesse: (infra. α.) Sane licet idem Archiepiscopus Metropolitico jure audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum; legationis tamen obtenta universalis f, quae per appell. vel quarimoniam perveniant ad suam audientiam, audire potest & debet, sicut qui in provincia sua vices nostras gerere comprobatur.

(α Mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut auidimus, asseverare praesumis, quod idem Archiepiscopus nullam causam de Episcopatibus vestris, sive metropolitico, sive legationis jure, debeat audire.)

CAP.

a Hunc sext. intellige, cum facta est delegatio nominatis personis: secus si dignitati, juxta c. quoniam Abbas, sup. eod. b Vide l. a jud. & ibi Per. de Bel. pers. & Cyn. c. de iud. et Bart. in l. et quia. ff. de iuris. om. jud. c. mandamus. al. mandarent. d Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. e Metropolitico. f In multis manuscr. additur iterum vox, causam.

C A P. II.

*De causa specialiter delegata a Papa, Legatus se intro-
mittere non potest.*

Cælestinus III. Magistro Columbo.

(an. 1192.)

Studuitis a nobis b. quære, utrum de causa, quam alicui delegamus, alius qui sit generalis in provincia Legatus, ante cognitionem, vel postea cognoscere valeat; vel commissionis nostræ processum, quem Judici delegato transmittimus, taliter impedire. Respondemus, quod cum mandatum speciale deroget generali, Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest: & si secundum formam mandati nostri sententia jam fuerit promulgata, non poterit ipse Legatus (nisi super hoc mandatum specialiter receperit) eam quomodolibet irritare: ipsam tamen (si rationabiliter lata fuerit) confirmare valebit, & executioni demandare.

C A P. III.

Legatus etiam de latere, ex generali legatione non potest transferre Episcopos, vel unam Ecclesiam cathedrali alteri subdicere, et alteri concedere ius primatiae, vel duos Episcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamen propter manuum injectionem in Clericos, absolovere potest. h. d. cum c. seq.

Innocentius III. c. tit. sancti Laurentii in Lucina. Presbytero Cardinali, sed. Apost. Legato. (an. 1202.)

Nisi specialis illa dilectio d, quam ad personam tuam habuimus & habemus, iustum motum animi nostri temperaret, poena docente cognoscere, quantum ex excessibus, qui spretis canonice sanctionibus & consuetudine generali, motu proprio præsumpsisti Trojanum Episcopum de Trojana Ecclesia ad Panormitanam de facto transferre.

C A P. IV.

Summatum fuit supra in cap. præcedenti.

Idem eisdem.

Quod si translationem: (et infra. α) Licet in regno Sicilia generalis sit tibi commissio legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum privilegii singularis sunt tantum summo Pontifici reservata: & si quædam ex his, quæ de speciali concessione sæpe fuere Legatis indulta, ut (illorum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum injectionem in Clericos, incidunt in canonem promulgatæ sententiæ) videantur ex ipso legationis officio jam licere Legatis: an existimas, quia vices nostras tanquam Legato tibi commissis exequendas, quod Panormit. Ecclesiam posses subdicere Messan. ut illam præficeres isti, concessio sibi privilegio primatiæ? Aut putas ex eadem causa tibi licere, duos Episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali?

(et Pontificis de Trojana Episcopatu ad Panormitanam metropolim a te factam nolumus ratam habere, & eius usque non amaritudinis, sed restitutions nos induxit: quia)

C A P. V.

Ex quo Legatus retulit causam Papa, illius desinit esse iudex.

Idem Bonon. g. Episc. et M. Capellano Subdiacono nostro. (an. 1202.)

Licet Tranens. Canonici h. ab initio dissensissent, tandem unanimiter consenserunt, G. fratrem Cassinen. Abbatis i in Archiepiscopum eligentes, cuius electionem

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. b. hac duo verba, a nobis, desunt in antiquis. c. Innocens. III. de tit. esc. d. Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. e. 3. isem lex Julia de vi publ. Insti. de publ. iudic. f. c. eod. tit. in 4. compil. pro animo vide Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 13. g. Barosinensi. h. c. 3. eod. tit. in 3. comp. in quibusdam, Trojanis, legitur. i. al. Abbatem, et tunc die. G. fratrem Cassinensem Abbatem.

Portuensi, Episcopus tunc Legatus examinari præcepit (et infra. α) Nuntius præfati Cassinatis Abbatis nobis literas representavit, gravem contra jam dictum Legatum querimoniam continentes, quod postquam electionem examinaverat, & eam ad nostræ deliberationis examen transulerat, nunciis jam directis, electionem eandem malitiose nimis examinare præsumpsit: (et infra. β) De consilio fratrum nostrorum examinationem secundam, tanquam a non suo Iudice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem.

(α. Et examinationem redactam in scriptis fecis sigillis dilecti n. Archidia. & mag. Petrarachii muniri cum suo quoque sigillo ad sedem Apostolicam transmittend. literas quoque suas nobis pro fratre dilecti Cassinen. Abbatis deprecatorias destinavit; quas cum decreto electionis omnium Canoniarum subscriptionibus roborato, necnon & literis Suffraganeorum & populi, tres de Canonicis Tranen. Ecclesia ab universa capitulo destinati, nobis humiliter præsentarunt, potentes electionem canonicam de persona idonea celebratam auctoritate. Apost. confirmari. Nos autem ad maiorem cautelam a præfatis Canonicis iuramentum recipimus, non a nobis exactum, sed ab ipsis ablatum, & factum electionis, sicut est & moris & juris examinavimus diligenter. Interim vero.

(β. Unde pœrebat per viros idoneos suspicione carens de ipso facto inquiri, cumque præfatus supervenisset Episcopus, et ea, qua gesta sunt, intelleximus ab ipso.)

C A P. VI.

Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicujus Clerici, h. d. & est casus notabilis.

Idem a sancti P. et sancti Leonis Abbatibus, et

R. Archid. Tullen. (an. 1202.)

Dilectus filius b. R. Metensis Canonicus intimavit, quod cum Præfatus Episcopus Apostol. sed. Legatus, Ecclesiam sancti Trudonis contulisset eidem: Meten. Archid. ad quem illius Ecclesiæ præsentatio pertinebat, asserens, quod eodem inconsulto conferti non potuit a Legato, Canonicum ipsum super eadem Ecclesia molestare præsumit. Cum igitur plus juris habeat in concessione Prælatus, quam in præsentatione patronus e, nec præiudicetur Prælo, si quando per Apost. sed. Legatum eo inconsulto Ecclesia concedatur: mandamus, quatenus dictum Archid. ut ab ejus super hoc molestatione desistat, appellat. rem. cogatis.

C A P. VII.

Legatus in pluribus locis, potest in quolibet dictorum locorum jurisdictionem suam exercere: ita quod facta unus loci potest in alia explicare. h. d. Pannor.

Idem Illustri Regi Francorum Philippo. (an. 1202.)

Novit d. ille, qui nihil ignorat: (et infra. α) Ex parte tua querimoniam accepimus, quod cum tibi Legatus esset certa ratione suspectus, extra fines Francorum in terram tuam interdixit sententiam promulgavit: (et infra. β) Tuæ magnificentie respondemus, quod etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminus suæ legationis egressus: cum non solum in regno Francorum, sed in Vienn. Lugdun. & Bituntin. provinciis inunctam sibi a nobis legationis sollicitudinem suscepisset.

(et Quod Regia sublimitatis & infra. Nuper autem primo dilecti filii et Vicen. et Valther. milites, et postmodum dilecti filii mag. Decanum Avellanensem cum literis tuis benigne recipimus: et curavimus multipliciter honorare; sicut per ipsos poteris tua Serenitati plenius parere. Ipsi autem in nostra et fratrum nostrorum præsentia constituti contra eundem Card. ex parte tua querimoniam intenderunt.)

(β. Qui etiam in animam tuam promiserunt et obtulerunt iura.

a Sancti Apri, et sancti Leonis Abbatibus, et Magistro R. Archid. Tullensi. b. Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. c. e. Vid. leg. si communem. ff. quemadmod. serv. amitt. d. Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.

jurare, quod ea coram legatis et delegatis nostris super hoc negotio stabit iuri, et quod propter huiusmodi negotium, nec per nos, nec per alium fuerit ex parte nostra citatus, ut iuri pareres, prædictam petens sententiam recepta huiusmodi cautione juratoria relaxari. Ceterum ad ea, quæ contra legatum obijerant, et eis respondemus, et.)

C A P. VIII.

Præsentem Legato de latere, minor Legatus executionem officii sui dimittere debet.

Gregorius IX. Patriarcha Hierosolymitano.

(an. 1228.)

Volentes: (et infra.) Fraternalitati tuæ legationis officium in provincia tua duximus committendum, ita tamen, quod si Legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu Legatus ipse ibi fuerit, pro sedis Apostolice reverentia omnino dimittas. a

C A P. IX.

Legatus non de latere, sed ratione personæ, extra provinciam sibi decretam absolvere nequit excommunicatos pro injectione manuum in Clericos, nec etiam in provincia, si tales excommunicati aliunde veniant. Legatos vero ratione dignitatis nullos tales absolvit. h. d. secundum communem intellectum.

Idem.

Excommunicatis pro injectione manuum violenta, Ecclesie Romanæ Legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem, si huiusmodi manuum injectores illuc contingat aliunde accedere: & qui Ecclesiarum suarum prætextu legationis sibi vendicant dignitatem, etiam subditis (quamvis in provincia sua existentes) beneficium absolutionis impetiri non possunt: Nisi de speciali gratia illis & istis amplius a sede Apostolica concedatur.

C A P. X.

Durans Legati statuta etiam legatione finita: finitur tamen sui delegati iurisdictionis, si citatio non præcessit.

Idem.

Nemini dubium esse volumus, quin Legatorum sedis Apostolicæ statuta edita in provincia sibi commissam durent tanquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. Secus autem si causas duxerint delegandas, & aliquibus, cum iurisdictione istorum expiret, si ante illum discessum horum citatio non præcessit.

TITULUS XXXI.
DE OFFICIO JUDICIS
ORDINARII.

C A P. I.

Episcopi in suis diocæbus possunt crimina inquirere, et punire, et eum opus fuerit, invocare brachium seculare.

Ex Synodo Joannis Papæ. (an. 871. in Gallia.)

Perniciosam: d (et j.) Habent igitur Episcopi singularum urbium in suis diocæbus liberam potestatem, adulteria & scelera inquirere, ulcisci & judicare e, secundum quod canones censent, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit, publicum convocent auxilium, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum.

C A P. II.

Ordinationes, qui scit non ut Judex vel homo, sed ut Deus, subditum esse criminis reum, indeterminate poteris sed non nominatim eum arguere vel punire.

a Vide auth. multo magis. C. de sacr. Eccl. fac. l. 2. C. de testam. sur. b tamen. c Videl. un. S. qui pro sua jurisd. et l. 3. C. de offic. prat. d Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Trident. Conc. sess. 14. de reform. cap. 8. e Vid. Imperium. cum not. ff. de jurisd. omn. jud.

Eugenius Papa 4.

Si Sacerdos sciat b pro certo aliquem esse reum alicujus criminis, vel si confessus fuerit, & emendare non fuerit; nisi iudiciali ordine quis probare possit; non debet eum arguere nominatim, sed indeterminate. Sicut dixit Christus c: Unus vestrum me traditurus est. Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit justitiam, potest excommunicare auctorem d damni, licet etiam ei confessus sit, sed tamen nominatim potest eum remove-re a communione, licet sciat eum, esse reum: quia non e ut Judex scit, sed ut Deus: sed debet eum admonere, ne se ingerat: quia nec Christus Judam a communione removit.

C A P. III.

Si ordinarius subiectus Episcopi prætere in sibi subiectam justam causam Ecclesiasticam, Episcopus illam servare debet, & illam sine satisfactione & conscientia præferentis relaxare non debet.

Alexander III. Florentin. Episcopo. (an. 1170.)

Cum f ab Ecclesiis prælati Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firmam consistere, & usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Quapropter mandamus, quatenus si quando Plebanus sancti P. g in Clericos vel Laicos paræcios suos interdixit vel excommunicationi sententiam rationabiliter tulit, ipsam facias inviolabiliter observari, & eam sine congrua satisfactione, & absque ejusdem Plebani conscientia non relaxes.

C A P. IV.

Si ordinatio vacantis Ecclesie etiam patronata ex justa causa differtur, est ibi per Episcopum Oeconomus ponendus.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis. (an. 1165.)

Cum vos plerumque b oporteat ordinationem Ecclesiarum differre, pro eo, quod quandoque personæ vobis minus idoneæ præsentantur, aut inter vos & præsentatores alia de causa radix dissensionis emerferit: i (& infra. x) Fraternalitati vestre mandamus, quatenus si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ præsentantur, vel alia de causa, de jure personæ non potueritis in eis instituire: appellatione remota k ponatis Oeconomus, qui debeant fructus percipere, & eos aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare.

(& Providendum vobis est, ne occasione hujus dissensionis & scandali interim fructus illarum Ecclesiarum decerpant, aut ejus parochianis in spiritualibus gravia proveniant detrimenta. Inde est, quod.)

C A P. V.

Si constat ordinario, quod absolutus a Papa suppressit veram causam, quare fuerat excommunicatus, debet illum remittere ad Papam. Si vero sibi non constat, est tamen sibi urgens suspicio contra eum, debet cogere eum se purgare.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo. (an. 1165.)

Ex l parte tua: (& infra. x) Quia nos consilere voluisti, utrum illorum absolutio teneat, qui (occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant) absolutionis beneficium per sedem Apostolicam meruerunt, suæ excommunicationis causam aliam prætendentes? Taliter resp. quod si ita tibi constiterit, debes eos Eccle-

a al. Augustin. in Concil. part. 50. cap. 55. Idem Norvicen. Episcopo. b Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. p. 50. cap. 56. c Marth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13. d a. Gorem. e Thom. 3. p. 9. 80. ars. 6. Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. ars. 6. f C. 3. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. Later. p. 31. c. 7. g Paneratii. h Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. Lateran. p. 15. cap. 21. i emergit. k cessante. l Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. Later. p. 31. c. 4.

Ecclesiastica censura compellere, cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad sedem Apostolicam redire. Si vero id tibi a non confiterit, & eos suspectos habueris, quod confessi non fuerint veritatem, ipsos compellere debes exinde coram te, quod veritatem confessi fuerint, purgationem præstare.

(*α Nobis est constans assertione propositum, quod interdum quidam pro certis causis excommunicati sed. Apostol. visitant, & resistentes causas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis affecti, de absolutione sua literas deferunt, continentes eos ad sedem Apostolicam accessisse, & auditis confessionibus suis absolutionis beneficium meruisse. Unde*)

C A P. VI.

Si ex desidia vel malitia delegati Papa quis perseverat in peccato, ordinarius loci potest supplere, non obstante, quod causa fuerit delegata commissa. hoc dicit, & est casus notabilis & singularis.

Cœlestinus III. (an. 1194. Roma.)

Significavit nobis tua fraternitas, quod quidam de parochianis tuis, cum pro illicita consanguinitatis & affinitatis copula excommunicatione c. notantur, ad iudices remotiores ab Apostolica sede literas impetrant: per quas, cum ab excommunicatione fuerint absoluti, quia dicti delegati ad locum, ubi testes produci valeant, non accedunt, nec aliquos pro eorum receptione transmittunt, in prænomina nefaria conjunctionis copula remanent: & causa debitum non sortitur effectum: (*β infra. α*) Cum itaque pro malitia vel desidia iudicis delegati non debeat quis ad remanendum in copula conjunctionis iniquæ suffragium invenire: tale damus tuæ fraternitati responsum, quod quotiens ea quæ prædiximus, in tua diocesi evenire contigerit, licite potes taliter absolutos in pristinam excommunicationis sententiam revocare, ipsosque tam diu eadem sententia tenere ligatos, donec causa in receptione testium, & in aliis legitimis incipiat habere progressum.

(*α Unde postulasti a nobis, quid sit tibi in tali articulo faciendum.*) Cum itaque dolus suus alicui patrocinari non debeat, nec etiam quis per malitiam vel desidiam iudicis delegati debeat, &c.

C A P. VII.

Ordinarius supplet negligentiam Abbatis non revocantis Monachum vagandum.

Innocentius III. Austriano Archiepisc. d.

(an. 1198.)

Quanto e devotio religiosorum: (*β infra. α*) Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod Monachi, Canonici & alii regulares tuæ provincie, cum deberent potius in claustrum juxta regularia constituta divinis obsequiis vigilare, de obedientiis & redditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias Principum & potentum discurrere non verentur: (*β infra. β*) Mandamus, quatenus quoscunque tales inveneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, ut proprium in manibus Prælatorum suorum sine difficultate resignent, convertendum in utilitatem domus, secundum Abbatis consilium, & regularem vitam observent: si Prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officii & beneficii, appellatione remota compellas.

(*α Virorum studiosius mandatis divinis inhaeres, & creatori suo placere per omnia opera sanctæ conversationis inten-*

a Sensus est: si suspecti sunt, quod non dixerint Papa veritatem, compellendi sunt ad purgandam eam suspicionem, us inde colligatur eos verum dixisse. b Cap. 2. eod. tit. in 2. compilas. c Vide Trident. Concil. sess. 24. in decret. de reformat. per multa capita. d al. Auxitano. e Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. Vide Concil. Viennens. in Clem. de stat. Monach. c. ne in agro. §. quia vero. ubi etiam hac prohibetur. Facit lex, Dec. nobis. c. de Episc. & Cler.

dit, tanto humani generis inimicus ad seductionem suam fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præstat materiam excedendi, & animas eorum inextricabili laqueo nititur irretire.)

(*β Ex muneribus suis illorum sibi favorem et gratiam acquirunt, ac de ipsorum familiaritate in conventu suo confisi graves dissensiones commovent, et ceterorum humilitatem in Spiritu arrogantia contemnent, mandatu Prælatorum suorum inobedientes et contumaces existunt, et contra illorum prohibitionem secularium negotiorum sollicitudinibus se ingerunt. Cum igitur propter hoc ordo religionis non modicum enervetur. f. t. per a. f.*)

C A P. VIII.

Ab uno Episcopo excommunicatus, ab aliis est vitandus. Es Archiepiscopus per querelam aditus, non absolvet, nisi primo remittat.

Idem Rothomagen. Archiepiscopo & ejus Suffraganeis. (an. 1198. Roma in Galliam.)

Ad reprimendam a malitia perverforum, poena certæ sunt in canonibus constitutæ: quas sicut latas a vobis interdum in subditos, vultis inviolabiliter observari, ita latas ab aliis debetis inviolabiliter observare. Ideoque mandamus, quatenus sententias, quas Lexovien. Episcopus duxerit in subditos suos canonicè promulgandas: & vos ipsi servetis, & vestris subditis faciatis inviolabiliter observari. §. 1. Tu vero, frater Archiepiscopo (cum excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur objectum) si quis excommunicatus ab Episcopo, de injusta tibi fuerit excommunicatione conquisitus: ad ipsum (ei quasi Coepiscopo deferens) absolvendum, secundum Ecclesiæ formam remittas: qui si noluerit ipsum absolvere, tu (recepta cautione juratoria) absolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamen, quod nisi legitime tibi constiterit eum contra iustitiam excommunicatum fuisse, ex debito sibi juramenti præcipias, ut super eo, de quo fuerit excommunicatione notatus b, eidem Episcopo satisfaciat competenter. Quod si facere contempserit, eum in excommunicationis sententiam, appellatione remota, reducere non omittas.

C A P. IX.

De causis subditorum Archiepiscoporum & Episcoporum suorum, Patriarcha non cognoscit: nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu privilegii.

Idem Turonensi Archiepiscopo. (an. 1198.)

Roma in Syriam.)

Quod simul: (*β infra. α*) Consult. t. t. r. quod cum sit in canonibus definitum, Primates vel Patriarchas nihil juris præ cateris habere, nisi quantum sacri canones concedunt, vel e præca illis consuetudo contulit ab antiquo f: ita ut secundum Nicænas & regulas sua privilegia serventur Ecclesiis, præterquam si Apostol. sed. antiquam Ecclesiam, vel Rectorem ipsius, quolibet speciali privilegio decreverit honorare: quamdin Clerici tui coram te voluerint stare juri, compelli non debent iudicium Patriarchæ subire, nisi causa per appell. ad ejus audientiam perferatur: aut ei aliquid super hoc a sede Apostolica sit indultum.

(*α Consultationem scilicet & querimoniam, unica sua f. petitio continebat, per quam a ven. f. n. Hierosolymitano Patriarcha conquerebaris, Clericos suos injuste gravari, qui eos spreto iudicio tuo, coram quo parati sunt de se querimoniam deponentibus iustitiam exhibere, licet ad eum per appellat. causa minime deferatur, coram se respondere compellis, & utrum ad id possint de iure compelli, per nostras postulari literas edoceri. Volentes igitur super gravaminibus sibi providere prædictis.)*

CAP.

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b al. notatus, nam, in notatus, in nullo manuscr. reperitur. c al. Tirenfi. d Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. e & præca. f Vide l. de quibus. ff. de leg. & C. que sit long. consuet. g Has habet in dist. Concil. can. 6. & 7.

C A P. X.

Archiepiscopus impeditus post consecrationem sui Suffraganei alteri committere, & consecrandus tenetur ab illo commissario munus consecrationis recipere.

Idem Turonensi Archiepiscopo. (an. 1198.)

Quod sedem a Apost. (& infra. α) Nos siquidem consulisti, utrum si aliqua infirmitate, vel a iusta causa detentus, aliquem Suffraganeorum tuorum consecrare non posses, alicui Coepiscoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi esset: (& infra. β) Consulto, tu taliter respondemus, quod in tali articulo constituto, & tuas vices (ut dictum est) tibi committere licet, & consecrandus munus debet ab eo consecrationis recipere, e cui eas duxeris committendas, dummodo Catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione gratiæ Apost. sedis non obstat.

(& Consultis super his, qua tibi dubia existant, gratum gerimus & acceptum, & tua exinde si merito videretur commendanda, cum lex divina constitutionis eandem sedem totius posuerit orbis terrarum magistratam, ut quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem eiusdem ratio requiratur.)

(β Et utrum electus, qui pro consecratione instaret, ab eo, cui vices tuas commisisses, saliter deberet licite consecrari.)

C A P. XI.

Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam, subditis Suffraganei committere potest: non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest. h. d. usque ad §. Præterea

Idem Episcopo Helienfi. (an. 1204.)

Pastoralis officii: (& infra. d) Ex parte e tamen insuper quaesitum f, utrum si aliqua causa fuerit ad Archiepiscopum per appell. delata, possit eandem jus ordinariæ potestatis Suffraganei sui subdito delegare vel animadvertere in eundem, g si causam renuerit suscipere delegatam? Ad quod respondemus, quod Archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem hujusmodi compellere nequit invitum: cum in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem, licet Episcopus suus eidem sit metropolitana b lege subiectus: (& infra.)

Mortuo delegato Papa, qui excommunicavit reum, vel auctorem in possessionem induxit, si eius successor in delegatione succedit, absolvere et restituere possessionem potest: alias solus Papa restituit et absolvet, præterquam in mortis articulo: ne tamen currat annalis præscriptio, reus coram ordinario, vel publicis personis de stando iuri cautionem præstabit. hoc dicit.

§. 1. Præterea postulasti, an alicui liceat sine speciali mandato Apostol. sedis (delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodavit, vel petitore causa rei servanda in possessionem petitorum induxit, rebus humanis exempto) eidem volenti iuri parere, absolutionis beneficium imperitii, & possessionem restituere intra annum: sufficienti recepta primitus cautione.

Ad quod dicimus, quod cum delegatus quantum ad illud sit major ordinario, sine mandato summi Pont. excommunicatus ab hujusmodi delegato non potest per alium (præterquam in mortis k articulo) absolutionis gratiam

obtinere, nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere & honore. Nec per alium, quam per summum Pontificem recuperare poterit possessionem amissam: veruntamen ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario, vel si eius copiam habere nequeverit, coram publicis & honestis personis (ut quasi præscriptionem interrumpat annalem) offerre ac præstare, quod iuri parebit, poterit cautionem: ut sic post annum recuperare possessionem per sedem Apostolicam mereatur.

C A P. XII.

Papa per rescriptum, quo mandas ordinario, ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum, id. o ab eo poterit appellari ad proximum Superiorem, sicut si Papa nullum mandatum fecisset. hoc dicit.

Idem Archiepiscopo Senonensi. (al. Senensi. an. 1207.)

Licet a in corrigendis excessibus iuxta canonicas sanctiones appellationis sit diffugium interclusum, & ideo Parisiensi Episcopus a nobis receperit in mandatis, ut tam circa viros religiosos, quam etiam Clericos seculares suæ jurisdictioni subiectos, qui b multa & gravia crimina committere proponunt, inquirat & corrigat, appell. rem. qua viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum, & quod regulare fuerit & honestum. Quia tamen intentionis nostræ nec fuit, nec esse debuit, jurisdictioni tuæ per mandatum hujusmodi derogare: præsentium auctoritate duximus declarandum, quod si in inquisitionibus ab eodem Episcopo non tanquam delegato, sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emerferit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam appellare, prædicti occasione mandati, auctoritati tuæ, quo minus ad eamquam ad Metropolitanam appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare. c

C A P. XIII.

Prælati subditos corrigunt, & reformant appellationes remotas, vel consuetudine non obstantes. Si tamen Capitulum consuevit corrigere excessus Canonicorum, si intra terminum ab Episcopo præstantum non facit, ipse Episcopus hoc faciet. hoc dicit, usque ad §. Cæterum.

Idem in Concilio generali. d (an. 1215. Roma.)

Irrrefragabili constitutione sancimus, ut Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maxime Clericorum, ad reformandos mores prudenter ac diligenter e intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus exceßerint observandam. Excessus tamen Canonicorum cathedralis Ecclesiæ, qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, qui talem hæctenus consuetudinem habuerunt, ad communionem vel s justificationem Episcopi corrigantur, intra terminum competentem ab eo g præfigendum: alioquin extunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, ut animarum cura requirit, per censuram Ecclesiasticam corrigere non postponat.

Si Canonici sine manifesta & rationabili causa (maxime in contemptum Episcopi) cessant a divinis, Episcopus cessationem non servabit, & Metropolitanus vice Papa cognoscat. hoc dicit.

§. 1. Cæterum si Canonici absque manifesta & rationabili causa (maxime in contemptum Episcopi) cessaverint a divinis, Episcopus si voluerit, nihilominus celebret in Ecclesia cathedrali: & Metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod poenæ metu talia de cætero non præsumant.

Præ-

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b Alii a consecratore. c Vide l. unic. C. qui pro sua iurisd. d Qua hic desunt, require ex c. pastoralis. sup. de off. jud. delegati. e Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. f requisitum. g ratio est, quia iudicare est publicum munus. l. numerum. §. iudicandi. De mun. et benef. l. un. C. qui pro sua iurisd. h metropolitana. i In omnibus impressis habetur dictio, ordinaria, qua desit in antiquioribus exemplaribus. In recentioribus ex margine irrepserit in sextum, ex glossa tamen constat, non fuisse a Raym. positam. k Quia in mortis articulo nulla est criminum aut casuum reservatio: et ideo omnes Sacerdotes quæsitiles penitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvi possunt Concil. Trid. sess. 14. c. 7. de casuum reserv.

a C. 6. eod. tit. in 3. compil. b In omnib. antiq. ita e quia multa & gravia committere proponuntur. c derogari. d C. 7. & c. 1. eod. tit. in 4. compil. e Qua autem ratione Prælati subditorum excessus corrigere debeant, præscripsit Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. l. 15. g al. Episcopi.

Prelatus in impositione pœna, cavere debet a quavis pecunia, & ab omni alio gravamine. h. d. usque ad finem.

§. 2. Provideant itaque diligenter Ecclesiarum Prælati, ut hoc salutare statutum ad quæsitum a pecunia vel gravamen illud non convertant, sed istud studiose ac fideliter exequantur, si canonicam velint studere ultionem: quoniam super his sedes Apost. auctore Domino, attentissime vigilabit.

C A P. XIV.

Cum in civitate vel diœcesi sunt populi diversarum linguarum, Episcopus debet providere eis per viros idoneos, qui secundum varietatem linguarum officia eis celebrent, & sacramenta ministrent. Et si urgens est necessitas, constituet sibi vicarium Pontificem illius lingua, non tamen propter hoc eandem diœcesim debet habere duos Episcopos.

Idem Innoc. III. in eodem. b (an. 1215.)

Quoniam e. in plerisque partibus intra eandem civitatem atque diœcesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus & mores: districte præcipimus, ut pontifices huiusmodi civitatum, sive diœcesum provideant viros idoneos, qui secundum diversitatem rituum & linguarum, divina illis officia celebrent, & Ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne una eademque civitas, sive diœcesis, diversos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa d. capita, quasi monstrum. Sed si propter prædictas e. causas urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci catholicum præfulem nationibus illis conformem, provida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui et per omnia sit obediens & subiectus. Unde f. si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussus: & si nec sic resipuerit, ab omni ministerio Ecclesiastico deponendum, adhibito. (si necesse fuerit) brachio seculari ad tantam insolentiam g. repellendam.

C A P. XV.

Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant suo loco, quoad prædicationes, visitationes & confessionum audiciones: & ut possint Episcopi reperire tales, præcipit in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis tales institui.

Idem in eodem.

Inter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei per maxime sibi noverit esse necessarium, quia sicut corpus materiali, sic anima spiritali cibo nutritur, eo quod non in solo pane i. vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Unde k. cum sæpe contingat, quod Episcopi propter suas occupationes multiplices, vel in valetudines corporales, aut hostiles incurtus, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo, maxime per amplas diœceses & effusas: generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere, & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum (cum per se idem nequiverint) sollicitè visitantes, eas verbo ædificant & exemplo: quibus ipsi cum indigerint, congruè necessaria subministrant:

a *Infr. de pœn. cap. licet. b Cap. 9. & 2. eod. tit. in 4. comp. c Lud. Gam. in Reg. Canc. de Idiom. ubi plura tradit de linguarum similitudine & diversitate. d Alias, diversa habens capita. e. e. præscripta. f. al. Verum. g. insolentiam. h. Cap. 10. & 2. eod. tit. in 4. comp. i. Math. 4. Luc. 4. Deut. 8. k. Conc. Trid. sess. 5. c. 2. sub Rubr. decr. de reform. c. 4. concord. Conc. Carthag. 4. c. 20. & Concil. Rhem. c. 14.*

ne pro necessariorum defectu compellantur a desistere ab incepto. Unde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districte subiaceat ultioni.

C A P. XVI.

Episcopus in Ecclesiis diœcesis suæ debet esse consentus iuribus Episcopalibus: & qua sint iura Episcopalia, declarat. Honorius III. Episcopo Assisinarum. (an. 1218.)

Conquerente œconomio monasterii sancti Benedicti montis Subasii, nobis innouit, quod tu iuribus Episcopalibus non contentus, quæ in Ecclesiis seu capellis ejusdem monasterii debet habere, a quibusdam earum procuracionem exigis; quas ad dandam procuracionem minime sufficere proponebat, petens, ut specificares, quæ tibi ratione iuris Episcopalis competere in eisdem, quorum b. quibusdam specificatis, his fuit legitime contestata. Nos autem inspectis probationibus, & quæ ab utraque parte fuerit proposita, intellectis: decrevimus, ut in Ecclesiis seu capellis tuæ diœcesis, ad monasterium ipsum spectantibus, habeas canonicam obedientiam, subjectionem & reverentiam, institutionem & destitutionem, correctionem & reformationem, ac censuram Ecclesiasticam, jurisdictionem quoque causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de jure spectantium, pœnitentiis, & sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem, synodum, & synodatici e. seu cathedralici nomine duos solidos, quartam decimationum & mortuorum, visitacionem quoque annuam r. ita quod cum ad eas visitandas accesseris, non d. amplius procuracionem nomine requiras ab eis, nisi quantum (pensatis facultatibus earundem) moderate poterunt exhibere, ne plus cæteris capellis ejusdem diœcesis in procuracionibus onerentur: (& infra.) Tu autem his iuribus in præfatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas præter moderatum auxilium, quod juxta formam Lateran. Concilii, si manifesta rationabilis causa exiterit, cum charitate postulandum, sicut ab aliis Ecclesiis ejusdem diœcesis pro necessitate temporis sustinemus.

C A P. XVII.

Episcopus visitans monasterium, non introducat seculares, sed duos aut tres Canonicos suos, cum aliquibus Religiosis.

Idem Abbati & Conventui sancti Remigii. c.

(an. 1220.)

UT juxta: (& j. x.) Attendentes igitur, quod indecens est ut Remen. Archiepiscopo in monasterio vestro visitacionis officium exercente, seculares f. interfint, per quos possit in claustrum dissolutionis materia provenire: Firmiter inhibemus, ut nullos de cetero seculares in Capitulum (nisi duos vel tres de Canonicis Ecclesiæ suæ in decenti habitu, aliis g. quos expedire viderit Religiosis adjunctis) secum visitacionis tempore introducat b.

(c. Illius supremi post Christum pastoris editum pastor forma factus gregis ex animo dignoscitur non dominandi libidine,

a *Salarium habere debent per DD. in l. juris per. ff. De excus. tur. & in clem. cum ab omni. De vita et honest. Cler. b. In uno manus. quorum quibusdam autem iuribus specificatis hinc in de suis super præmissis legitime contestata. In alio ita: his fuit sic legitime contestata. c. Synodatici et cathedralici nomine quid intelligatur, explicat. Grat. 10. q. 3. per totum. A. de Archid. c. x. de præb. lib. 6. d. al. neci. c. Fotini. f. Interfint per sona. g. al. viris aliis. al. ita, vel aliis. h. Tales introdicens debet illorum uti consilio. l. quid tamen est ibi Bart. §. si arbiter ff. de arb.*

dine, sed amore recte regendi debet cum salubriter viftra-
re, sic excessus delinquentium quantum potest corrigere,
ne revelet: sic increpans, ne confundat. Quia cum iuxta
sapientis editum feceris sit arguendus amicus, amicitia legem
violare videtur, si contra palam arguis increpando.)

C A P. XVIII.

Lex diocesana, & lex jurisdictionis, sunt diversa: unde
res iudicata in una, non obstat agenti in alia.

Idem Episcopo Bajocen. a. & Archidiacono
Rothomagen. b. (An. 1220.)

Dilectus filius Abbas monasterii Rothomagen. c. nobis
exposuit, quod tertia pars emendanda, quas homi-
nes quinque parochiarum pro suis excessibus solvere
compellantur, ad suum spectat monasterium ab antiquo:
(et infra. α) Cumque fel. mem. Innoc. Papa præd. n.
vobis dederit in mandatis, ut auditis hinc inde propo-
sitis, causam remitteretis ad eum sufficienter instructam:
dictus Episcopus processum vestrum diutius impeditit oc-
casionem cuiusdam sententiæ, quæ super quibusdam Ec-
clesiis, quoad legem diocesanam, promulgata extitit
pro eodem. Unde præfatus Abbas nobis humiliter sup-
plicavit, ut cum citatio, causarum examinatio, & de-
cisio d. ac emendæ, ad legem jurisdictionis pertinere
noscantur, non speremus sententiæ memoratæ prætextu
negotii processum ulterius impediti. Cum igitur prædica-
ta de lege jurisdictionis existant, mandamus, quatenus hu-
jusmodi sententiæ non obstant, procedatis in negotio
iuxta traditam vobis formam.

(α Et quod inter ipsos homines orta Ecclesiastica que-
stione citatio ad eundem, sed examinatio & decisio que-
stionis ad ven. f. n. Venesen. Episcopum, & ipsum Abba-
tem pertinet, in communi.)

C A P. XIX.

Per rescriptum, quo Papa mandat ordinario, ut corrigat
Clericos sua diocesi, non datur ei iurisdictio super exemptos.
Gregorius IX. Episcopo Suanensi. (An. 1228.)

Grove gerimus c, quod cum in Ecclesia sanctæ Ma-
riæ de Orbiello, & quasdam alias f. existentes in tua
diocesi ad monasterium sancti Anastasii de urbe spectan-
tes, nullam jurisdictionem habeas ordinariam, aut etiam
delegatam g: occasione literarum nostrarum, quas super
correctione Clericorum tibi transmisiimus, in eas interditi,
ac in Clericos earundem suspensionis sententiæ promul-
gasti: quanquam Abbas ejusdem monasterii eos cor-
rigere sit paratus: (et infra.) Mandamus, quatenus si
est ita, prudenter corriges per te ipsum, quæ minus
provide attentasti, prædictas sententiæ sine difficultate
relaxes.

C A P. XX.

Ordinarius, cui competit absolvere ab excommunicatione,
potest aliis absolutionem demandare.

Idem.

HIS, quibus h. ex officio in certis casibus competit
illos absolvere, qui pro violenta manuum injectione
incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet aliis
hujusmodi absolutionem committere, cum viderint ex-
pedire.

TITULUS XXXII.
DE OFFICIO JUDICIS.
CAPUT I.

Ad officium Judicis etiam delegati spectat providere Ad-
vocatam parti, qua non potest habere, & poterit dare do-
mesticam.

a al. Brocensi. b Abbati de Sagunt. c al. Vovesen. Koto-
nensis, Venesensis diocesi, d decisio earum. e In pluribus
antig. ita: quod cum in S. Maria de Orbiello & quasdam alias
Ecclesias existente in tua, &c. f Ecclesias. g Quid hodie pos-
sint Episcopi circa vifandos & corrigendos Monachos, statuit
Trident. Concil. sess. 21. de reform. c. 8. h Conc. Trid. sess. 14.
cap. 7. de casuum refer. & sess. 24. de reform. cap. 6.

Honorius III. Archiepiscopo sancti Leonardi, &
Abbati Salernitano. a. (An. 1220.)

Roma in Apuliam.)

EX literis vestris accepimus, quod cum causam, quæ
inter Abbatem & Conventum Fossæ Novæ ex parte
una, & Abbatem & Conventum monasterii Canen-
b. ex altera, super quibusdam possessionibus monasterii
sancti Petri de Almaghia c. vertebatur: (et infra. α) Quia
pars prædicti monasterii proposuit, quod habere non po-
terat Advocatum, vestrum d. super hoc implorando of-
ficio, tu frater Archiepiscopo, eidem de magistro R.
Clerico tuo ad exhibendum in causa ipsa patrocinium
providisti. Verum frater S. Canen. Monachus proposuit,
in præjudicium ejusdem monasterii factum esse, eo quod
dictus R. Clericus domesticus tuus erat: (et infra.) Man-
damus, quatenus hoc non obstante, in negotio ipso (ra-
tione e prævia) procedatis.

(α Quas bon. mem. fr. Sylvester Monachus Fossæ Novæ,
cum idem S. Petri monasterium vifisset, eidem Abbati
& Conventui Canonis vendidit in ejusdem monasterii S. Pe-
tri præjudicium & gravamen, vobis duximus commissum.)

C A P. II.

Cum imploratur officium nobile, sit litis contestatio,
secus in mercenario.

Gregorius IX.

Judicis officium ubicunque pro actione f. proponitur,
veluti cum restititio in integrum principaliter postu-
latur, litis contestationem exposcit: alias ante & post
ingressum g. causa potest ad hoc sine litis contestatione
haberi recursum.

TITULUS XXXIII.

DE MAJORITATE ET OBEDIENTIA.

CAPUT I.

Prius ordinatus, cæteris paribus, prior & major haben-
dus est.

Gregorius Augustino Anglorum Episcopo. h.

(An. 664.)

CUM i certum: (et infra. α) Sit honoris ista distin-
ctio, ut ipse prior & major habeatur, qui prius
communitatis k. consilio, & concordati fuerit actione
ordinatus. l.

(α Sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia a-
terni regni premia reservari, nobis sament eis necesse est
honorum beneficia tribuere, ut in spiritalis operis studio
ex remuneratione valeant multiplicius insudare, &c. extat
prolixæ & impressæ inter opera Gregorii I.)

C A P. II.

Veniens contra decretum vel constitutionem Episcopi, de-
bet excommunicari.

Idem. (Romæ.)

SI quis venerit m. contra decretum Episcopi, ab Ec-
clesia abiciatur. In libro Regum legitur n: Qui non
obedierit principi, morte moriatur. Et in Concilio Aga-
then. quod o. anathematizetur.

CAP.

a In duobus vetustissimis codicibus ita: Archiepiscopo
& Abbati S. Leonardi: in cæteris ita: Archiepiscopo
& S. Leonardi Abbati Salerni. Ord. S. Bened. diocesis Salerni.
b Canonensis Salernitana dioc. al. Cavenfis. aliter Savenfis,
Ord. S. Ben. c Almaghia. al. Almagia. d Quid
impones hac clausula Barr. in l. Titia unica. ff. de aur.
& arg. leg. e Parenthesi inclusa, desunt in multis manuscr.
f Id est, ubi actio deficit. g Id est, vel post litem contesta-
tam, vel postquam est in causa conclusum. h l. 12. epist. 15.
i Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Trid. sub Alex. III.
part. 44. cap. 1. k al. cum unitatis. l Vide l. honores. ff. de
decur. m Cap. 3. & 4. eod. tit. in 1. comp. Burch. l. 15. c. 23.
lvo p. 16. c. 24. n 1. Reg. 13. Deut. 17. c. 97.

C A P. III.

Clericus administratione carens, non tenetur ad juramentum obedientiam, vel ad faciendam scripturam super ea.

Leo Papa. a (An. 445. Roma in Macedonia).

Legebatur b in literis tuis, quod frater Atticus c charitatem de obedientia sponse conscripserat, in qua signum prodebat in iuribus. Non enim necessarium fuerat, ut d obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus officio comprobabat.

C A P. IV.

Ab omnibus de diacessi obediendum est Episcopo.

Clemens Papa III.

Omnes f principes terrarum, & ceteros homines Episcopis obedire, beatus Petrus precipiebat.

C A P. V.

Non obediens canonicis institutis, incurrit inobedientiam notam, id est, infamiam.

Innocent. III. Capitulo Herbipolen. (An. 1198.)

Illud Dominus in g beato Petro: (Et j. a) Cum spiritualia sint temporalibus digniora, b & obedientia melior sit quam victima, & auscultare magis, quam adipem arietum offerre: non debuerat Hildesheimensis Episcopus pro temporali commodo inobedientiam notam incurrit, & Apostolicis iussionibus contraire.

(C. Vener. fr. n. quondam Hildesheim. Episcopus, Imperialis aula Cancellarius, non attendens, quia multa sunt que prater specialem auctoritatem sed. Apost. de iure non possunt nec deberent impune ab aliquibus assentari, ut potest concessiones & translationes Episcoporum, & alia que nota sunt vobis, licentia postulat non solum non obtemperare, non petita, sed nec etiam postulata, Ecclesia Hildesheim. relicta, Herbipolensem Ecclesiam occupavit. Munitiones autem & oppida Herbipolensis Ecclesia in utilitatem ipsius se afferuit tenuisse, ne si ad alias manus forsitan devenissent, non essent, qui postmodum eas liberarent. Sed)

C A P. VI.

Imperium non preest Sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse Principi, sed preesse. h. d. & est multum allegabile.

Idem Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori.

(An. 1198. Roma in Thraciam).

Solite i benignitatis affectu: (Et j. a) Mirata est Imperialis sublimitas, quod te nisi fuimus in nostris literis increpare. Huic autem tua admirationi non causam, sed occasionem prebuit, quod legisti, beatum Petrum Apostolorum principem sic scripsisse k: Subditi estote omni humana creatura propter Deum, sive Regi, tanquam præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: (Et infra. b) §. 2. Verum si personam loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendisses, scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum provocabat: nam si per hoc, quod dixit l: Subditi estote: Sacerdotibus voluit imponere iugum subjectionis, & eis prelationis auctoritatem asserere m, quibus eos subiectos esse monebat; sequeretur ex hoc etiam, quod servus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cum dicitur, Omni humana creatura. Quod autem sequitur, Regi tanquam præcellenti, non negamus quin præcellat n Imperator in temporalibus illos

ad duntaxat, qui ab eo suscipiunt b temporalia: sed Pontifex in spiritualibus antecellit: quæ tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur c corpori: licet non simpliciter dictum fuerit, Subditi estote: sed additum fuit: propter Deum: nec pure sit subscriptum, Regi præcellenti: sed interpositum forsitan fuit d non sine causa, tanquam. Quod autem sequitur, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: intelligendum non est, quod Rex vel Imperator super bonos & malos gladii acceperit potestatem, sed in eos solummodo, qui urentes gladio ejus sunt jurisdictioni commisi: (Et infra. g) §. 3. Potuisses autem prerogativam Sacerdotii ex copotius intelligere, quod dictum est, non e quolibet, sed a Deo: non Regi, sed Sacerdoti: non e de Regia stirpe, sed de Sacerdotali prosapia descendenti, de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathor f: Ecce constituit se super gentes & regna, ut vellat & dissipet, adificet et plantet: (Et infra. d) §. 4. Præterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna g luminaria in firmamento cæli: luminare majus, ut præfesset diei: et luminare minus, ut præfesset nocti: utrumque magnum, sed alterum majus. Ad firmamentum igitur cæli, hoc est, universalis Ecclesie, fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est spiritualibus, major est: quæ vero carnalibus, minor: ut quanta est inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur. Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non faceret, aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Ecclesie, juxta scabelum pedum suorum in sinistra parte sedere: cum alii Reges & Principes, Archiepiscopi & Episcopi suis (sicut debent) reverenter assurgant, & eis juxta se venerabilem sedem assignent: (Et infra. e) §. 5. Nos autem etiam non increpando scripserimus, petuissimus tamen rationabiliter increpare: (Et infra. f) §. 6. Nobis autem in B. Petro sunt omnes Christi commissæ, dicente Domino: Pasce oves meas: non i distinguens inter has omnes & alias k: ut alienum a suo demonstraret ovili, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret & pastores: ut illud tanquam notissimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius: Quodcumque l ligaveris super terram, erit ligatum & in coelis, &c. nihil excipiens, qui dixit: Quodcumque: (Et infra. n) §. 7. Utrum autem m Imperatoriam excellentiam ad bonum & utile per literas nostras duxerimus invitandam, utrum tibi iusta suggerimus & honesta tua sollicitudo discernat; cum non nisi ad utilitatem Ecclesie & terræ Hierosolymitanæ subsidium nos te meminerimus invitasse.

(C. Recepimus literas, quas per dil. fil. n. Archid. Duorachit, virum previdam, & discretum, et fidelem Imperialis nobis excellentia destinavit: per quas intelleximus, quod litera, quas per dil. fil. Capellanum l. tunc Apost. sed. Legatum tibi transmissimus, Imperio tuo presentata fuerant et perlecta).

(B. Volens enim, de quo nos rationabiliter admiramur, Imperatoria celsitudo per hac et alia que induxit, imperium sacerdotio dignitate ac potestate præferre, ex auct. præmissa voluit triplex trahere argumentum. Primum ex eo quod legitur, Subditi estote. Secundum ex eo quod sequitur, Regi tan-

a Epist. 82. Anastasio Episcopo Thessalonicensi. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c Atticus. d quod. e In vetustioribus ita: Clemens Papa. f Burch. lib. 1. cap. 114. Inop. 5. cap. 224. es cap. 5. eod. tit. in 2. compil. In aliis, omnis princeps &c. 1. Petr. 1. g Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. h Faciles, innovatio. ne. es ibid. Barr. C. de sacr. Eccles. i Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. k 1. Petr. cap. 2. l dicit, m In quibusdam impressis, auferte, et male, ut ex serie constat. n præcedat.

a Illis. b recipians. c l. sancimus. C. de Episcop. & Cler. d Verbum, suis, deest in antiquis. e al. nec. f Hieron. 2. g Genes. 1. Psal. 136. h Joan. 21. i In extrav. c. unam sanctam. sis de majoritate et obed. k Vide l. 1. ff. de al. judic. et l. quos prohibes. cum simil. ff. de postul. l. Marth. 16. m In C. Bar. Verum autem Imperatoriam excellentiam ad bonum et utile per nostras literas duximus invitandam. Utrum igitur tibi iusta suggerimus, etc.

tanquam praeollenti. Tertium ex eo quod est subsequenter adjectum, ad vindictam malefactorum, laudem viro bonorum: per primum subesse Sacerdotum: per secundum imperium praenitere: per tertium Imperatorem tam in Sacerdotes quam in Laicos jurisdictionem, imo etiam gladii potestatem accepisse praesumens. Cum enim & boni quidam sint Sacerdotes, & quidam eorum malefactores existant, is qui secundum Apostolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, in malefacientes Presbyteros & eorum excessus praesumptos potest ultore gladio vindicare, cum inter Presbyteros & alios Apostolus non distinguat.

(*γ*) Juxta quod Veritas ait: omnes qui acceperint gladium gladio peribunt: non enim debet nec potest quisquam alterum servum judicare, cum servus secundum Apostolum, domino suo sit aut cadat. Ad id etiam induxisti, quod licet Moyses & Aaron Sacerdotii dignitate secundum carnem Fratres extiterint: Moyses tamen princeps populi, Aaron Sacerdotii potestate praerant, & Jesus successor ejus imperium in Sacerdotibus accepit. David quoque Rex Abjatar Pontifici praeminebat. Ceterum licet Moyses de populi fuerit, fuit & Sacerdos, qui Aaron in Sacerdotem unxit, & cui Propheeta Sacerdotium recognoscens, Moyses (inquit) & Aaron in Sacerdotibus ejus. Quod vero de Jesu Ben Nave cum commendando, praelationem ejus scripsisti, magis secundum spiritum, quam secundum litteram debes intelligi, quia secundum Apostolum littera occidit, spiritus autem vivificat: pro eo quod ipse veri Jesu figuram expressit, qui populum suum in terram promissionis induxit. David etiam quamvis regni diadema obtineret, Abjatar Sacerdoti non tam dignitate Regia, quam auctoritate Prophetica imperabat. Verum quicquid olim fuerit in Veteri Testamento, nunc aliud est in Novo, ex quo Christus factus est Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, qui se non ut Rex, sed ut Sacerdos in ara crucis hostiam obtulit Deo Patri, per quem genus redemit humanum, circa illam praecipue, qui successor est Petri Apostoli & Vicarius Jesu Christi.)

(*δ*) Virtutes. Dicitur etiam in divina lege, Diis non detrahes, & Principem populi tui non maledices, quae Sacerdotes Regibus antepositos istos Deos & alios Principes appellavit.)

(*ε*) Nam & piissimus Constantinus quantum honoris exhibuit Sacerdotibus, tua sicut credimus, discretio non ignoras.)

(*ζ*) Cum B. Paulus Apostolus Episcopum instituens ad Timotheum scripsisse legatur: Praedica verbum, in sua opportune, importune, argue, obsecra, increpa: omni patientia & doctrina. Non enim os nostrum debes effeligatum, sed patere debet admoeni: ne secundum Prophetium verbum simus canes latrare non valentes. Unde correctio nostra tibi non debuit esse molesta, sed magis accepta, quia later filium quem diligis, corrigis, & Deus quos amat, arguit & castigat. Debitum igitur pastoralis officii exequimur, cum obsecramus, arguimus, quando increpamus, & non solum alios, sed Imperatores & Reges opportune, & importune: & ad ea studemus adducere, quae divina sunt placita majestati.)

(*η*) Solveris super terram, e. s. & in c. nihil excipiens, qui dixit, quascunque. Verum his diutius insistere volumus, ne vel contendere videamur, vel in hujusmodi gloriari, cum si gloriari expediat, non in honore, sed in onore, non in magnitudine, sed in sollicitudine sit potius gloriantium, cum & Apostolicus in infirmitatibus gloriatur. Novitius esse scriptum: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. & iterum: Quanto major es, humiliat te in omnibus. & alibi: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod exaltationem nostram in humilitate ponimus, & humilitatem exaltationem maximam reputamus. Unde nos etiam servos non solum Dei, sed etiam servorum Dei nos esse scribimus & fatemur, & tam sapientibus, quam insipientibus secundum Apostolum debiores sumus.)

C A P. VII.

Ordinatus per Papam, non per hoc eximitur a jurisdictione sui Episcopi.

Jur. Canon. Tom. II.

Idem Episcopo Floren.

Per tuas a nobis literas: (& j. α) Postulasti per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, utrum quis per ordinem Subdiaconatus a Romano Pontifice susceptum, a debita tibi reverentia subtrahatur? Ad quod breviter respondemus, quod etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolvantur.

(*α*) Intimasti, quod cum aliqui Ecclesiae Rom. Subdiaconi praelationes in sua diocesi assignantur, pro quibus tibi debent obedientiam exhibere, si quando existente justitia te contigerit exercere in primis Ecclesiasticam disciplinam, illi Subdiaconatus privilegium allegantes, ideo se afferunt non teneri ad executionem sententiae: ac si per hujusmodi Subdiaconatus officium ab obedientia, qua tibi tenentur, ratione obtenti beneficii sint exempti. Super quod)

C A P. VIII.

Quando de obedientia vel subjectione agitur, nihil attendari debet in praedictum rei, vel possessoris non citati.

Idem Constantinopolitano Patriarcha. (an. 1206.

Ferensin. in Thraciam.)

Inter b quatuor: (& j. α) Petitionem e contra Ecclesias, quas tibi subijci postulabas, quae priusquam Constantinopolis civitas caperetur, Constantino Patriarcha minime respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Juris namque ratio postulat, ut in eorum praedictum, quibus eadem Ecclesiae sunt subjectae, nihil ordinemus de ipsis, cum nec citati sunt, nec convicti, nec per contumaciam se absentent: (& infra.) Super obedientia vero, quam ut tibi impendi faceremus, ab Archiepiscopo, & Episcopis regni Cypri similiter postulasti, fere idem duximus respondendum, cum & ipsi ante tuam promotionem fuerint d exempti, quando videlicet Constantin. Ecclesia erat inobediens & rebellis: & in eorum absentia circa e statum eorum non debuerimus f aliquid immutare. Justitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

(*α*) Animalia, quae in medio sedis & circuitu ejus describuntur ab Ezechiele, facies Aquila super ipsorum quatuor memoratur, quia inter quatuor Patriarchales Ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quae per animalia supradicta significantur, quas Apost. sedes in medio habens quas filias amplectitur spirituales, cui eadem quasi in circuitu famulae obsequentes, ipsa Constantinopol. post Apostol. sedem excellentia praemines dignitatis, ad ejus exaltationem tanto libentius aspiramus, quanto ipsam honorabilius membrum sacrosanctae Rom. Ecclesiae artius amplexantes, ipsius auxilio temporibus istis eandem amplius noscimus indigere, ac tuos, qui Domino disponente praesse dignosceris, petitione libentius promovere disponimus, quibus non repugnans honestas, nec aliis praedictum generatur: cum a nobis injuriarum actio non debeat exoriri, a quibus jura tanquam a fonte ad caeteros derivantur: & infra. Tibi duximus respondendum, concedendo, ut hi qui Ecclesias suas seu beneficia possident, obedientiam tibi exhibeant, nisi forte aliqua illarum Ecclesiarum anteceptionem regia civitatis a jurisdictione Patriarcha legitime fuisset exempta. Subsequentem vero.

C A P. IX.

Abbatibus & Sacerdotibus qui sunt diocesani Episcopi, ad ejus Synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram Ecclesiasticam.

Idem

a Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. b Huc refer. c. inter quatuor supra de Cler. peregr. & j. de Cler. non resid. et c. 4. eod. tit. in 3. compil. c. In omnibus mansc. isa: Petitionem, qua Ecclesiae tibi subijci, etc. d extiterint. e al. contra. f debuimus, e

Idem. (An. 1214. Roma).

Quod super a his: (& j.) Abbates & Sacerdotes dioecesana tibi lege subditos b, qui ad tam Synodum venire contemnunt, (cummodo c in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obviet institutus) per cens. Eccles. ad Synodum ipsam d venire compellas: & debitam tibi obedientiam & reverentiam exhibere.

C A P. X.

Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicari possunt: & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.

Idem sancti Stephani & sancti Proculi Abbatib.
Bononiensibus. (An. 1214. Roma
in *Emiliam*).

CUM in e Ecclesiis sancti Victoris & S. Joannis de Monte: (& infra.) Nos igitur ad reformationem earundem Ecclesiarum diligenti sollicitudine intendentes, universis Canonicis dedimus in mandatis, ut Priori suo in his, quæ ad eum f pertinent, obedirent. Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) se obedire velle concorditer respondissent, prædicti quatuor se contra Priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo Priori præstantia præstitissent juramentum corporaliter: tamen exhibiti juramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt: & cum pro contumacia sua nequivissent ad debitam obedientiam revocari, dictus Prior in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Cum g igitur præfati Canonici ad Apostolicam sedem accessissent, per scripturas authenticas h ex multorum testimonio Prælatore effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam Ecclesiæ ab eisdem corporaliter juramento, ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi: præcipientes eis sub debito juramenti, ut ad suum claustrum, de quo exierant, redeunt, Priori suo secundum Deum devote ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus, quatenus præfatos Canonicos, ut ad Prioris sui obedientiam revertantur, per cens. Eccles. compellatis: & ne de sua possint contumacia vel malitia i gloriarī, cogatis eos (si videritis expedire) ut juramentum, quod de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando superbe negaverant, humiliter præstare procurent, alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis.

C A P. XI.

Presbyteri & Clerici capellarum subditarum titulo Cardinalatus, debent Cardinali obedientiam, & reliqua, de quibus hic. Et vacante titulo, succedit Capitulum illius Ecclesiæ, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptum.

Honorius III. G. Presbytero Cardinali, & Capitulo sancti Laurentii in Damaso. k (An. 1216. Roma).

HIS, quæ pro Ecclesia S. Laurentii in Damaso ex parte una, & capellanis sibi subiectis ex altera, super scrutinio aliquo articulari l fuere proposita, diligenter auditis, sententiando decrevimus, ut earundem capellarum Presbyteri & Clerici, Cardinali, qui nunc est in ipsa Ecclesia, & qui fuerint m per tempora, manualement obedientiam & reverentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, & ad Ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptis-

a Cap. x. eod. tit. in 4. compil. b al. subiectos. c Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 2. d illam. e Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. f al. ad Deum. & pro utraque litera facis, quod notatur supra de temp. ordin. e. ad aures. in gloss. 2. g al. cumque. h i. e. sigillis authenticis Prælatorum sigillatis, quod dic. ut nos. i. de fid. instr. cap. 1. & c. cum dilectus. i Hæc 2. verba, vel malitia, desunt in antiquis. k In pluribus manus. habetur, Damasco, tam in titulo: quam in textu, sed male: cum sit titulus notus & valde antiquus Roma. l diligenter auditis, additur. m Et qui pro tempore fuerit.

mo & Capitulo celebrandis, convenient temporibus confueris, correctionem ipsius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos & Ecclesias eorundem, inviolabiliter observantes. Quando autem Ecclesia ipsa Cardinali a vacabit, Capellani & Clerici memorati, eidem Ecclesiæ reverenter exhibeant omnia supradicta: excepto, quod de correctione, & excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bono pacis nostræ providentiæ reservamus.

C A P. XII.

Lices Abbasissa subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.

Idem Abbati S. Michaelis Abradensis diocesis.
(An. 1220.)

Dilecta filia in Christo Abbasissa de Brubigen. b transmissa nobis petitione monstravit, quod cum ipsa plerunque Canonicas suas, & Clericos suæ jurisdictioni subiectos, propter inobedientias & culpas, eorum, officio, beneficioque suspendat, iidem consili ex eo, quod eadem Abbasissa excommunicare eos non potest, suspensionem huiusmodi non observant, propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas Canonicas & Clericos, ut Abbasissæ præfate obedientiam & reverentiam debitam impendentes, ejus salubria monita & mandata observent, Ecclesiastica censura compellas. c

C A P. XIII.

Si Metropolitanus a Suffraganeo juramentum exigit ultra formam statutam a Canone, in eo quod est ultra, Suffraganeus non tenetur.

Gregorius IX. Patriarcha Grandensi. (An. 1227.
Roma in *Venetiam*).

Dilecti filii Archidiaconus & Capitulum Castellano suam ad nos querimoniam detulerunt, quod cum a Castellano Episcopo exigeret juramentum præter formam canonicam, quam ceteri Suffraganei Metropolitanis suis confueverat præstare, iidem contentientes ex hoc Ecclesiæ suæ præjudicium generari, ad sedem Apost. appellarunt: (& infra.) Cum igitur non deceat alii te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles: mandamus, quatenus contentus forma canonica, quam nos a Coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus, d nihil amplius a Castellano Episcopo obtentu alicujus consuetudinis exigas, prætextu præfati e juramenti; sciens nos eundem Episcopum ab huiusmodi juramento, quoad alios articulos absolvisse, vel denunciassse potius non teneri.

C A P. XIV.

Vacante Episcopatu, Capitulum confirmat & infirmas electiones.

Idem Priori fratrum Predicatorum, & Archidiacon.
Rhegin. (An. 1228. Roma in
Siciliam).

CUM olim causa: (& infra.) Quocirca mandamus, quatenus, licet Conventus monasterii sancti Salvatoris Messanen. sint ipso f jure hac vice eligendi potestate privati: de gratia tamen eligendi seu postulandi detis ipsis auctoritate nostra liberam facultatem. Mandantes eisdem, ut cum Ecclesia Messan. vacet ad præsens, electionem suam confirmandam, prout de jure fuerit, vel etiam infirmendam, præsentent Capitulo Messan.

C A P. XV.

Qui major est ordine, licet in Ecclesia posterius receptus, in loco & portione præfertur. h. d. secundum veteram lecturam.

Idem

a vacaveris. b al. Lumburgen. al. Neburgen. al. Quedenburgen. c Vide l. a divo Pio ff. de re jud. d Videlib. 1. c. de summ. trinis. & fid. cath. & l. 1. de emanc. liber. e præterisi. f In Cod. Barb. ita: Ipso jure hac vice eligendi seu postulandi privati.

Idem *Archipresbytero sancta Maria majoris de urbe*. (An. 1228. Roma).

Statuimus, a ut Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, subdiaconi tertium, & sic de reliquis obtineant ordinatum, etiam si posterius admittantur. Et qui major est ordine, etiam si postea sit receptus, in portione percipienda potiorum esse volumus, ac minores facere servitia consueta.

C A P. XVI.

Si Ecclesia sita in aliquo Archidiaconatu erigitur in cathedrali, a jurisdictione Archidiaconatus eximitur.

Idem *Archiepiscopo Colocenfi*. b (An. 1229. Roma in Hungaria).

CUM inferiori superiori e solvere nequeat vel ligare, d sed superior inferiorem liget regulariter & absolvat, & satis absonum videatur, ut filius potestatem habeat in parentem: miramur, quod cum tu monasterium de Cheur. constitutum in Firmiensi Archidiaconatu tuæ diocesis in Ecclesiam exeris cathedralem, Archidiaconus Firmiensi in tantam prorupit temeritatis audaciam, ut in Episcopum ibi consecratum & Ecclesiam, suam jurisdictionem exercere præsumat: (& infra.) Mandamus quatenus Præfate Archidiacono, a cuius jurisdictione dictum Episcopum denunciamus exemptum, id districte studeas inhibere. Proviso, ut si ex hoc Archidiaconi Firmiensi jura læduntur, in diocesi tua (ubi expedire videris) absque alieni juris præjudicio, recompensationem illi facias congruentem.

C A P. XVII.

Compositionem super jure Primatiae unus solus, cujus interest, poterit impedire.

Item *Lemovic. Archidiacon. et Priori sancta Radegundis Pictaviensis*.

(An. 1229.)

Humilis doctrina magistris: (es infra.) Mandamus, quatenus Prælatorum Burdegalenensis provincie in ea præsentium, & cathedralium Capitulorum ejusdem, nec non & Biturigen. & Burdegalen. Archiepiscopos in causa primatiae duximus faciendam, requiratis assensum, quo habito, providentiam e nostram solenniter publicetis. Si qui vero consensum præstare noluerint, vos super sedentes publicationi prædictæ, districte præcipiatis eisdem, ut personaliter, si Prælati fuerint vel si alii, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent, proferantur coram nobis jus, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri, si succubuerint, in expensis.

TITULUS XXXIV.

DE TREUGA ET PACE.

C A P. I.

Statuis tempora Treugarum, et pœnas violentantium.

Alexander III. in Concilio Lateranensi. f

(An. 1179. Roma).

Treugas g, a quarta feria post occasum Solis, usque ad secundam feriam in ortu Solis, ab adventu Domini, usque ad Octavas Epiphaniæ, & a Septuagesima usque ad Octavas Paschæ, ab omnibus in violabiter observari præcipimus. §. 1. Si quis autem treugas frangere præsumperit, post tertiam admonitionem, si non satisfecerit, suus Episcopus sententiam excommunicationis dicat in eum, & scriptam vicinis Episcopis annunciet, quorum nullus excommunicatum in communione recipiat, imo scriptam sententiam quisque

a Ad hujus c. declarationem factum fuit c. ult. supr. de confis. b al. Colonienfi. c posteriori. d Vide l. decurio. C. de decur. l. 12. not. in l. hominum. ff. mandati. e provisionem. f Cap. 21. At quod extat apud me manuscriptum nunquam hæc rursus impressum. g Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. et in Pann. lib. 8. cap. 147.

confirmet. Si quis autem hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subiacet. §. 2. Et quoniam funiculus a triplex difficile rumpitur, præcipimus, ut Episcopi ad solum Deum, & ad salutem populi habentes respectum, omni trepidatione posita, ad pacem firmiter tendendam, mutuum sibi consilium & auxilium præbeant: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant. Quod si quis hoc in opere trepidus b inventus fuerit, damnium propriæ dignitatis incurrat.

C A P. II.

Persona hic enumerata, plena securitate gaudet tempore guerra.

Idem. c

Innovamus d, ut Presbyteri, Monachi Conversi, Peregrini, Mercatores, rustici, cuncte vel redeuntis, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & femina portant ad agrum, congrua securitate latentur e.

TITULUS XXXV.

DE PACTIS.

C A P. I.

Pacta quantumcumque nuda, servanda sunt.

Ex Concilio f Africano. (An. 348.)

Antigonus g Episcopus dixit: (& j. a) Aut inrita pacta, b suam obtineant firmitatem, aut conventus (si se non cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt universi i: pax k servetur, pacta custodiantur.

(a Gravem injuriam patior, et credo dolere sanctitatem nostram injuriam meam, et computare communem injuriam, Optantius Episc. cum se præstaret, pactum mecum habuit, et divisum est, quod ad se illicitis imperatorum animos contra disciplinam, contra Evangelicam traditionem, contra pacem placitam. Nam si sibi contingere hoc posse arbitraretur, profecto in fratrem aliquod nunquam deliquisset. Unde)

C A P. II.

Conventio invalida, per consensum superioris validatur.

Gregorius I. (An. 598. Roma in Siciliam).

Ouoties m in conventionibus noster expectatur assensus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, rati habitio eas debet per securitate partium solidare.

C A P. III.

Judex debet studiose agere, ut promissa adimpleantur.

Idem Januario Episc. Caralitano. n (An. 600.

Roma in Sardiniam).

Qualiter o in Sardinia: (& j. a) Studiose agendum est, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur. (a Minores vel pauperes ab eis, qui illis majores sunt, opprimantur, reverendissimi fratris nostris Carthagen. Episc. atque eminentiss. filii n. Innocentii præf. epistola testantur, a quibus, in qua nobis scripta sunt noveritis, ipsarum vobis epistolarum exemplaria providimus transmittenda. Et ideo quia ea, quæ nobis petenda sunt, offeruntur.)

C A P. IV.

Non valet pactum, per quod beneficium Ecclesiasticum debet pecunia resignari.

Alexander III. Exonon. et Vigornen. Episcopis.

(An. 1164.)

CUM p pridem S. q Clericus procurator Prioris & Monachorum de Acra, & P. Clericus, pro causa, quæ inter eos & prædictum P. ac fratrem ejus, cujus vicem

se

a Psal. 138. Eccl. c. 4. b al. tepidus. c Cap. 22. in eod. Concilio. d Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. Pann. l. 8. cap. 147. e Posterior pars hujus cap. extat sub tit. de censibus. c. innovamus. f Carthagenis Africa primo, cap. 12. g Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. h al. sui. i al. firmiter. k pax hic pro pact. poni videtur. l l. 8. ep. 60. Registr. m Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. n l. 8. ep. 38. o Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. p Post Conc. Later. p. 28. c. 2. tit. de pact. licitis de illic. in rebus Ecclesiast. et c. 4. eod. tit. in 1. comp. q Simon.

se gerere dicebat, super Ecclesia & Capella de L. vertebatur: ad nostram presentiam accessissent, inter se (non tamen nobis mediantibus) convenerunt, quod eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti solverent, & idem P. liti cederet, & Monachorum infestatione cessaret. Cumque compositionem istam a auctoritate Apostolica peterent confirmari, nos eam non duximus admittendam, pro eo, quod videbatur pravam illicitæ pactionis speciem continere: (*et j. a*) Ille igitur nostris monitis acquiescens, & eidem b liti pro se ac fratre suo renuncians, authentica instrumenta, quæ super hoc habebat, in nostris manibus resignavit: quæ nos Priori & Monachis destinantes, mandavimus, ut eidem P. & fratri ejus in aliquo fructu beneficio providere, de quo majus lucrum valeant Apostolica intercessione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita provenire. Caterum quia Prior & fratres acquiescere noluerunt, mandamus, quatenus moneatis eisdem, ut præfato P. & fratri ejus competens beneficium conferant & assignent: alioquin si vobis confiterit, dictos Clericos a prænominata Ecclesia & Capella absque ordine judicarij violenter ejectionis, ipsas eisdem restitui & faciatis: non obstantibus literis nostræ confirmationis, quas prædicti Prior & Monachi a nobis impetrasse noverunt.

(*a* Monimus autem prædictum P. ut ipse tam pro se, quam pro suo fratre Monachos in pace dimitteres, et eisdem liti omnino abrenunciaret.)

C A P. V.

Non valet pactum de succedendo post mortem Prælati in ipsius Ecclesia.

Idem Archiepiscopo Eboracensi. (*an. 1170.*)

Ancepimus d, quod quadam sunt Ecclesiæ Clericis tali onore concessæ, quod post eorum obitum alii nominatim succedant. Verum quoniam hoc iniquum est, & factis canonibus inimicam, & ideo non debet aliquatenus tolerari, mandamus, quatenus hujusmodi successiones tam e detestabiles & iniquas appellatione cessante prohibeas, & omnino frivolas & inanes f esse discernas.

C A P. VI.

Qui per pactum agenda personis consecutus est Ecclesiam, debet ea privari, et alias canonice puniri.

Idem Casnariensi Archiepiscopo, et ejus Suffraganeis. (*an. 1176.*)

Cum Clerici vestra jurisdictionis g (sicut accepimus) decedentibus Ecclesiarum personis pacificanter ex ipsis Ecclesiis majores solito solvere pensiones, ut facilius possint eandem Ecclesias adipisci: Nos h ad tam detestabile vitium extirpandum, fraternitati vestræ mandamus, quatenus ne id attentare præsumant, districtius prohibentes (si contra prohibitionem vestram venire præsumperint) appellatione cessante eos taliter adeptis Ecclesiis spoliatis: alias pro tantæ præsumptionis excessu severitate Ecclesiastica patientes eisdem.

C A P. VII.

Si Ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, apponit pactum in præjudicium juris parochialis alterius Ecclesiæ, non tenet: et quicquid hac occasione perciperit, reddere cogitur illi Ecclesiæ.

Innocentius III. in Concilio generali. i

(*an. 1215*)

Plerique (sicut accepimus) regulares & Clerici & seculares interdum, cum vedomos locant, vel fenda

concedunt, in præjudicium parochialium Ecclesiarum pactum adiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de avartitiæ radice procedat, pactum hujusmodi penitus reprobamus, statuentes ut quicquid fuerit occasione hujusmodi pacti perceptum, Ecclesiæ parochiali reddatur.

C A P. VIII.

Non valet pactio in spiritualibus, vel qua pactum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de jure, vel de facto.

Gregorius IX. (*an. 1229.*)

Pactiones factæ a a vobis (ut audivimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omnibus pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, nullus penitus sunt momenti. Quod etiam de aliis est dicendum, quæ observata vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam juxta legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de jure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

T I T U L U S XXXVI.
DE TRANSACTIONIBUS.

C A P. I.

Instrumenta, et alia jura partium, contraria transactione tolluntur.

Gregorius III. b A. Subdiac. et Dominic.

Abb. (*an. 591.*)

Sicut grave: (*et j.*) Post salubrem e decisionem de controversia vestra factam, decrevimus, ut omnia instrumenta, vel quicquid aliud est, quod partibus quoquo modo, aut ex temporis præscriptione e seu aliter opem de lege, aut quocunque privilegio ferre poterat, sit vacuum, & omni virtute cassatum: & sola pactionum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis ex hac nostra auctoritate suscipiat.

C A P. II.

Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.

Alexander III. (*an. 1180.*)

Statuimus, d ut super decimis inter vos & aliquam personam Ecclesiasticam, de assensu Episcopi vel Archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata & inconcussa persistat.

C A P. III.

Si Capitulum consensus transactioni, quam fecit Prælati nomine Ecclesiæ, ulterius dissentire non potest.

Idem Dulmensi Episcopo. e (*an. 1120.*)

Contingit f interdum, quod licet Abbas vel Prior aliquis conventualis Ecclesiæ, cum Ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controversia vertitur, coram delegato vel ordinario Judice transigat, Capitulum tamen eandem transactionem nititur revocare. Unde quia nos consulere voluisti, tibi respondemus, quod si Abbas vel Prior a Capitulo suo de rati habitatione literas habuerit, transactionem, quam fecit (si fuerit aliquot annis servata) Capitulum, ac si non consenserit in eam, non poterit revocare.

C A P. IV.

Super Ecclesiastico beneficio transigi non potest, etiam cum juramenti interpositione.

Idem

a Ipsam. b idem. c Facit. l. 2. ff. de vi et vi arm. d Post Concil. Lateran. part. 28. c. 28. c. 4. et 5. eod. tit. in 1. compil. e Idem Concil. Trident. sess. 26. de reform. c. 7. f Vanas al. vacuas g Post Concil. Later. part. 28. c. 8. et 6. eod. tit. in 1. compil. h al. additur, intendentes. i C. 50. al. 67. k Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

a Vide Navarram in manuali confess. c. 23. tit. de simon. et Sor. l. 9. de just. et jure. q. 5. et cap. ult. inf. de Condit. apposit. b Anthemo. sic in vet. c Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c Post Concil. Later. 28. c. 27. et Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. e Dulmensis. al. Dulenen. f Post Concil. Later. p. 28. c. 5. et c. 3. eod. tit. in 1. compil.

Idem Alex. III. Abbati de Strat. & Priori sancti Eusebii. (in Angl. Ord. D. August. an. 1180.)

Constitutus a in nostra presentia G. Clericus sua nobis affectione monstravit: quod cum inter ipsum & A. Clericum super Capella de Strat. controversia emerisset, tandem per transactionem sopita fuit & licet hinc inde, fide prestita, firmata fuisset, eam tamen prestatas A. servare recusat. Quia igitur hujusmodi transactiones speciem continent simoniam: mandamus, quatenus revocata transactione in irritum, causam audiat; &c.

C A P. V.

Per transactionem factam sine auctoritate Episcopi potest Prælatas, sed non Ecclesia constitui consualis.

Idem Carnotensi Episcopo. (an. 1180.)

De cætero b noveris, quod cum aliquis ad extraordinarium Judicem literis impetratis cum adversario suo componit, postmodum in Ecclesia, de qua agitur, jus aliquod habiturus: Si compositio non est juri contraria. non est a loci Episcopo reprobanda. Sed census absque Episcopi auctoritate, qui præest Ecclesie, sub hoc pre-textu solutus, vitam ejus qui solverit, non excedit, c

C A P. VI.

Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur, ut vacans, ab eo qui fuit transactionis mediator, non valet impertratio. h. d. quoad titulum.

Idem Eboracensi Archiepiscopo, & d. Vigorensi Episcopo (an. 1160.)

EX literis vestris e accepimus, quod cum olim inter R. & A. Clericos super Ecclesia de Vult. f. coram te, frater Episcopo, qui Judex fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem patrocinabatur in causa, & testis inscriptus fuerat, transactio facta fuisset, postmodum idem G. se mentis Clericum, cum nondum esset in Clericum transfusus, super eadem Ecclesia tacito de transactione literas nostras impetravit. Cum autem idem G. non inficiaretur se transactioni interfuisse, & nondum fuisse transfusum, cum literas istas obtinuit, ei super prædicta Ecclesia silentium duximus imponendum.

C A P. VII.

Super Ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amicablem componi. h. d. & quotidie allegatur.

Idem. (an. 1180. Coma.)

Super eo g, quod quaesivisti, utrum de Ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio? Tale damus responsum, quod transigi super re sacra b & litigiosa non potest: Etenim res sacra, ut possideantur aliquo dato, vel retento seu promisso, speciem credimus habere simoniam. Alias si gratis & amicablem se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obviare.

C A P. VIII.

Transactio facta de rebus Ecclesia per Prælatum, sine superioris consensu, non obligat successorem.

Idem Abbati de Serapho. i & Priori de Phabi. (an. 1180.)

Veniens ad k Apostolicæ sedis clementiam magister G. de Fava i sua nobis insinuatione monstravit, quod Monachi majoris Monasterii, terras in parocchia sanctæ M. de Marchia m excolunt, & ab eadem Ecclesia coloni eorum omnia Ecclesiastica tam necessaria, quam

voluntaria suscipiunt sacramenta, & tamen eidem Ecclesie decimas solvere contradicunt: (& i. x) Arbitrantur autem se posse tueri cujusdam transactionis pre-textu inter præfatos Monachos, & quandam Sacerdotem memorati Guil. prædecessorem factæ, ut de duabus carrucatis a terræ, quas in dominio suo Monachi tenent, tertium tantum decimarum partem exsolvant: (& infra. β) Mandamus, quatenus nisi præfati Monachi transactionem præscriptam, auctoritate Apost. confirmatam esse docuerint, cum alias inter personas facta potius, quam inter Ecclesias videatur, ne pacta inter alios acta aliis obesse pariamur: ipsos & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus provenientes ex integro, & illarum quas illicite detinuerant, justam æstimationem restituere eidem Ecclesie compellatis.

(& Sed de frugibus tertiam partem solvant, et duas partes sibi resinare præsumant, de reliquis autem minutis decimis usque nutrimentis animalium suorum res de fructibus hororum nil penitus præfate non erubescunt.)

(β Quo fit, ut inde occasionem sumentes malignandi prædicia ex agricolarum defectu ad eos devoluta, Monachi in suum magis astute quam provide dominium convertunt, quatuor vel forte plures carrucatas duabus aggregant, non tamen decimas præstantes de illis, quoniam prius de duabus præstitissent, cum secundum compositionis tenorem integras de illis decimationes solvere tenerentur. Quoniam igitur nos convenis de Ecclesiis providere, ne sua cuiuslibet videantur jura perire, f. v. p. a. f.)

C A P. IX.

Sicut Super jure presentant, ita Super annexo non potest transigi, ut recedatur a lite, interveniente aliqua temporalitate.

Lucius III. b Ormensi Episcopo. (an. 1180.)

I. Præterea c, quando inter Laicos & viros Religiosos de presentatione alicujus Ecclesie quaestione suborta transigitur, ita quod presentationem Laicus obtineat, Religiosi vero novam vel majorem percipient in Ecclesia, in qua prius nullam, vel minorem habere consueverant portionem, an hujusmodi transactio teneat, quaesivisti. Cum igitur ipsa pactio simoniaca merito videatur: Respondemus, quod de jure non tenet, nec ex ea Religiosi ullum debent commodum obtinere.

C A P. X.

Super spirituali subjectione non licet transigere.

Cælestinus III. (an. 1195. Roma.)

II. Præterea d quarto loco quaestio talis accessit, quod quædam cella eximi voluit a subjectione, qua matri domui tenebatur: (& infra.) Fratres illius cellæ, se constitentes in jure illi domui quondam fuisse subiectos, referebant quaestionem olim de hac subjectione fuisse motam & transactione sopitam, eatenus, v. quendam annum e censum Ecclesie matri reddendo, cessent a subjectione principalis domus exempti: (& j. α) Prior consequenter pro majori Ecclesia proponebat, quod de spirituali subjectione transigere non liceret. Respondemus igitur, quod ex prædicta fratrum confessione, contra eos sententia procedere debeat, præsertim cum illa transactio (licet nobis de illo, quod cella determinare reddere tenebatur, constare nequiverit) iniquitatem simoniacam continuisse putetur.

(& Caterum ex adverso prior majoris domus duo partes allegabas, unum sc. quod ex quo confessi fuerant se dudum illi domui fuisse subiectos, et non ante transactionem illam esse exemptos, constabat, eos fuisse rebelles eo ipso, quod ante transactionem illam et exceptionem se commendabant vel contemderent)

a Post Concil. Lateran. 28. p. 16. & cap. 4. eod. tit. in 1. comp. b Post Concil. Later. p. 28. c. 10. & c. 5. eod. tit. in 2. comp. c in quibusdam manuscr. excedat. d al. Vigorensi. al. Vigorensi. e Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. f al. de Ministra. g Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. h Alias, super re religiosa & sacra i Straupho & Priori de Plib. k C. 3. eod. tit. in 2. comp. l Famulla. al. Flavilla. m Marbon.

Jur. Canon. Tom. II.

a al. Carrucatis. b Morinensi. al. Oriensi. al. Orin. c Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. d Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. (cumque causa debito Marti precurreret.) e annuatim.

E 3

debent ab eisdem jurisdictione esse substractos, nec transactio subsequens eos poterat a tanto crimine inobedientia relaxare.)

C A P. XI.

Judex potest, & debet se interponere pro transactione inter partes faciendam, praterquam in casibus, in quibus jura hoc non admittunt, ut super matrimonio. h. d.

Honorius III. j. tituli sancte Praxedis Presb. Cardin. (an. 1220. Roma.)

EX parte tua: & infra. α) Poteris etiam ad componendam interponere a partes tuas, & interdum aliquid severitati detrudere, prout (statu Imperii & excedentium multitudine, provida deliberatione pensatis) videtis expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispensationis b remedium non admittunt, utpote conjugii sacramentum, quod cum non solum ad Latinos & Græcos, sed etiam apud fideles & infideles existat c, a severitate canonica circa illud recedere non licebit. In his vero, super quibus jus non invenitur expressum, procedas (æquitate servata) semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas & causas, loca & tempora videris postulare.

(α Fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Græci furtive sacros ordines a non suis Episcopis receperunt, quidam etiam excommunicati celebrant in Ecclesiis interditi, & Græcis ritibus pertinaciter inhaerentes, in nullo volunt Latinis obedire Prælati. Præterea quidam Græci & Latini Episcopi consecrationes faciunt in alienis Episcoparibus, & decimas percipiunt in eisdem in Episcoporum eorundem locorum præjudicium & gravamen, licet Episcopi Græcorum nec percipere decimas, nec consecrationes hujusmodi consueverunt celebrare. Ad hæc laici Græci uxores suas secundum votum propria voluntatis dimittere, alias superducere non verentur, ac operari dominicis ac festivis diebus quemadmodum in professis. Porro quidam Barones & milites, tam Latini quam Græci, Abbatias & Ecclesias alias cum nominibus & bonis aliis eorundem contra justitiam detinentes, decimas non exsolvunt, & alios solvere recusantes, in suo errore defendunt: etsi pro his & aliis excessibus feratur in eosdem sententia excommunicationis, eam in animarum suarum periculum & aliorum scandalum vilipendunt. Unde a nobis postulas edoceri, quid tibi agendum sit, & qualiter Metropolitanus puniendus sit, qui quibusdam eundem mercibus in Alexandria contra statutum Concilii generalis licentiam tribuere de facto non expavit. Nos igitur c. r. r. resp. ut cum jura canonica & civilia edita sunt ferre in omnibus his articulis prænotatis, procedat in his secundum canonicas & legitimas sanctiones.)

TITULUS XXXVII.
DE POSTULANDO.
CAP. I.

Clericus in sacris vel minoribus beneficiis, in seculari foro postulare non debet, nisi pro se, vel sua Ecclesia; vel miserabilibus personis.

Ex Concilio Lateranensi. d (an. 1178.)

Clerici in Subdiaconatu, & supra, & in ordinibus quoque minoribus, si stipendiis Ecclesiasticis sustententur f, coram seculari Judice Advocati in negotiis secularibus fieri non præsumant: Nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint profecti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt, sed nec procuratiam villarum aut jurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principum viris, ut justitiarum eorum fiant, quisquam Clericorum exercere præsumat.

a L. 2. §. & post. ff. de novi op. nunc. & 90. dist. per tot. b Perperam in impressis, dispositionis. c Vid. Turrecrem. 28. q. 1. in summa. d Cap. 12. sub Alexand. III. e Cap. 1. cod. tit. in 1. comp. f Infero ergo, quod inedia cogente postulare poterit. l. 1. & ibi Bart. C. de patri. cui fil. dist.

C A P. III.

Canonici regulares postulare non possunt sicut Monachi, nisi pro utilitate Ecclesiæ, vel sui monasterii, & præcepto Abbatis.

Innocentius III. Compostell. Archiepiscopo.

(an. 1210.)

EX parte qua nobis fuit propositum, quod quidam Canonici regulares non solum in Ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis præsumunt Advocati officium exercere. Cumque objicitur eis a, quod non debent esse forensis, vel Ecclesiasticis negotii susceptores vel executores, nisi forte id monasterii exposcat utilitas, Abbate nihilominus impetrante, ad suam proponunt insolentiam b excusandam, quod capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canonicis regularibus loquitur manifeste. Unde consultationi tuæ taliter respondemus, quod idem iudicium de Canonicis regularibus, quod de Monachis, quantum ad supradicta credimus observandum, licet de Monachis in canone specialiter sit expressum.

C A P. III.

Se summat.

Gregorius IX. (an. 1230.)

Cum Sacerdotis sit officium c nulli nocere, omnibus autem velle professe: non nisi pro seipso, vel Ecclesiæ suæ, vel (si necessitas imminet) pro personis conjunctis, aut miserabilibus sibi licitum est postulare: (& infra.) Clericus autem qui contra Ecclesiæ, a qua beneficium obtinet, pro extraneis Advocatus vel Procurator esse præsumit d, tanquam ingratus potest (maxime si Clericus sit ejusdem Ecclesiæ) beneficio hujusmodi spoliari.

TITULUS XXXVIII.
DE PROCURATORIBUS.

C A P. I.

Non auditur quis tanquam alterius Procurator, nisi habeat mandatum legitime factum.

Gregorius Maximo Salonensi Episcopo.

(an. 595. Roma in Dalmatiam.)

Alia e quidem: (& infra.) Scripsisse te quibusdam f comperimus, quod prædictos viros tunc g ad causam non miseris, & ideo, quæ cum ipsis facta sunt, subsistere non debere: sed & Thomas sibi hoc a te dictum perhibuit: ex qua re nec præsentium positioribus judicavimus esse credendum h, ne de ipsis similiter diceretur. Quia ergo hoc cautiores ne esse præmonuit, instructam personam cum mandato legaliter factum, & Presbyterorum, seu Diaconorum, testiumque subscriptionibus roboratum, gestis ex more indicto transmittit: ut quicquid cum ea actum fuerit, jure subsistat.

C A P. II.

Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem ex probabili causa legitime per nuntiaro excusatum. h. d. quantum ad verum intellectum.

Alexander III. (an. 1160.)

Querelam i A. Clerici accepimus: (& j. α) Mandamus, quatenus si vobis consiterit, quod Vigor Episco-

a Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 1. b Eadem vox supr. de suppl. negl. prel. cap. 1. & forsassis leg. insolentiam, ut ibi notavi: vel die, insolentiam, id est, inscientiam. c Hæc vox, officium, in multis deest, & super verbo, sit, hæc habetur expositio, id est, interfit; nec habetur in cap. denique. 14. q. 5. unde sumitur. d præsumpsit. e Cap. 1. cod. tit. in 1. compil. f al. quibusdam nostris. g alias nunc. h Vid. l. non. solum. §. qui alienum. & ibi Bart. ff. eud. i Cap. 1. cod. tit. in 2. compil.

Episcopus, præfatum A. in restitutione expensarum, pro nulla alia rationabili causa condemnaverit, nisi pro corantem, quod in termino constituto ad ejus præsentiam non accessit, infirmitate detentus a, cum possit quis cogi, nisi velit in gravibus causis Procuratorem constituere, & ipse ad probandum infirmitatem suam, Presbyterum & Diaconum designaverit, eum abolvere ab eadem sententia minime differat.

(*α Quod cum ven. f. n. Vigor. Episcopus causam, quæ vertitur inter ipsum & Sabin. Episcopum super Ecclesia de mandato nostro suscepisset sine debito terminandam; tandem quia idem Clericus termino constituto suam ei exhibere præsentiam non potuit, pro eo quod erat infirmitate gravatus, sicut per quendam Presbyterum & Diaconum, quos ad præsentiam ipsius Episcopi miserat, paratus erat probare: eundem A. in restitutione expensarum, quas R. Lukon. Archidiaconus pro ipsa causa ad diem ipsum tunc veniendo eidem condemnavit.*)

C A P. III.

Sententia lata cum Procuratore revocato, & de hoc certificato, non præjudicat domino. h. d. secundum communem intellectum.

Clemens III. (an. 1190.)

EX insinuatione b Archidiaconi Sagien. accepimus, quod cum inter ipsum & magistrum G. super quadam præbenda Lexon. Ecclesiæ controversia mota fuisset: (& infra. a) Licet ab eodem Archidiacono Procuratori suo, duobus Clericis præsentibus expresse fuisset inhibendum, ne cause cognitionem susciperet: ipse nihilominus in causa procedens; sententiam contrariam reportavit. Cæterum, quia alter de prædictis Clericis dicitur obisse, mandamus, quatenus si per ipsius Archidiacon. & superstitis Clerici juramentum constiterit de præmissis c, sententia contra eum lata nequaquam obstante, prædictæ præbendæ possessionem, cum fructibus inde perceptis (si ejus restitutioni aliud canonicum non obstat) auctoritate nostra restitui faciatis eidem. Restitutione vero facta, si Archidiaconus ipse suam canonicam institutionem probare potuerit, ipsam ratam permanere appell. postposita decernatis.

(*α Eidem magistro propter hoc ad sedem Apostol. accedenti G. de Coron. Procuratorem ipsius Arch. se gerens ad illam causam constitutam cum quibusdam literis de rarihabitatione, prout decebat, se opposuit. Cum autem aliquantulum in causa cognitione processum fuisset.*)

C A P. IV.

Rescriptum super consecutivis iudicis impetratum a Procuratore revocato, & de hoc certificato, non valet, nec processus, vel sententia lata per ipsum, si revocatio pervenit ad adversarium. h. d. secundum glossam.

Innocentius III. Cabillon. & Casalan. d. Episcopis. (an. 1210.)

IN nostra præsentia Tullen. e Episcopus est conquestus, quod cum ad causam, quæ inter ipsum f & Decanum Tullenf. super dilapidationem, excommunicationem, & perjurio, ac quibusdam aliis criminibus vertebatur, T. & G. Presbyteros Procuratores instituens, ipsos ad sedem Apostolicam duxerit destinandos, cum de ipsorum fide postmodum tñturbasset, mandatum quod eis dederat, intra modicum temporis spatium revocavit: sed ipsi licet mandati literas revocatorias recepissent, nihilominus in negotio processerunt, & pro Procuratoribus se gerentes, cum adversario ingressi iudicium, eum eo ad Parisiensem Archidiaconum & collegas suos in eisdem præiudicium nostras literas impetrarunt: (& 7. a) Cumque prædictis Episcopus ad probandum,

quod falsi Procuratores fuerant, ab ipsis iudicibus inducias postulasset, ipsi exceptionem oppositam inutilem & supervacuum reputantes ad probationem ipsius dilationem concedere noluerunt: propter quod ad appellationis beneficium convolvit. Sed idem nihilominus lite non contestata, & juris ordine prætermisso, testes contra eum recipere præsumperunt, ipsum a Tullen. Ecclesia per sententiam removendo. Nos vero licet vix fidem adhibere potuerimus, quod dicti Iudices, utpote viri literati, providi & honesti, taliter processissent, maxime cum in sua relatione (quam ad nostram præsentiam transmissere) de huiusmodi exceptione nullam fecerint mentionem: quia tamen Episcopus per viros religiosos, providos & honestos, de quibus non est verisimile, quod suæ salutis oblitus, ac juramenti religione contempta, falsum testimonium tulerint, nobis fecit super his, quæ sunt proposita, plenam fidem, attendentes etiam, quod falsi Procuratoris exceptio non solum ante sententiam, verum etiam postea potest obijci a: utpote quæ probata iudicium nullum, & nullius momenti controverfiæ reputatur, processum supradictorum iudicium sententialiter duximus irritandum.

(*α Quoniam citatio, licet eidem Episcopo minime fuerit præsentata, cum tamen ad ejus notitiam devenisset, quod eidem eras causa commissa, quæ inter ipsum & dictum Decanum & Archidiacon. vertebatur: ad earum præsentiam venire preparavit.*)

C A P. V.

Si agitur de adulterio coram Iudice seculari ad pœnam legalem, non intervenit Procurator: secus si coram Ecclesiastico ad separationem tori.

Idem Brixien. Episcopo. (an. 1208.)

TUæ frat. b (& j.) Consultationi tuæ c taliter respondemus, quod si vir accuset uxorem de crimine adulterii coram Iudice seculari, ad pœnam legitimam infligendam, quia tunc inscriptionis vinculum debet arripere, sequæ ad pœnam talionis adstringere: non per Procuratorem, sed per ipsum præsentem oportet præsentialiter accusare. Si vero vir accusare velit uxorem de adulterio coram Ecclesiastico Iudice, ut ab ejus cohabitatione discedat, quia tunc etsi forsitan oporteat eum inscribere, ut designet in scriptis nomen, locum & tempus, & omnia, quæ comprehenduntur in lege civili d: ad talionem tamen non debet se aliquatenus obligare: ne forte cum in probatione defecerit, intentionis suæ consequatur effectum: sustineri potest, si necessitas id postulerit, ut per Procuratorem acuset: quoniam huiusmodi accusatio, etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter civium & criminalem, quanquam in præsentia principalium personarum securius procedatur.

C A P. VI.

Qui de mandato domini causam procuravit, ab eo repetitis expensas propter hoc factas.

Idem.

CUM pro e causa, quæ inter G. & F. Gabillon. f Ecclesiæ Archidiacon. vertebatur: (& j. a) Discret. v. mandamus, quatenus expensas Archidiacono restitui faciatis, si legitime probare potuerit, se de mandato Capituli suscepisse prædicta negotia promovenda, & propter hoc ad sedem Apost. accessisse.

(*α Procuratores, utriusque partis ad n. præsentiam accessissent, Archid. f. procurator proposuit, quod a bon. mem. Pp. p. n. confirmationis literas impetravit, sub quibusdam constitutionibus. Ecclesia de communi assensu Capituli constitutis,*

a Vid. l. quæstium. arg. a contrario sensu, ff. de re jud. b C. 3. eod. tit. in 2. comp. c Vid. l. in bona fidei. C. eod. & l. admovendi. ff. eod. d al. Casalan. e C. 1. eod. tit. in 3. comp. f Episcopus, legitur in impressi, & male; antiqui omnes habent, ipsum, g Vex. criminibus, deest in omnibus antiquis.

a Vid. l. licet. C. de iudic. b C. 2. eod. tit. in 3. comp. c C. sua. infr. de sponsal. est pars huius c. d Vid. l. libertorum ff. de accus. & l. prator. edixit. & ibi Bart. ff. uti poss. e C. 1. eod. tit. in 4. comp. f al. Gabion. al. Gablent.

sis, ex quorum inobservantia Ecclesia debito servitio frangeretur, petebat procurator pro Archidiacono memorato causam committi, & confirmari constitutiones predictas, & ea restituere, quo ad utilitatem ipsius Ecclesie coactus fuerat expendisse. & infra.)

C A P. VII.

Universitas etiam Scholarium potest ad agendum & defendendum Procuratorem constituere.

Idem Scholaribus Parisien. (an. 1208.)

Ouia in causis, quae contra vos, & pro vobis moventur, vestra universitas ad agendum & respondendum commodum interesse non potest, postulatis a nobis, ut procuratorem instituire super hoc vobis de nostra permissione liceret. Licet igitur de jure communi a hoc facere valeatis, instituendi tamen Procuratorem super hac auctoritate praesentium vobis concedimus facultatem.

C A P. VIII.

Si citatus ad totam causam constituit Procuratorem, quem postea revocat, potest nihilominus contra eum procedi, in quantum status causa patitur, sine alia citatione. h. d. quod intellectum.

Honorius III. b. Episcopo Egitanensi. (an. 1220.)

Auditis & intellectis, quae super delegatorum nostrorum processibus fuere proposita, processus ipsos, & quacunque fecuta sunt ex eis vel ob eos, noveris non irrita judicasse, non obstantibus literis, quas de revocatione & mandati Procuratori suo Colubriensi Episcopo destinavit: cum antequam ad illum litera hujusmodi pervenirent, fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum. Cateorum memoratum Colubriensi Episcopo, qui procuraverat totum negotium ad examen sedis Apostol. advocari, & postmodum mandatum factum Procuratori, non sine nostro contemptu, & tuo dispendio revocavit, condemnandum tibi duximus in expensis, quas fecisti a tempore, quo ad Procuratorem ipsius revocatoria litera pervenerunt, & facies etiam e usquequo per se idem Episcopus, vel per Procuratorem idoneum de nostro conspectui praesentabit, i principali negotio legitime processurus.

C A P. IX.

Procurator Episcopi causas Episcopatus agit & defendit, licet non fuerit datus sub nomine Syndici vel Aforis.

Idem M. & R. Canonis Mutinen. (an. 1220.)

Roma in Flamianam.)

Petitio vestra nobis exhibitae continebat, quod cum Mutien. Episcopus in Livoniam profecturus, vos vicarios suos & procuratores constituit generales, vobis volentibus agere contra detentores bonorum Episcopi Mutinen. vel contra illum agentibus respondere: frequenter opponitur, quod hoc facere non potestis, pro eo quod in instrumento Vicariae, sive procurationis hujusmodi non exprimitur, quod Episcopus ipse constituerit vos Syndicos vel Aforis: (& infra. a) Nos igitur ex tenore ipsius instrumenti liquido cognoscentes, quod intentio fuit ipsius Episcopi dare vobis agendi & respondendi pro ipso liberam potestatem, exemptionem hujusmodi penitus reprobamus.

(a Unde humiliter postulastis, ut cum per exceptiones hujusmodi frequenter impediatur utilitas Episcopi supradicti, super hoc providere salubriter dignaremur.)

C A P. X.

Providere debet Judex, maxime in causa matrimoniali, quod constitutus Procuratorem gaudeat plena libertate.

Gregorius IX. nobili viro Ubaldo h. civi Pisano.

(an. 1235.)

Accedens ad Apost. sed. (& j.) Mandamus quatenus D. nobilem mulierem, quae sub tua potestate

a Vide Horat. Luc. trañ. de privil. Scholarium, privil. so. b In aliquo, Innoc. III. c. al. Egitanensi, de recusatione. c quousque. f proponitur, in aliquo ansig. g In multis ansig. est dñtio, Episcopo h Umbaldo.

tenetur, plena restituas libertati, faciens ipsam ad casum de Massa Lucanae dioecesis secure perducere, ut existens ibi libera, Procuratorem libere ordinare valeat, qui suam coram nobis iustitiam prosequatur. Tu ergo super sponsalibus, quae in ternatam tuam & filium ejusdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem idoneum ad praesentiam nostram mitras, qui ad agendum & respondendum plenam a habeat potestatem.

C A P. IX.

Si Procuratori generali denegatur inducia ad consulendum Dominum, ex causa probabili absentem, poterit Procurator appellare.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo. (an. 1136.)

Dilectus filius magister L. Lector Ecclesiae de A una transmissa nobis petitione monstravit, quod cum R. Presbyter contra ipsum causa studii Bononiae commorantem super eadem Ecclesia ad Judices nostras literas impetrasset, eorum auctoritate a Judicibus ipsis eodem Rectore citato, Procurator ipsius generalis ad omnia ejus tractanda negotia, pro eo, quod competentem terminum, intra quem Rectorem ipsum consulere, utrum deberet contendere vel cedere quaestioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, &c.

C A P. XII.

Si reus recedit a iudicio, dimisso Procuratore solummodo ad agendum, consumax est, & condemnatur in expensis.

Idem Episcopo Lexovien. (an. 1236.)

Constituitis in praes. n. H. Priore Sagien. & T. Laico dilectum filium O. Subdiac. nostrum super causa, quae inter ipsos super quadam summa pecuniae vertitur, concessimus auditorem: (& infra.) Quia Prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suae uxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicentiam recessit, quendam Procuratorem dimittere solummodo ad agendum, quem cum auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum, ad defendendum priorem sufficientem non viderit, eum ex hoc reputas contumacem, ipsum praefata T. in unam marcham sterlingorum condemnavit, taxatione praehabita in expensis b. (& infra.) Nos autem finem litibus imponere cupientes, & quod ab auditore praefato factum esse dignoscitur approbantes, mandamus, quatenus partibus convocatis, &c.

C A P. XIII.

Tenet iudicium agitarum cum Procuratore revocato, si revocationem Judex & adversarius ignoraverunt. h. d. secundum communem intellectum & verum.

Idem.

Mandato Procuratoris post litem contestatam a Domino revocato, si hoc ignorante Judice, vel adversario factum fuerit: iudicium quod idem quasi Procurator postmodum expertus est, factum esse debet.

C A P. XIV.

Filius familias potest esse Procurator in iudicio, etiam ad futuras lites, & Procurator datus cum pluribus simul in solidum, praesertim si praecipuam negotium: secus si diverso tempore fuit datus. Item Procurator appellare debet a sententia, nisi ex causa excusetur: quo casu debet Domino nunciare de sententia: appellationem tamen prosequi non tenetur.

Idem.

Non injuste Judex processit, qui filium familias in Procuratorem admisit, quamvis ad futuras controversias constitutum. Qui licet simul cum aliis datus fuerit, prius tamen procuracionis officium occupavit. Quod fieri nequisset in Procuratoribus diversis temporibus constitutis, quoniam dato posteriori, prioris esset

a Plenariam, b Vide l. i. cum not. ibi, ff. quod censurae quae universae.

eset procuratio revocata a. Potuit quoque is, & debuit a sententia in eo, quod lata extitit contra ipsum, nostram audientiam appellare, vel (si iusta b causa excusabat eundem) saltem Domino contestati c ut ad appellationis beneficium convolyaret. Licet appellationem prosequi non teneretur invitus.

C A P. XV.

Procurator universitatis, cujus majores et jurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ut ad id sciantur sint admissi h. d. & est decisio notabilis & subtilis.

Idem,

Consulti sumus, an constitutus ad impetrandum a communitate aliqua Procurator, ab impetrando deberet excludi pro eo, quod majores & jurati d, per quos eadem communitas regebatur, tempore, quo adjunctum fuit procuratoris officium, erant excommunicationis sententia innodati.

Taliter respondemus, quod nisi essent illi in literis procuratoris expressi, vel alias eorum auctoritate Procuratoris e institutio facta fuisset, aut sciens eos esse tales, ipsa communitas una cum eis constituisset eundem, non est Procurator hujusmodi repellendus.

T I T U L U S XXXIX.

DE SYNDICO.

CAPUT I.

Religiosi debent habere Syndicum, qui causas monasterii agat, et defendat etiam (si oportuerit) constituto illi salario. Gregorius Papa Subdiac. l. defensori Sicilia.

(an. 599. Roma in Sicilia.)

Sicut studij g nostri esse debet a litigijs forensibus Monachos submovere, ita necesse est nostra provisione, quemadmodum negotia eorum disponi debeant, ordinare. Pro qua re tibi præcipimus, quatenus cum Fausto loqui debeas, cui (si volueris) constituto salario, monasterii generaliter debeas negotia commendare. Exdidit enim pro parvo incomodo a strepitu causarum fervos Dei esse quietos.

T I T U L U S XL.

DE HIS, QUÆ VI, METUSVE CAUSA FIUNT.

C A P. I.

Si quis timore mortis, postea ratum non habens, religiosem profitetur, exire, et matrimonium contrahere potest: secus si a principio, vel ex post facto libere consensisses.

Alexander III. Ofcen. Episcopo h, et Priori sanctæ

Maria Casaraugust. (an. 1180.)

Perlatum est ad audientiam i nostram, quod cum quidam nobilis & potens M. uxorem suam suspectam k haberet, milites sui, ejus præcepto eam ad quandam sylvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt: sed tamen pietate ducti, sub tali conditione pepererunt eidem, quod in monasterio de Colobris l habitam susceperet monachalem: (et infra. a) Episcopi vero missi a viro, ut ei velum imponerent, quia juvenis erat, & filium parvulum habebat, mutationem vitæ suæ suspectam habentes, seorsum convenerunt can-

a Vid. l. si quis eum. s. fin. ff. eod. b ut infirmitas, pauperes, vel justus metus. c id est, nunciare coram testib. l. si procuratorem. s. si ignorantes. ff. mandat. d Vid. l. i. ff. quod cuiusque uni. et c. cum non ignorent. de prob. c. procuratoris. f lib. 1. epist. 67. Regist. Petro. g C. 1. eod. tit. in 1. comp. h Rescripta est a nobis vera inscriptio, nam perperam ita prius legebatur, Exonien. Episc. et Priori S. M. Casaria. i post Conc. Lateran. p. 50. c. 1. et c. 1. eod. tit. in 1. comp. k suspectam, scilicet de adulterio. l. Ita manifeste emendatior, sed fortassis Calabria. al. Colobris. al. Tolobris.

dem: quæ rem patefaciens, quod mortis timore monasterium intrabat, proposuit, & quod inde quodcumque posset, exiret: sed alter a Episcoporum (ut viri tyrannidj satisfacere videretur) mulieri velum imponere simulavit: tandem viro de medio sublato, prædicta mulier de monasterio exiens, alium maritum accepit: quos Galagoritanaensis Episcopus ad instantiam fororum vinculo excommunicationis adtrinxit: (et infra. b) ideoque mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum (recepto sacramento, quod vestro debeant stare mandato) ab excommunicationis vinculo absolvas: deinde tam mulierem, quam Priorissam & Moniales prescripti monasterii ante vestram præsentiam convocantes, si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, aut quod fecit, postmodum ratum habuisse: ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum reassumere b censura Ecclesiastica compellatis.

(a Quo audio maritus ejus, quia reservata erat ad vitam, gravis plurimum tulit, sed tamen postmodum accitavit, sicque factum est, quod duos Episcopos Casaraug. & Terragonen. ut eam benedicerent & illi velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit.)

(b Ignorans penitus, quomodo res processisset, quoniam usque sententiam ven. f. n. Terragonens. Archiepiscop. postea confirmavit. Nos igitur de prudentia & honestate vestra confidentes, causam ipsam experientia vestra duximus commissendam, & sine debito terminandam.)

C A P. II.

Qui per metum amissionis patrimonii suo beneficio renunciat, illud repetere potest.

Idem Episcopo Vigornien. (an. 1180.)

Abbas sancti Cadmundi d, a quo R. præsentium latro patrimonium suum tenere dignoscitur milites suos & Bargeses ad domum ejus (sicut accepimus) destinavit, qui eum a domo & universa possessione expellerent, nisi Ecclesiam suam penitus abjureret: quod cum idem R. tali modo coactus fecisset, Abbas alii concessit suam prædictam Ecclesiam. Unde quia quæ metu & vi fiunt, & de jure debent in irritum revocari: mandamus, quatenus prædicto R. cum integritate restituas universa.

C A P. III.

Qui terrore Laicorum electioni de se facta renunciavit, si renunciatio juramento vel fide firmata non sit, regimini, ad quod electus erat, præfici poterit.

Clemens III.

Ad aures nostras f te significante pervenit, quod electus quidam in Plebanum cujusdam Ecclesiæ ad terrorem Laicorum renunciavit electioni, quæ de ipso fuerat a Clericis, uno excepto, unanimiter celebrata: (et infra. a) Tuæ igitur discretioni præsentibus innotescat, quod renunciatio facta ad terrorem Laicorum (nisi forte juramento, vel fide interposita, sit confirmata) non impedit, quo minus is qui renunciavit Ecclesiæ, ad cujus regimen prius erat electus, præficiatur eidem.

(a Et autem, qui dissentit ante electionem ad sed. Apostolicam vocem appellationis emisit. Ideoque consulere voluisti, si renunciatio facta ad terrorem Laicorum impediatur, quo minus ad regimen prædictæ Ecclesiæ is, qui fuerit prius electus, assumi debeat, & si ejus appellatio valeat, qui se non electurum juravit, & ne alii eligerent, appellavit.)

C A P. IV.

Qui per metum, qui cadere potuit in constantem vicium, beneficio suo renunciare juravit, & renunciavit, illud repetere poterit.

Innoc. III. Decano & Subdiacono Lincon. (an. 1200.)

Ad

a Tirasonensis scilicet, nam hic cum Casaraugustano velum imponebat, ut patet ex integra. b resumere. c post Concil. Lateran. part. 22. cap. 7. & c. 2. eod. tit. in 1. comp. d Ead. mundi. e Vide leg. cum gloss. c. & ff. eod. Item Sor. infra. tit. f Cap. 12. eod. tit. in 2. comp.

Ad audientiam a nostram magistro G. de Chevel. b significante pervenit, quod cum Ecclesiam de Chevel. canonicè fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, gravissimo tandem metu Regis, quod eam resignaret jurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat manibus resignavit. Quia vero, quæ vi metusve causa sunt, carere debent robore & firmitatis: mandamus, quatenus si eundem ad resignationem confiterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit & debuerit cadere in vitium constantem, non obstante juramento prædicto, quo non ad repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur, præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis.

C A P. V.

Excommunicatus non est, qui absolute coactus excommunicato communicat, secus si coactus fuit conditionalis.

Idem Vidron. d. Archiepiscopo. (An. 1200.)

Sacris est canonibus: (& infra. a) Distinguiamus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invitatus, sit per coactionem adstrictus f, aut per metum inductus. In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere g convinatione teneri, cum magis licet metus attenuet culpam b, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

C A P. VI.

Metum passo non subvenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem vitium.

Idem Marfil. d. Agathen. Episcopis.

(An. 1200.)

CUM dilectus filius: (et infra.) Quia i constitit nobis de voto emisso, & de præstito juramento a Canonicis insularum, quod regulam Cisterciens. observarent, vel translationem ipsius Ecclesie ad ordinem illorum nullatenus impedirent: cum utrumque servarum non vergat in dispendium salutis æternæ, nolentes viam perjurii aperire, Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret h, & ideo non debuerat cadere in constantem. Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cum talis dolus non tam ad circumventionem prædictorum Cisterciens. quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri. Super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum.

C A P. VII.

Probatur violentia per testes, res amissa probatur per juramentum. Et super valore rerum amissarum taxatione Judicis præmissa, & secuso petentis juramento, fit condemnatio.

Gregorius IX.

Super eo, quod adversarius vester se conquerebatur a vobis per violentiam spoliatum, arbitramini contra vos fuisse injustè processum, cum non nisi proprio juramento probaverit singula, quæ amisit. Verum postquam de violentia per testes, & de amissis rebus per ipsius confiterit sacramentum: potuit Judex taxatione ab ipso facta, pro personarum ac negotiorum qualitate vos in æstimatione rerum amissarum juramento adversarii declarata, rationabiliter condemnare. l

a Capit. 1. eod. tit. in 3. compil. b Chevelle. c Vid. l. merrum. §. sed quod prator. & §. volenti. & ibi Barr. ff. eod. d. Microsien. al. Nidrosiens. e C. 2. eod. tit. in 3. comp. f extractus, in manus. g videatur, in impressis. h vid. l. fin. & ibi Barr. ff. de cond. et. ob. sur. caus. & lib. 1. §. eod. i C. 3. eod. tit. in 3. compil. k vid. l. 2. & ibi Barr. ff. de noxa. l lpe text. reparatur singul. per Abb. hic. Brin. in suo dict. in verb. æstimatione.

TITULUS XLI.
DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

C A P. I.

Si in contractu venditionis vel locationis Ecclesia suis enormiter lasa, potest adversus talem contractum petere restitutionem in integrum: emptor tamen sive conduditor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.

Alex. III. Alphanen. Episc. (An. 1180.)

Roma in Campan.)

Requirit tua fraternitas, quid agendum sit a de possessionibus laicis sub modico censu concessis? Noveris itaque, quod si Ecclesia lasa est, & manifeste apparet detrimentum ipsius (cum Episcopo ejus conditionem facere deteriore non liceat, & Ecclesia jure minoris debeat semper illata servari) quæ in damnum ejus data confiterit, ad ipsius convenit jus & proprietatem redire. Providendum est tamen, ne si forte coloni possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeat defraudari.

C A P. II.

Restituitur Ecclesia lasa propter negligentiam Procuratoris, qui iura Ecclesia non produxit.

Innocentius III. sancti Georgii & sancti Sergii

Abbatibus. (An. 1106.)

CUM venissent ad Apostolicam sedem electus b, & Monachi Rothon. pro se ac pro monasterio suo, ac magister A. pro Episcopo Venet. eis sancti Georgii ad velum aureum Diacon. Cardinal. dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro Episcopi parte proposuit, quod cum monasterium Rothonen. esset situm in dioc. Veneten. & Ecclesie Veneten. subjectum, prædictus Episcopus possessione subjectionis usus est hactenus inconcusse: sed cum occasione eujusdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de communi assensu ad Natenen. c Episcopum & ejus collegas d, commissionis literas impetrassent, duo eorum ad monasterium accesserunt: quorum adventum intrusus præsentis, renunciavit hujusmodi electioni, & se a monasterio absentavit. Sed Judices auctoritate Apostol. Monachis injunxerunt, ut Syndicum vel Procuratorem eligerent, qui in causis monasterii & consule ageret, & utiliter responderet: districtius inhibentes eisdem, ne aliquem eligerent in Abbatem, donec plenius cognosceretur de jure, quod Episcopus se habere in Abbatis electione dicebat. Monachi vero etsi Procuratorem ad mandatum Judicum elegerint, Abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præsumserunt: eujus electionem Episcopus petiit infirmari, & se ad possessionem restitui, quæ eum Monachi spoliarent. Deinde Judices definitivam sententiam protulerunt, electionem cassantes eandem, quam sententiam dictus magister petiit confirmari. Ad hoc fuit responsum, quod licet per Procuratorem ex parte Monachorum fuisset propositum, quod monasterium ipsum ad Roman. Eccles. nullo modo pertinere, dicti tamen Judices contra eos procedere nimis animose cœperunt: (& infra.) Nos igitur inspectis privilegiis præd. nost. Leonis, Gregorii & Clem. quæ monasterium illud ad jus & proprietatem indicant sed. Apostol. pertinere, intelligentes, quod monasterii Procurator etsi eadem privilegia coram prædictis Judicibus exhibere omiserit negligenter, jus tamen non tam suum, quam nostrum fuerit protestatus, videlicet, quod monasterium ipsum ad Rom. Eccles. nullo modo pertinere; ne ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quam monasterii redundaret,

a C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. part. 29. c. 7. b C. 1. eod. tit. in 3. compil. c Vincen. al. Venasten. al. Navenen. d Abbates scilicet de Maier. & de Gomaf.

daret, ad audientiam restituimus Monachos Rothon. (& infra.) Electionem autem a Monachis (sicut dicitur) concorditer factam, pendente controversia ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmendam.

C A P. III.

Ecclesia laesa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino juris probationis exclusivo. Et restitutionem petere potest, non solum contra privatum, sed etiam contra Ecclesiam. h. d. Idem Helien. & Floren. a Episcopis. (An. 1208.)

Auditis & intellectis b causa meritis in quaestione, quae vertitur inter Vigorien. Episcopum & Abbatem de Evefscam, super Ecclesiis in valle de c Evefscam, quas Episcopus asserit ad se diocesana lege spectare: Abbas autem eas ab ejus jurisdictione prorsus esse exemptas, cognovimus evidentem Ecclesiis illas per privilegia illa Rom. Pont. non esse ab Episcopali jurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Evefscam sit ille locus, qui fuit a duobus Regibus d, Roe videlicet & Ossa libertate donatus, & quem bonae memoriae Coelestinus Papa libertate donavit, sicut in ipsius privilegiis continetur. Verum tanto tempore probantur per testes ab Abbatibus de Evefscam pleno jure possessae, ut videatur in eis jus Episcopale legitime praescriptis, nisi forte per tantum tempus spatium Vigorien. Ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subducto, praescriptio minime sit completa: (et infra.) Licet autem utrinque sit in causa conclusum, quia tamen utraque pars necessariam (ut asserit) probationem omisit, nos attendentes, quod utraque Ecclesia fungatur jure minoris, aequitate pensata, utramque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem c omittam, ne alterutra pars propter hujusmodi negligentiam gravi jactura laedatur.

C A P. IV.

Restitutio ex justa causa etiam majori est concedenda, dummodo justa causa petendi probetur. Si autem non probatur plene vel semiplene, conceditur restitutio in causa favorabili, h. d.

Idem Priori sancta Maria ad carceres, & L. Canonico sancta Maria de Mandria. f. (An. 1208.)

EX literis g Abbatis de Caluen. didicimus, quod cum Ramifane. & Grimol Archipresbyteri inter I. virum & L. mulierem ex delegatione nostra sententiam divortii protulissent, & appellat. interposita b cognitionem sententiae ipsi Abbati & Archipresbytero Paduano duxerimus committendam: quia pars mulieris ad peremptorium terminum non accesserat, Abbas ipse, cui alter Coniudex commiserat vices suas, allegationibus diligenter inspectis, latam a Judicibus praedictis confirmavit sententiam: sed post octo dies pater puellae accedens ad ipsum, intellecto quod sententiam protulisset, firmavit proprio juramento, quod quidam ad eum & filiam ejus accedens, fraudulenter sub ipsius Abbatis nomine falsas eis i literas praesentavit, quibus mandabatur eidem k, ut quia Judex ad diem, quam assignaverat, venire non poterat, post octo dies a termino constituto, ipsius se conspectui praesentaret: & postmodum appellavit ad sedem Apostolicam, & etiam supplicavit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per hujusmodi juramentum non consistat ad plenum, in favorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris admisimus, & ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postularem. Ideoque mandamus, quatenus de causa prioris appellationis ordine judiciario co-

gnoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut justum fuerit, sententiam a primis Judicibus promulgatam.

C A P. V.

Etiā contra sententiam Papae restituatur Ecclesia. Hoc primo. Et causa restitutionis in integrum debet praesentibus partibus tractari. Hoc secundo. Hac duo dicit quoad titulum.

Idem Episcopo et Capitulo a Osenen. (An. 1220. Roma in Hispaniam).

TUM b ex literis Coelestini Papae, praedecessoris nostri, tum ex his, quae ipsius temporibus gesta fuerunt, gravem c llerden. Ecclesiam intelleximus quaestione per sententiam Eugenii Papae super Ecclesiis quibusdam prolatam, se laesam enormiter, & olim & nunc etiam conquerentis: unde cum idem Coelest. tempore Anastasii Papae proximi successoris ejusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus, in partibus Hispaniae legationis officio fungeretur, & d ex delegatione ipsius cognoscere cepit de controversia memorata, cui etiam Alexand. successor ipsius Anastasii, officio legationis denuo in partibus ejusdem fungenti, causam commisit eandem: idem quoque Coelestinus ad apicem summi Pontificatus promotus G. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apostol. sed. Leg. dictam controversiam sub eo tenore commisit, ut inspectis llerden. Ecclesiae privilegiis, auditis etiam partium e rationibus, memorata sententia non obstante, definitivam proferret sententiam, camque faceret observari: verum quoniam per ipsum Legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa extitit (licet producti testes ex parte llerden. Episcopi recepti fuerant) mandatum Apostol. non extitit adimpletum, magister A. Canonicus llerden. postulavit per officium nostrum dictam sententiam in melius reformari, & contra eam restitui Ecclesiam llerden. Nos igitur cum fratribus nostris & aliis deliberavimus diligenter: nonnullis asserentibus, quod cum praedictus C. f. praed. nost. contra jam dictam sententiam visus fuerit llerden. Ecclesiae restitutionis beneficium indullisse, cum ea non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem Ecclesiae admittere debebamus g, praefertim quia sententia Roman. sed. non negatur posse in melius commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione atatum & temporum, seu gravium necessitatum dispensative quicquam ordinare decrevit. Et secundum iura civillia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum permiserunt. Persuimus quoque ex data sententia in registro dicti Eugenii Papae reperi, quod primo mense sui Pontificatus fuerit promulgata: quando non plene de meritis ipsius causa videbatur instructa, illa nitens praecipue ratione, quod privilegium Urbani secundi ex parte vestra productum, subiectum fuerat falsitati, cujus tenorem nos in registro ipsius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc refedit: ut an data sit restitutio, an danda contra praemissam sententiam, partibus praesentibus discernatur, quantum assertione merita causarum pandantur. Quocirca mandamus, quatenus usque ad festum B. Lucae, vel in propriis personis, vel per idoneum responsum nostrum vos conspectui praesentis, quod dicta sententia retractari non debeat (si poteritis) ostensuri: vel si forte exigente iustitia fuerit retractanda, vel per vos, vel per responsum idoneum appareatis h sufficienter instructi: ut in principali negotio canonice procedatur: pro certo scituri, quod cum propter multam locorum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus & expensis sapius.

a Ratosen. al. Rosen. in plur. manuscr. al. Floren. b C. 2. eod. tit. in 3. comp. c Super quibusdam Eccl. in valle de Evefscam consist. al. Vestiam. d In uno manuscr. ita: O. videlicet et l. e allegacionem sua intentionis. f al. Mansria. al. Mansua. g C. 3. eod. tit. in 3. comp. h Interposita ad nos, et. i et. k eisdem.

a Osen. al. Osenensi. b Capit. 4. eod. titul. in 3. compil. c Vide Joannem Vascon in Annal. Hispania, cap. 20. d desst in antiq. dictio, et. e idest. iuribus et alleg. f Papa. g debeat. h comparatis.

pius haberi recusatus, si ad præmissum terminum, quem vobis preceptorium assignamus, inuncta vobis contemptis adimplere: nos nihilominus in ipso negotio, quantum de jure poterimus, procedamus.

C A P. VI.

Petitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendis regulariter executionem sententia in eventu ipsius causæ restitutionis fallit, si contra sententiam restitutionem est præsumptio malitia, quod causa differendi executionem hoc petat: quo casu executio fit, præfita cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa. h. d. secundum mentem junctæ gloss. pen. & in hoc ultimo est iste textus valde singularis respectu utriusque juris.

Idem Innoc. III. (An. 1211, Roma in Hispaniam).

Suscitata a super diversis articulis inter Burgens. Episcopum & Oviens. monasterium quæstione: (et inf.) Nos intellectis, quæ utraque pars proposuit coram nobis super quatuor articulis prænotatis, monasterium Oviens. iustitia condemnandum exigente. Sententia verolara, Procurator monasterii ad probandam præscriptionem factam, tam super quatuor articulis prænotatis, quam etiam super quibusdam decimis per transactionem acquisitis, restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit, quam eidem duximus indulgendam; (et inf.)

Ne vero per excogitatum malitiam (sicut ex præsumptionibus pluribus videbatur) effectum sententiæ in damnum Episcopi contingeret impediri, neve monasterium per executionem sententiæ propter diversas suspiciones incurreret detrimentum; nos æquitate pensata, jure duximus providendum, ut ante omnia supradicta sententia executioni mandetur: (et infra.) Volumus nihilominus & mandamus, ut b ab ipso Episcopo recipiatis idoneam cautionem, quod si monasterium in causa ipsa praverit, universa, quæ medio tempore sententiæ ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memorato.

C A P. VII.

Post preceptorium non auditur Ecclesia de jure communi, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.

Honorius III. Archiep. et Capitulo Bracar.

(An. 1220.)

Coram felicis mem. I. Papa præd. n. lite inter Archiepiscopum Toletan. & te, frater Archiepiscopo, super primacia solenniter contestata, fuit preceptorium assignatus: (et infra.)

Verum elapso termino constituto, post expectationem non modicam comparuerunt Procuratores vestri: sed quia non attulerant depositiones testium & alia munimenta, dilationem cum instantia postularunt. Postquam vero contra eos interlocuti fuimus super dilatione petita, tandem indulgeri Ecclesiæ Bracaren. dilationem propter instructionem causæ, per auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum. Nos autem usque ad octavas pentecostes per restitutionem beneficium id vobis duximus indulgendum. &

C A P. VII.

Restituitur minor in eo, quod contraxit vel omisit, si probat exinde se laesum, et sit intra tempora restitutionis petenda.

Gregorius IX. (An. 1230.)

Constitutus in nostra præsentia magister Guil. pro se ac fratre suo I. Canonico Parrofinen. & exhibita nobis petitione monstravit, quod f. eis in minori constitutis ætate, ac eorum matre (cujus successores existunt) rebus humanis exempta, quondam G. pater ipsorum quoddam possessiones utrique communes quibusdam vendidit

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. b al. quatenus. c inter eos. & Vid. l. si quando. et ibi Bart. c. de dilat. e Paronen. al. Paronenf. f Hic in vulgat. habetur distinctio, cum, quam nec serici orationis admittit, nec habent manus.

pro quadam pecuniæ quantitate, ac (ut hujusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipavit eosdem a, & fecit eos contractui consentire. Quare supplicavit, ut vel venditionem eandem mandarem nunciari nullam; vel cum adhuc existant intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indulgum, & intra annum & diem a tempore contractus, ipsistanquam proximioribus competeret super alia portione jus offerendi emptoribus precium, juxta municipii Parrofinen. consuetudinem approbatam, quod hæctenus omiserant, dignaretur eis super utroque (cum in hoc non modicum læsi noscantur, & emptoribus portione ejusdem, vel eorum successoribus precium sint offerre parati) per idem beneficium subvenire. Quocirca mandamus, quatenus si præmissa inveneritis veritate subnixâ, vel venditionem prædictam, quoad partem ex successione materna ipsos contingentem, nullam nunciare curetis; si in ea debita juris solennitas est omissa: vel si forsitan intervenerit, & eos læsos esse constiterit, tam super ea, quam super residua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faciendum b, auctoritate nostra in integrum restituere studeatis.

C A P. IX.

Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario, administrationem habente vel a delegato ab eo: si ve hac causa sit specialiter delegata, si ve incidat in causa generaliter sibi commissa. Ab ordinario vero administrationem non habente, vel a delegato peti non debet, nisi veniat incidat in causa. Arbitrari autem de causa restitutionem non cognoscit, nec potest assumi in majoribus causis.

Idem.

Causa restitutionis in integrum, coram Judicibus ordinariis administrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari potest & finire c, si ve hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, si ve in d commissio eis negotio contingat incidere hujusmodi quæstionem. Delegati vero ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem judicandi, seu Arbitri de hac causa cognoscere nequeunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoque causa, liberali vel criminali, cum majores Judices exigant, Arbitrari nequit assu mi.

C A P. X.

Restitutio denegata Restituitur, ulterius sibi non conceditur, nisi ex nova causa: restituitur tamen ad appellandum a sententia denegationis.

Idem.

Beneficio restitutionis in integrum Ecclesiæ tuæ in alio judicio denegato, restituito (præterquam ad appellationem omissam) videtur eidem Ecclesiæ posse denegari, nisi novis defensionibus ad hujusmodi sit beneficium admitenda.

TITULUS XLII.

DE ALIENATIONE JUDICII
MUTANDI CAUSA FACTA.

CAPUT I.

Is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi judicii, convenitur per rescriptum imperatorum contra alienantem.

Alexander III. Dulmen. e Episc. (An. 1180.)

Roma in Daniam.)

EX quorundam f. relatione audivimus, quod cum aliqui literas a nobis commissionis impetrant, adversarii (ut mandatum nostrum eludant) antequam

a Infero, quod qualitas Clericatus & Canonicatus non liberat quem a patriapoteestate, sed sola Episcop. Cons. in authoritat. dign. s. palam. & auth. dignitas. c. de Episcop. & Cleric. b In uno antiquo, ipsos auctoritate nostra. c Vide l. fin. & ibi Bart. c. ubi & apud quem. d Distio, in, deest. e ut cap. 14. de app. in 1. comp. al. Lundensi. f Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 49. c. 5.

quam litera ad Judicem perveniant, vel etiam postea, priusquam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: (*et j. a.*) Nos igitur contra prædictam calliditatem & versutiam providere volentes: mandamus, quatenus si adversarii eorum pro evacuando nostro mandato taliter appellaverint, aut de possessione, de qua controversia duxerint, commutationem fecerint, vel se malitiose duxerint abstantos: eos, qui in possessionem se ingesserint, appell. cessi. cogatis sub vestro examine juris æquitati parere.

(*α Vel commutationem facientes aliquos in possessionem eorum, de quibus controversia versitur, malitiose inducunt.*)

C A P. II.

Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem a Laico.

Gregorius IX. Abbati S. Nicolai, & Decano Furnen. b Marinen. diocesi.

EX parte Scabinorum e Hipretis d fuit propositum, quod inter Laicos ejusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculari, quidam Clerici sibi dono vel precio ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, ut adversarios ad Ecclesiasticum forum trahant, & prædam ex hujusmodi commercio assequantur: (*et infra.*) Cum igitur cessiones & emptiones litium legitimæ prohibeant sanctiones, ita quod jactura causæ afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter advocare præsumunt, & ex eo sint etiam odiosa, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus Clericos memoratos a præsumptione hujusmodi per cens. Eccl. compescatis.

T I T U L U S XLIII.
DE ARBITRIS,
C A P. I.

Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statuer sententia majoris partis.

Ex Concilio Africano. e (*an. 202.*)

Sane f: (*et infra.*) Si autem ex communi placito Episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum g.

C A P. II.

Nullum est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.

Alexander III. Eboracen. Archiepisc. (*an. 1260.*)

NON sine multa necessitate h A. Presbyter nobis proposuit, cum in Ecclesia sancti Alphridi per manum R. Archidiacon. de Suella personæ illius Ecclesie l Capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo, M. nepos ejus, qui sibi in Ecclesia jam dicta successit, eundem Presbyterum, Capellanum ibidem iterum ordinavit: (*et j. a.*) Cum autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de suo beneficio non posset justitiam obtinere, nec suam ulterius inopiam sustinere, per dolum & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, ut arbitrium Clericorum duorum exinde suscipere & servare: qui jam dicto M. faventes k Presbytero præceperunt, ut quinque marchas ab eodem suscipere, & toti cederet quæstioni. Quoniam igitur non decet te aliquatenus sustinere, ut quod peccatum arbitrati sunt, debeat in correctum relinqui: mandamus, quatenus si se cognoverint præfati Clerici tam nequiter arbitratos fuisset;

a Vide l. fin. cum Gloss. C. de litig. b al. Faren. Ord. Pramonstr. c Scabini vocantur Belgæ & alii populi, senatores seu oppidorum magistratus. d Hipreti. e Conc. Afric. 88. Concil. Milevit. c. 24. Burch. lib. 1. decret. c. 68. lvo p. 5. c. 167. f cap. 4. De for. comp. in 1. compil. g Vide l. item si unus. & l. si in tres. ff. eod. h cap. 1. eod. s. in 2. compil. i Vex. Ecclesia, deest in aliquot vet. k eodem Presbytero.

se; dictum Presbyterum ab observantia juramenti auctoritate nostra proitus absolvas: vel si arbitrium ipsum nominis æquitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem app. cessante compellas.

(*α Quorum temporibus XXX. annis & ultra Capellaniam ejusdem Ecclesie pacifice se asservisse, tandem vero idem id. ab eadem Ecclesia volens ipsum Presbyterum removere, in eum capis indebitas exactiones exercere: & quidam ejus homo circa domum suam egressus, violentas manus in eum injecit: & idem M. nisus est eum circumvenire, ut pro V. marchis argenti, quas etiam idem M. ei promittebat annuatim nomine pensionis soluturum, prædictæ Capellaniam cedere non differret. Præfatus vero Presbyter nolente ejus exequi voluntatem, M. prædictus tantum dicitur fecisse, quod post multas injurias & gravamina sibi illata, occupatis omnibus aliis rebus ab officio & beneficio est suspensus vel spoliatus.*)

C A P. III.

Arbiter assumptus in patrimoniali causa Clerici, non potest adjudicare rem Ecclesie possidendam, etiam ad vitam Clerici. hoc dicit, & est casus notabilis.

Idem Exoniensi Episc. (*an. 1160.*)

Pervenit a ad nos, quod cum G. de Cal. forem G. Clerici duxisset in uxorem, idem G. fidei interpositione firmavit, quod V. solidos sterlingorum annuatim daret eidem: unde cum super eisdem V. solidis inter ipsos controversia mora fuisset, in quatuor compromittere personas, quæ taliter arbitrata fuerunt, quod idem G. decimas, quas in parocchia de Cal. præfatus G. habere dignoscitur, pro V. praxatis solidis perciperet annuatim. Unde quoniam hujusmodi arbitrium Ecclesie posset in posterum perniciosum existeri: mandamus, quatenus si ita inveneris, prænominatum G. diligenter commoneas, & Ecclesiasticum b compellas, ut præbatas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione hujusmodi aliquid ulterius vendicare præsumat. Clericum vero moneas, ut cum eodem G. amicablem studeat convenire.

C A P. IV.

In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest: secus si mulier habet alias jurisdictionem de jure communi vel consuetudine: nam tunc etiam super rebus temporalibus Ecclesia potest in eam valide compromitti. h. d. clare.

Innocentius III. Cancellario & magistro Loth. Canonico Parisiensi. (*an. 1210.*)

Dilecti filii Abbas e & conventus de Scarduna Cisterciens. ordinis, sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex una parte, ac Hospitalarios ex altera, super usuatuo cujusdam nemoris quæstio verteretur, in A. Reginam Francorum fuit compromissum utrinque, quæ causæ merito intellectis, arbitrium duxit per diffinitivam sententiam promulgandam: (*& j. a.*) Quamvis autem secundum regulam juris civilis foemina a publicis officiis sint remota, & alibi dicatur d, quod licet summæ opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel, si patronæ inter liberos suos interposuerint audientiam, ab omni sunt e judiciali examine separandæ, ut ex earum prolatione nulla poena adversus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen juxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege servatur, in partibus Gallicanis foemina præcellentes in subditos suos ordinariam jurisdictionem habere noscuntur, mandamus, quatenus Hospitalarios, ut arbitrium ipsum, præsertim cum Episcoporum fuerit præsentia & consilio roboratum, sicut provide latum est, & ab utraque parte sponte receptum, observent, per poenam in compromisso statutam appellatione postposita compellatis.

(*α Et*)

a C. 2. eod. tit. in 2. compil. b Id est, Ecclesiastica distinctio, vel disciplina, non discretione. c Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. d l. ult. C. de arbitris. e al. fin.

(*α* Et redactum in scripto proprio Episcoporum, qui ibi interfuerunt; fecit firmari sigillis, contra cuius sententiam Hospitalarii semere venire non timent.

C A P. V.

Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere. h. d. & clare.

Idem Innoc. III. Abbati & Conventui de Pigravia. a (an. 1208.)

Cum tempore C. Papæ b præd. nost. (& j. α) Super controversiis, quæ inter te & Meriburgum. Episcopum, & quosdam tuos Monachos vertebantur, te promissisti arbitrium Magdeburgum. Archiepiscopi servatum: (& j. α) Quia legitime cunctis, quod fide hinc data, compromissum est in Archiepiscopum memoratum, nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus observandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarum eiusdem in arbitrio sunt expressa. Cum etsi sponte volueris c, de iure tamen nequiveris, sine licentia Romani Pontif. renuciare privilegiis vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad. jus & proprietatem Rom. Eccles. pertinere.

(*α* Tu fili Abbas ad Rom. Ecclesiam accessisses, & privilegia & alia scripta a sed. Ap. merueris obtinere, Meriburgum. Episcopus, sicut asseris, propter hoc est graviter contra te commotus, tu ergo timentis tibi & monasterio tuo periculum imminere.)

(*β* Sicque factum est, ut idem Archiepiscopus adjunctis sibi tam Clericis quam Laicis sub certa forma arbitrium promulgavit, & causas suspensionis multiples assignavit. Consequenter etiam iudicium volens declinare sed. Ap. appellavit sed. reveris postmodum coram eisdem sacramentum de calumniis præstitit, & testes produxit, petitis dilationibus & obtentis. Ipsi vero Iudices procedentes in causa, auditis attestationibus utriusque partis, gesta omnia, sigillorum suorum munimine roborata, ad sed. Ap. destinaverunt, terminum partibus imponentes, quo receptura sententiam Ap. sedi se presentarent. & infra. Quia vero memoratus Episcopus, eo quod iuramentum præstitit de calumniis, & a delegatis inducias postulavit, & testes coram eis produxit, renunciasset appellationi videtur, & eorum examini consensisset: Nos habito f. n. con. in promissa incidendi questione inverlocuti sumus, & quod deberent, que coram prædictis Iudicibus gesta fuerunt, publicari, ut secundum tenorem ipsorum nostræ tandem sententia informaretur: Tibi igitur & procuratoribus supradicti Episcopi, ven. fr. n. Hostien. Episcop. & dil. st. P. r. S. M. Ecclesie Presbyterum Cardinalem dedimus auditores, qui cum ea, quæ fuerunt hinc inde proposita & ostensa, nobis & fratribus nostris fideliter retulissent.)

C A P. VI.

Arbitr. non habet potestatem iudicandi ultra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non si reconventionis.

Idem Episcopo S. Andrea, & Abbati de Eechor.

d (an. 1208.)

Cum dictus filius: (& infra.) Utrum coram Arbitris reconventioni sit locus, postulasti per sed. Ap. explicari. Nos igitur respondemus, quod licet in iudicio reconventionem reconvenire valeatis, qui coram Iudice convenitur, coram Arbitris tamen reconveniri non potest: cum Arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

C A P. VIII.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

a al. Pigmia. al. Pisania. Vid. Annal. M. s. n. 108. b Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. c Hinc videtur inferri, quod exempta Ecclesia non potest renunciare privilegio libertatis, contra l. si quis in scribendo. l. de pactis. d al. Beton. al. Alberbroth. Ord. S. Ben. diwccis. S. Andrea.

Idem Rectori & fratribus Hospitalis S. Bartholomæi Lucani. (an. 1209.)

Cum olim a super eligendo in Hospitali vestro, Rectore & fratribus inter vos & Priorem sancti Barthol. Lucan. iudicibus delegatis questio verteretur, & utraque pars in eos compromittens, ipsorum arbitrium se promissit servaturum: super prolato ab ipsis arbitrio utrinque dubitatio est exorta, quam petistis per sed. Ap. declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continenter diligenter inspecto, cognovimus, quod secundum formam arbitrii Prior sancti Barthol. Lucan. tenetur habere consilium cum familia Hospitalis eiusdem, tractare cum ea de inveniendi Rectore. Propter quod dicimus, quod nisi Prior super inveniendi Rectore tractaverit cum familia Hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habeat potestatem eligendi Rectorem: & si alio modo cum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verum habito, cum familia super hoc consilio & tractatu, Prior libere potest Rectorem eligere, duntaxat idoneum, sive concordet, sive discordet familia cum ipso super inventione Rectoris.

C A P. VIII.

De rebus spiritualibus in Laicum compromitti non potest.

Idem in Concilio generali c (an. 1215. Roma.)
Contingit interdum, quod cum actori: (& infra.) Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in Laicum: quia non decet, ut Laicus in talibus arbitretur.

C A P. IX.

Auctoritate Iudicis cause etiam delegati potest de causa spirituali in Clericum & Laicum compromitti: et si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mandari: licet per generalem Procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, et pena fuit apposta, agit ad penam, alias ad interesse. h. d. generaliter inhærendo literæ.

Idem Pisano Archiepiscopo. (an. 1214.)

Per tuas & literas intimavi, quod cum super executione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Joannis & Plebanum de Pifcia f. super hospitali sancti Allucii & larum erat, a nobis literas accepisses: (& infra.) Plebanus proposuit, quod ad causam tractandam b procuratori dedit generale mandatum, non tamen e mandavit, ut sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea Procurator jam dictus de assensu Canonico suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere: præsertim cum Procurator fines mandati excesserit, & arbitrium fuerit per unum Clericum & duos Laicos promulgatum, licet ipsi de assensu Genuef. i Archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent: (& j. β) Super quo frater. t. r. quod si ex parte Plebani arbitrium receptum fuerit, indistincte eorum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati Ap. executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, referet, utrum fuerit vel non de observando ipso pena statuta. Et quidem si pena apposta fuit, agi potest ad penam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quod faretur sententia, compromissum, Procurator ad interesse poterit k conveniri, quia iuramento suo seipsum personaliter, non Ecclesiam poterat obligare. Quod autem a duobus Laicis & uno Clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obviare videtur, cum auctori.

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b al. Ita & verum habito fratrum et familia super hoc consilio et tractatu, etc. c Later. c. 40. d Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. Reliqua pars huius capituli habetur in c. contingit. j. de dolo et contum. e Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. f Pisa. g Albusii. h In aliquot exempl. quod licet ad causam tractandam proc. sue dederit generale mand. etc. que lectio planior est. i Januens. k Vide l. Plautius. ff. de procur.

fortitate dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

(*α* Partibus in sua presentia constitutis, Hospitalarii a te executionem arbitrii postulabans, asserentes illud debere observari, pro eo quod Procurator Plebani sponte in arbitros iuramento interposito compromisit, quoniam dicebant, compromissendi & transigendi super eodem negotio (arbitrium) recepisse.

(*β* Unde cum super his dubitas fuisses exorta, per Ap. sed. oraculum doceri petiisti; qualiter super negotio isto tibi sit procedendum.)

C A P. X.

Si per duos electos ad eandem praelaturam in discordia compromittitur, in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. h. d.

Honorius III. Archiepiscopo Coloniensi. (an. 1220.)

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quod vacante praepositura sancti Cuneberti a in Colonia, Canonici ejusdem Ecclesiae vota sua dividerunt in duos, videlicet Herm. de Juliano b, & Contr. de Lombardia c: (*et infra*). Cumque postmodum tractaretur super electione huiusmodi, & partes essent in tua presentia constitutae, in te demum super hoc iude praestita compromittere curaverant, qui causa meritis diligenter inspectis, ad proferendam definitivam sententiam diem ipsis consentientibus praefixisti. Interim vero praefato H. ab una parte electo sublato de medio, supra dictis Canonis inhibere curasti, ne tua pendente sententia procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilominus B. Coloniensem Canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia proferri debuit, in tua praesentia partibus constitutis, dictus B. allegavit, quod procedere ulterius non deberes. Quapropter tibi edoceri a nobis humiliter postulanti, breviter respondemus: quod licet arbitrium sit finitum per mortem ipsius d. H. prius tamen per prima electionis meritis debuit cognoscere, quam processus fieret ad secundam: nam si dictus C. superstes in electione jus habet, secundam constat penitus non valere.

C A P. XI.

Arbiter post rem indicatam super discordiis novis assumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam si de componendo inter partes mandatum acceperit a Papa.

Idem electo e & Abbati sancti Zenonis & C. Canonico Veronensi. (an. 1220. Roma in Dalmatiam.)

EXposita nobis Feltrina & Belina f. electi petito continebat, quod cum causa, quae inter antecessorem suum ex parte una, & cives Tervisinos ex altera, super districtu & rebus aliis vertebatur, per sententiam Hostien. Episcopi tunc Apost. sed. Leg. fuerit terminata: (*et infra* α) Tandem super quibusdam discordiis, quae hinc inde videbatur exortae, in Ducem Venetorum tanquam in arbitrium, cum parte altera compromisit: (*et infra* β) Licet autem eidem Duci literas nostras miserimus, ut ad componendum inter partes laborare deberet, cum tamen intentionis nostrae non fuerit immutare sententiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare: mandamus, quatenus (praefatis literis non obstantibus) quicquid per praenominati Ducis arbitrium contra ipsius Legati sententiam inveneris esse factum, in irritum revocetis: g ei districtius inhibentes, ne ulte-

a Unuberi. al. Caliberi. Cuniberi, Humberi. g Villia. co. c. Barbara. d. Vide l. diem proferre. §. 1. et l. sed in terpellatur. ff. eod. e. al. electo Abbati. f. al. Felcen. al. Filien. al. Balnen. al. Blieni. unia fuerant, sed 1260. separata. g. Ad hunc. text. vide Abbas.

rius in compromisso procedat, eundem ad restitutionem oblidum occasione illius compromissi sibi datorum, ut ipsius arbitrium servaretur, per censuram Ecclesiasticam compellentes.

(*α* Et ipsius antecessor electi adjudicata sibi per Legatum eandem diu pacifice possideret, ipse nihilominus habito Canonico suorum assensu in praedictum Ecclesiarum suarum.)

(*β* Qui veniens contra eandem sententiam auct. Apo. confirmatam, super rebus iudicatis ab eodem Legato adversus praedictas Ecclesias, aquirate postposita, iniquum arbitrium promulgavit.)

C A P. XII.

Non valet compromissum factum in duos sive plures, hoc adiecto, ut in casu discordia eligatur tertius per eisdem vel alios. hoc dicit.

Gregor. IX. Decano et magistro P. Canonico S. Petri Acrebatensis diocesis. (an. 1230. Roma in Arsefiam.)

Innovuit nobis, Guilelmo Laico conquerente, quod cum O. Laicus ipsum super quadam summa pecunia coram Iudicibus auctoritate Apostolica convenisset, tandem fuit a partibus in duos arbitros compromissum: sic tamen, quod si illi duo ad invicem discordarent, tertium adderent Iudices nominati, retenta penes se compellendi partes ad observandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominus potestate. Cumque tertius arbiter a Iudicibus praedictis electus, cum altero duorum, ipsum parti alteri condemnasset: idem ex eo sententiam praedictis Iudicibus se gravari, quod ipsum ad observantiam a huiusmodi arbitrii compellebant, nostram appellavit audientiam: sed ipsi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt, sententiam in eundem. Ideo mandamus, quatenus si est ita, cum legali sit provisione statutam, ut compromissum de incerta persona in arbitrium assumenda non teneat: dictam excommunicationis sententiam denuntietis penitus nullam esse. b

C A P. XIII.

Valet compromissum factum in unum, vel in plures, ut ipsi per se causam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint. h. d. secundum intellectum, quem sensit gloss. hic; & Innocentius in capite praecedenti, qui placet mihi. Panor.

Idem Abbati & Conventui Jorven. (an.

1230. Roma in Galliam.)

CUM a nobis petitur: (*et infra*.) Ex parte vestra fuit propositum, quod olim inter vos & Senonensem Archiepiscopum quaestione suborta, super eo quod idem Archiepiscopus asserens, monasterium vestrum metropolitanico iure sibi subesse, procuraciones & res alias exigebat a vobis. Tandem in R. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apostolicae sedis Legatum, a partibus concorditer compromisso: & promisso sub certa poena, quod arbitrio seu ordinationi ejusdem, vel duorum mediatorum, quos idem super hoc deputaret, praesce parerent: magister P. Capellanus noster, & I. Archidiaconus Senonensis, mediatores ab eodem super hoc deputati legato, ordinando causam huiusmodi terminaverunt. Nos igitur, quod per praedictos mediatores super hoc actum est, auctoritate Apostolica confirmamus.

C A P. XIV.

Compromissum ante sententiam lasam, finitur, morte alterius compromittentium, unde non transit in haereses compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso. hoc dicit, comprehendendo mentem Capituli.

Idem. (Roma.)

Compromissum non extenditur in compromittentis haereses, si de ipsis non caveatur ibidem. c

a Observationem. b Vide l. item si unus. §. si in duos. ff. eod. c Vide l. veteribus. G. de contr. et commiss. stipulas.

DECRETALIUM EPISTOLARUM GREGORII

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I. DE JUDICIIS. CAP. I.

Contumax in non comparendo, vel non respondendo excommunicari potest: beneficio autem privari non debet. hoc dicit, Abbas Siculus.

Ex Concilio Africano. a

D D b Quod vult deo Centurienſi Episcopo, quem c cum adversarius ipsius eum d petiſſet ad concilium introduci e, interrogatus, an cum eo vellet exeri, primo id promiserat, & altera die respondit, hoc sibi non placere, atque discessit.

Placuit, ut nullus eidem f communicet, donec g satisfactio præmissa fuerit absolutus. Nam adimi sibi Episcopatum ante causæ ejus exitum nulli potest de jure videri.

CAP. II.

Laici Ecclesiastica negotia tractare non debent, sed Prælatorum judicio disponunt. Hoc dicit, Abbas.

Ex Synodo Eugenii Papæ. b. (1148. in Gallia.)

D Ecernimus, ut Laici Ecclesiastica tractare negotia non præsumant. Sed k Episcopi, Abbates, Archiepiscopi l, & alii Ecclesiarum Prælati de negotiis Ecclesiasticis (maxime de illis, quæ spiritualia esse noscuntur) Laicorum judicio non disponant: Nec propter eorum prohibitionem, Ecclesiasticam dimittant justitiam exercere.

CAP. III.

Causa juris patronatus spectat ad judicium Ecclesiæ. h. d. specificè & ad litteram.

Alexander III. Illustri m Regi Anglorum. (an. 1180.)

Q uanto n divina gratia: (& infra.) Causa vero juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico judicio valeat definiti.

CAP. IV.

Clericum convictum vel confessum de crimine coram Judice seculari, ex eo non punit Episcopus: sed coram se convictum vel confessum, punit pena debita, nisi cum illo dispenses, quod potest in adulterio & minoribus: depositum vero non statim tradit curia seculari. h. d. usque ad fin. Abbas Siculus.

a Cap. 54. Refers. Burch. lib. 2. decret. cap. 181. & Ivo p. 5. c. 297. Vid. rom. 1. Concil. p. 554. b cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c. quoniam, & rectius. d se. e Hinc videtur inferri, quod ad valorem citationis oportet, quod fiat auctoritate judicis ad instantiam partis. l. ad preceptorium, & ibi Barr. D. eod. tit. f Quod vult deo. g causa ejus qualem potuerit terminum sumat. h Eugenius III. in Synod. Remensi c. 4. i cap. 4. eod. tit. in 1. compil. k Et. l Archidiaconi in 1. comp. m Illustrissimo. n C. 5. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lat. sub Alex. III. p. 47. tit. de jur. patron.

Idem Salernitano Archiepiscopo. (an. 1180. Roma in Campaniam.)

A T si Clerici coram a seculari Judice convicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo Episcopo aliquatenus condemnandi. Sicut enim sententia a non suo Judice lata non tenet, ita & facta confessio coram ipso. Si veto coram Episcopo de criminibus in jure confessi sunt, seu legitima probatione convicti, dummodo sint talia crimina, propter quæ suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab altaris ministerio perpetuo emovendi.

Summatum est iste §. supra in princ. c. tamen quia habes materiam separatam & notabilem, ideo dic aliter: In adulterio & minoribus potest cum Clericis peracta pœnitentia Episcopus dispensare: depositum autem pro suis excessibus non tradit indifferenter curia seculari. h. d. Abbas Sicul.

§ 1. De adulterio b vero & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum Clericis post peractam pœnitentiam dispensare. Sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus (cum suo sit functus officio, nec duplici debeat ipsum contritione conterere) Judici tradere seculari.

CAP. V.

Vasallus coram domino feudi conveniendus est, etiamsi dominus feudi sit Ecclesiastica persona, dummodo ibi actor possit suam justitiam consequi: alias loci ordinarius poterit adiri. (& secundum hoc est casus notabilis.)

Idem. h

C aterum c quia in eos, quos ab Ecclesia tua constat possessionem tenere in feudum, occasione ipsarum excommunicationis seu interdicti sententia promulgatur. Nos id districtius inhibemus: Quamdiu parati fuerint super his in tua præsentia justitiam exhibere.

CAP. VI.

Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clara proponere, ut ex eo jus agendi colligatur. hoc dicit quoad intellectum, Abbas.

Idem Exonen. Episcopo, & d Capitulo Londonen. (an. 1160.)

D lecti filii Prior & Clerici de Guiseburnen. e contra Eboracen. Archiepiscopum Apost. sed. Leg. gravem querimoniam transmiserunt: (& infra.) Provideatis attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, ejusmodi actio intenter iniquitatis, sed simpliciter & pure factum ipsum, & rei veritatem, secundum formam canonum & sanctorum Patrum instituta, investigare curetis.

CAP.

a C. 8. eod. tit. in 1. comp. post Conc. Later. p. 26. c. 4. b Burchard. Dias in præf. crim. cin veterib. ita: Idem E. i. eidem Salernitano Archiepisc. al. Tornacensi Episcopo. d C. 7. eod. tit. in 1. comp. e 14 antiquis, & Decano Londæn. e al. Giseburnen.

C A P. VII.

Excommunicatus, in iudicio nisi tanquam reus stare non potest.

Idem Paduano Episcopo. (An. 1160.)

Intelleximus: (& infra. α) Quia postulasti a nobis, utrum excommunicatus in iudicio stare possit? Respondemus, quod conveniri potest, & debet per alium respondere in iudicio: Ne videatur de sua malitia commodum reportare. α

(α Ex literis tuis, quod cum filia cuiusdam nobilis viri parochiani tui, cum quodam viro matrimonium contraxisset, comperio postea, quod idem vir pro nece boni mem. Vincensini Episcopi vinculo tenebatur excommunicationis afflictus, in tua proposuit presentia quaestionem. Unde)

C A P. VIII.

Clericus de omni crimine debet coram Ecclesiastico Iudice conveniri, nec vales consuetudo contraria.

Lucius III. Strigon. Archiepiscopo. b (An. 1160.)

Clerici (& infra. α) Cum Imperator e dicat, quod leges non dedignantur sacros canones imitari, in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico Iudice conveniri: Non debet in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine praedictum generari.

(α Vero maxime in criminalibus causis in nullo casu possunt ab alio, quam ab Ecclesiastico Iudice condemnari, etiamsi consuetudo regia habeat, ut fures a Iudicibus secularibus iudicentur.)

C A P. IX.

Judex ex officio providere debet, ut debita solemnitates serventur in iudicio, quibus iudicium reddatur frustratorium. h. d. Abbas Siculus.

Clemens III. (Abbas de Evesham. An. 1189.)

Icausam, quae d vertitur inter fratres Dulmen. e monasterii, & Monachos sancti Albani: f (& infra.) Provideas inter caetera, ut fratres Dulmen. monasterii, cum auctoritate & assensu Episcopi sui ingrediantur negotium: Ne si fratres sancti Albani obtineant, Episcopus idem Abbatem monasterii se proponens, litem sopitam valeat fuscitare.

C A P. X.

Clericus depositus, incorrigibilis excommunicandus est, & successu anathematis. c. Si sic non respueris, per iudicem secularem comprimendus est. h. d. Abbas Siculus.

Coelestinus III. g (An. 1192. Strigon.

Archiepiscopo.)

CUM non ab homine: h (& infra. α) A nobis fuit ex parte tua quaesitum, utrum liceat Regi vel alicui seculari personae iudicare Clericos cujuscunque ordinis, sive in furto, sive in homicidio, vel perjurio, seu quibuscunque fuerint criminibus deprehensi. Consultationi tua taliter respondeo, quod si Clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio, seu alio i crimine fuerit deprehensus legitime, atque convictus, ab Ecclesiastico Iudice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet: deinde contumacia crescente anathematis mucrone ferri: postmodum vero si in profundum malorum veniens & contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, ne possit esse ultra perditio plurimorum, per se-

cularem comprimendus est potestate, ita quod ei deputetur exilium a, vel alia legitima poena inferatur b.

C A P. XI.

Per rescriptum impetratum contra violentum, convenitur qui scienter succedit in visum. h. d. secundum communem modum, qui mihi placet. Panorm.

Idem Winton. Episc. & Abb. S. Albani.

(An. 1192.)

Quia V. qui violenter e dicebatur Ecclesiam P. Clerici occupasse, defunctus est, ut accepimus, & R. eam postmodum est ingressus: Praecipimus, ut secundum formam priorum literarum inter ipsos R. & P. sub eisdem Iudicibus mediante ratione, sicut inter eundem P. & praefatum V. si viveret, negotium terminetur.

C A P. XII.

Solus Papa cognoscit de dubiis privilegiorum Apostolicae sedis, et non inferior.

Innoc. III. S. Sergii et S. Georgii Abbatib. d

(An. 1200.)

CUM venissent: e (& infra.) Cum super privilegii sedis Apostolicae causa vertatur, nolimus de ipsis per alios iudicari.

C A P. XIII.

Judex Ecclesiasticus potest per viam denunciationis Evangelica, seu judicialis, procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum: maxime ratione perjurii, vel pacis fracta.

Idem Prelatis f per Franciam confisusis.

(An. 1200.)

Novit ille, g qui nihil ignorat; (& infra. α) Non putet aliquis, quod jurisdictionem illustri Regis Francorum perturbare, aut minuire intendamus, cum ipse jurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire: Sed cum Dominus dicat in Evangelio h: Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium sestium stet omne verbum: quod si non audierit, dic Ecclesia: si autem Ecclesiam non audierit, sic tibi sicut ethnicus et publicanus. Et Rex Angliae fit paratus sufficienter ostendere, quod Rex Francorum peccat in ipsum, & ipse circa eum in correptione processit secundum regulam Evangelicam, & tandem quia nullo modo profecit, dixit Ecclesia: quomodo nos qui sumus ad regimen universalis Ecclesiae superna dispositione vocati, mandatum divinum possumus non exaudire, ut non procedamus secundum formam ipsius? nisi forsitan ipse coram nobis, vel Legato nostro sufficienter in contrarium rationem ostendat. Non enim intendimus iurare de feudo, cujus ad ipsum spectat iudicium, nisi forte juri communi per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum; sed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus. Non igitur injuriosum sibi debet Regia dignitas reputare, si super hoc Apostolico iudicio se committat, cum Valentinianus i inclytus Imperator, Suffraganeis Mediolanen. Ecclesiae dixisse legatur: Talem in pontificali sede constituere proceretis, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submitimus, & ejus monita (cum tanquam homines deliquerimus) suspicamus necessarium velut medicamenta curantis. Nec sic k illud humillimum omitt-

^a Vide l. cum hi. §. si quis. de transact. & l. is cui. ff. de servitut. b al. Alexand. III. Abbati de Evesham. c Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. lvo part. 6. cap. 427. & p. 16. c. 150. Jul. Clar. praet. crim. quaest. 136. d Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. e Diomed. f Albini. g Clemens III. h Est autem pars cap. cum non ab homine infr. de sentent. excomm. Cap. 3. eod. tit. in 2. vide Covarruviam in cap. alma mater. pars. 2. relec. §. 8. n. 8. & Bernard. Dias de Luco in praet. crim. cap. 133. & seq. i alio quo. k veniens hac omnia contempseris.

Jur. Canon. Tom. II.

^a Quod si depreatur poena exilii. b Ita in omnibus manscriptis. al. feriatur. al. instigatur. c Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. unde sumenda inscriptio. d Resse additur in 3. comp. et Cantori Andegavensi, Ord. S. Ben. e Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. f Archiep. et Episcopis. g Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. vide Jac. Lup. tract. de confed. prin. memb. 1. h Marth. ib. i 63. dist. Valentinianus. Hoc narrat Cassod. in dist. trip. l. 70. cap. 8. k sic, deest.

omittamus, quod Theodosius statuit Imperator: a & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse nascitur descendisse: quicumque videlicet litem habens, sive petitor fuerit, sive reus, sive in initio litis, vel decursis temporum curricula, sive cum negotium peroratur, sive cum jam coeperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctae sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragetur) ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Cum enim non humana constitutioni, sed divina potius innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere b quemlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per distributionem Ecclesiasticam coercere. β Sed forsitan dicetur, quod aliter cum Regibus, & aliter cum aliis est agendum. Ceterum scriptum novimus in lege divina e: Ita magnum iudicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum: d (et infra. γ) Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, ut peccatorem revochemus a vitio ad virtutem, ab e errore ad veritatem, præcipue cum contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis: postremo cum inter Reges ipsos reformata fuerint pacis foedera, & utrinque præfatio proprio f iuramento firmata, quæ tamen utque ad tempus prætaxatum servata non fuerint: nunquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium Ecclesie non est dubium pertinere, ut rupta pacis foedera reformetur? Ne ergo tantam discordiam videamus sub dissimulatione fovere, prædicto Legato dedimus in præceptis, ut (nisi Rex ipse vel solidam pacem cum prædicto Rege reformet, vel saltem humiliter patiat, ut idem Abbas & Archiepiscopus Bituricen. de plano cognoscant, utrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia Rex Anglorum, vel ejus exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimentendam) iuxta formam sibi datam a nobis procedere g non omittat. δ

α Qui scrutator cordium est, ac conscius secretorum, quod charissimum in Christo fil. n. Philippum Regem Francorum illustrem, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta diligimus, & ad honorem & perfectum & incrementum ipsius efficaciter aspiramus, exaltationem regni Francorum, sublimationem Apostolicæ sed. præsuntantes, cum hoc regnum benedictum a Deo semper in ipsius devotione permanserit, & ab ejus devotione nullo unquam, sicut credimus, tempore sit discessurum: quia licet interdum hinc inde fiant immisiones per Angelos malos, nos tamen qui Satana non ignoramus astutias, circumventiones ipsius studuimus evitare, credentes, quod idem Rex illius seduci fallacis non se permittet).

β Quod enim debeamus corripere, et pessimus, ex utriusque patet pagina Testamenti. Cum claret Dominus per Prophetam: Clama, ne esses, quasi suba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo scelera eorum: et subiungat ibidem: Nisi annunciaueris impio impietatem suam, ipse in iniquitate, quam operatus est, morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Apostulus quoque nos mones corripere iniquos: et alibi dicit idem: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Quod autem pessimus et debeamus coercere, patet ex eo, quod dicit Dominus ad Prophetam, qui fuit de Sacerdotibus Ananias: Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas, et dissipas, et edifices, et plantes. Constat vero quod

evellendum, destruendum et dissipandum est omne mortale peccatum. Præterea cum Dominus claves regni calonium B. Petro Apostolo tradidit, dixit ei: Quodcumque ligaveris super terram, eris ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, eris solutum et in caelis. Verum nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans apud Deum sit ligatus. Ut ergo Petrus divinum iudicium imitetur, ligare debet in terris, quas ligatus constat in caelis.

γ Quam B. Jacobus intervenire testatur. Si dixeris ei qui indutus est veste præclara: Tu sede hic bene: pauperi vero, statu illic, aut sede sub scabello pedum meorum).

δ Ideoque universis vobis per Apostolicæ sedem mandamus, et in virtute obediencia præcipimus, quatenus postquam idem Abbas super hac mandatum fueris Apostolice cum executus, sententiam ejus imo nostram verius, recipiatis humiliter, et faciatis ab aliis observari: pro certo scituri, quod si secus egeritis, inobediencia vestram graviter puniemus.

C A P. XIV.

Principalis persona per se, non per Advocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta.

Idem Episcopo Helienfi. (An. 1200.)

Pastoralis: (a & infra). Statuimus præterea, ut Principales personæ non per Advocatos, sed per se ipsas factum b proponant: Nisi forte sint adeo indiscretæ, ut earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur.

C A P. XV.

Si actio et intentio sunt ineptæ, vel sola intentio, debet reus absolvi ab instantia iudicis iterum tamen audietur, si apse egerit. h. d. quoad intellectum.

Idem Nobili viro Mathæo de c Riparia.

(An. 1200.)

Examinata d causa, quæ vertitur inter te & milites Campaniæ; e (et infra) Actionem, quam super iure patronatus ejusdem Ecclesie contra præfatos milites intentabas, incongruentem cognovimus & ineptam f. Quia cum testes induxeris ad probandum, quod quando præfatus A. vicedomini Ecclesiam eandem tanquam sequestratam accepit, tu jus patronatus ipsius Ecclesie possidebas: profecto nec rei vindicationem tentare, nec ipsius restitutionem poteras postulare. Unde intentionem tuam in hac parte pronunciamus non tenere, absolventes eisdem milites ab eadem. Ita tamen quod si congruentem & aptam intentare volueris actionem, respondere tibi nihilominus teneatur.

α Super Ecclesia S. Angeli de Casa parata, actis confessionibus & attestacionibus intellectis, inspectis instrumentis & allegationibus indagatis, perpendimus evidenter, arbitrium quod contra te vicedomini Sabin. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam juris & compromissum fuisse declaratum. Verum non obstante confirmatione fel. mem. C. Pp. p. v. qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decrevimus ipsum irritum et inane).

C A P. XVI.

Præceptores templi pro domibus suis agere & defendere possunt, nec obstant eis religio, vel quod ignota sit eorum origo.

Idem Magistro & fratribus militia templi in Italia constitutis. (An. 1200.)

CUM deputati: (et j.) Accepimus, quod quidam tam seculares, quam Ecclesiastici iudices, illos, quos habetis in domibus vestris præceptores, in causis ad prosequendam suam iustitiam non admittunt, tanquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam agere, qui

a In C. Theodostian. l. 6. tit. 1. l. quotiens. et refert. Grat. in can. quicumque. 11. q. 1. b corrigere. c Deut. 1. d l. hoc accusare. de accus. l. in multis. de stat. hom. e Hac verba, ab errore. ad veritatem, in manuscriptis. defunct. f Vox, proprio, deest in antiquis. g Vid. l. ea quidem. C. de accus. et l. divus. ff. de custod. et exhib. reor.

a Requirit supra, de offic. et pos. jud. deleg. b factum suum. c Roma al. Rivaria. d Cap. 3. in 2. compil. 119. de confirmat. utili vel inutil. e Campanicos. f Vide l. eum precum. C. de lib. causa. et l. item apud Labeonem. §. si quis libello ff. de injur.

qui pacificis decreverunt studiis insistere, illud allegantes in repulsione ipsorum, quod eorum ipsis generatio non est nota: qui undecunque venerint gratia divina vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui ordinis, ex superabundantia requiritur suæ notio nationis. Nequis igitur in prosecutione causarum præceptores eosdem ab agendo vel respondendo occasione huiusmodi repellat, auctoritate a Apostol. inhibemus.

C A P. XVII.

Prælati debent Laicis de Clericis (appellatione frustrata non obstante) iustitiam facere: ad seculare tamen forum Clerici a Laicis trahi non debent, etiam data ipsorum Prælatorum negligentia.

Idem Vercellen. Episcopo, & Abbati de Toletis. (an. 1200. Roma in Pedemont.)

Qualiter & quando: (& infra.) Præcipiatis ex parte nostra Prælati, ut Laicis de Clericis conquerentibus plenam b faciant iustitiam exhiberi. Non obstantibus appellationibus frustratoriis, quas in eorum gravamine Clerici frequenter opponunt. Ne pro e defectu iustitiæ Clerici trahantur a Laicis ad iudicium seculare, quod omnino fieri prohibemus.

C A P. XVIII.

Judex habens ut privatus pene consimilem causam, quam habet ut Judex, a iudicando removetur. h. d.

Idem d.

II. Causam, e quæ inter Abbatem & Conventum Vindon. & Archidiaconum Carnoten. super quibusdam procuracionibus venit, vobis & Archidiacono Parisien. meminimus commississe: (& j. a.) Quia vero cum eundem Archidiaconum similis pene causa contingat, nimis favorabilis parti alteri videretur f, nos te, fili Decane, loco ipsius Archidiaconi subrogantes, mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus literis) in causâ ratione prævia procedatis.

(a Dicitur vero Abbas & Conventus nolentes parti alteri respondere, nisi vos primo consulere secundum privilegia Rom. Pontificis, indulgentia monasterio eorundem, dil. fil. Abbat. eisdem monasterii Monachum, propter hoc ad sed. Apost. tranmiserunt, nihilominus supplicantes, quatenus te, fili Decane, loco Parisien. Archidiaconi subrogare ad defensionem ipsius negotii dignemur.)

C A P. XIX.

Si Judices de principali & exceptionibus præjudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestata testes recipiunt, licite ab eis appellatur.

Honorius III. Archiepiscopo h. Rhemensi, & Decano i. Brimensi Coloni. diocesis. (an. 1220.)

Exhibita nobis R. Virdunensis electi petito declaravit, quod cum super facto electionis suæ, H. Archid. ac quorundam Canon. Virdunen. k adversariorum suorum procuratores ad nostram audientiam l accessissent, Parisien. Episcopo & Coniudicibus suis sub certa forma literas nostras direximus, inter alia continentes, ut vocatis, qui forent evocandi, super propositis & aliis negotiis contingentibus inquirerent veritatem: (& infra. a) Cum autem idem electus quibusdam ex his, qui contra eum agebant, conspirationem, & quibusdam excommunicationem in modum exceptionis objiceret, se id offerens probaturum, præfati Judices interlocuti fuerunt, quod de his & principali negotio simul inqui-

rerent: nolentes, quasi non Judices, sed inquisitores extiterent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere. sed pervertendo juris ordinem, de præmissis exceptionibus & principali negotio pariter per se inquirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem testium lite nondum super eodem negotio contestata: quare præfatus electus nostram audientiam appellavit: (& infra. b) Quia vero non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium extitit delegatum: mandamus, quatenus si ex dictis sgravaminibus vel aliquo ipsorum appellatum constiterit, revocato in irritum, quicquid post appellationem huiusmodi inveneritis attentatum, in causa ipsa juxta priorem continentiam literarum, ratione prævia procedatis.

(a Et testes, quos nominari contingeret juxta consuetam Ecclesie formam, ad testimonium compellendo, & præfignato partis terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui præsentarent, justam sententiam recepturas partis ergo citatis non fuit processum in aliquo prima die. Cumque decem de parte adversa secundo termino comparerent, & fuissent, si electioni se opponerent, jure requisiti, septem eorum respondere nolentibus, ad agendum res se residui obtulerunt.)

(b Humiliter supplicans, ut cum litera ad ipsos Judices obreta, non inquisitionem, sed commissionem sapient, prout apparet ex continentia earundem, quod ab ipsis factum est post app. ipsius revocare in irritum, & causam aliis committere dignemur.)

C A P. XX.

Lapsu triennii non obstante, potest delegatus in causa sibi commissa procedere.

Idem magistro Tancredo Canonico Bononien. (an. 1220.)

Venerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennas, proposuit coram nobis, quod cum decisio causæ, quæ inter ipsum & communitatem Cerviæ, super jurisdictione civitatis Cerviæ, & quibusdam aliis articulis venit, sit per subterfugia & cavillationes eorum per triennium prorogata: dicti Cervien. asserentes instantiam iudicii per decursum triennii petiisse, respondere sub tuo examine recusaverunt: (& infra. a) Mandamus, quatenus exceptione huiusmodi non obstante, in negotio isto procedas juxta traditam tibi formam. a

(a Consuetis tergiversationibus processum impediens dicta causa. Nolentes igitur, ut ejusdem causæ decisio ulterius prorogetur, presentium tibi auctoritate)

C A P. XXI.

Actor obtinens in possessorio coram Judice rei, non tenetur coram eo Judice super proprietate respondere, si est proventus alterius fori. h. d. & est casus notabilis.

Idem Episcopo b & magistris T. & B. Prasen. Bononiæ commorantibus. (an. 1220.)

Significaverunt nobis olim Abbas & Conventus sanctæ Mariæ de Florentia, quod Florentina Potestas pro eis contra communitatem castri de Signa super possessione, quel quasi juris ibidem eligendi Rectorem (quod ad se pertinere dicebant) definitivam sententiam promulgavit. Sed postmodum Abbatem & Conventum præfatos ipsa potestas coegit, communitati prædictæ super proprietate vel quasi memorati juris, in seculari iudicio respondere. Unde vobis injunximus, ut si ita esset, cogereis communitatem e eandem, electum ab eisdem Monachis in rectorem admittere, auditarii postea, quæ partes super proprietate vel quasi prædicti juris ducerent proponenda: (& infra. a) Verum pars altera inter alia excipiendo proposuit, se tunc coram vobis respondere de jure non teneri, cum tempus propter vindemias existeret feriatum: respondente Syndico monasterii hoc mali-

a al. auctoritate presentium inhibemus. b plenariam. c Conc. Carthag. III. c. 9. & Concil. Tolet. III. c. 13. d In aliquot antiquis: Idem Parisiens. Episcopo & Decano. e Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. f vide l. litigatores. ff. de arb. g Desunt hæc verba: In causa: alii ita: in negotio. h In omnibus veteribus Innoc. III. Arch. Rhemensi. i Et Decano Brimensi. Colmen. dioc. al. Brunienf. al. Benevens. al. Bituricen. k Virdunensis. l presentiam.

a Vid. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procurat. & l. 2. ff. de jurispr. om. jud. b Bononien. c In uno antiquo, sogeritis communitatem prædictam, eundem electum, &c.

malitiose proponi: ut videlicet causa protrahatur, tempus regiminis electi praedicti inutiliter elabatur: (& infra.) Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ratione pravia procedatis.

(*α* Ut causam sicut iustum existitis decideri, non obstante statuto quolibet contrario Ecclesiastica libertati, seu quod Abbas & Conventus praedicti compulsi sunt super hoc litem contestari in iudicio seculari. Nuper enim referente Abbate & Conventu didicimus, quod cum de literis, a nobis super hoc oblati, ad ipsius communitaris notitiam pervenisset, Syndicus ejus exhibitio coram iudice potestatis calumnia iuramento citari fecit Abbatem, quod coram illo fabres simile iuramentum, & us per hoc renanciare appell. literis intelligeretur: idem Abbas ipso facto ut pro convicto, si hoc facere recusaret, haberetur. Cumque praesentam communitatem ad praesentiam vestram sapius & peremptorie citassetis, Syndico ejus se velle dilatorias exceptiones proponere protestanti, terminum quo id faceret, vel super principali responderet negotio, statuitis, ad quem idem veniens fuit protestatus, paratum se pro posse alio tempore literas vestras per suggestionem falsi, & veri suppressionem obtenturas.)

(*β* Quod apparebat ex eo, quod per nanciam potestatis Abbati suis prohibuit, ne communitatem eandem extra Floren. districtum in iudicio conveniret, quare praenominati Abbas & Conventus humiliter petierunt, ut obviare huiusmodi malitiis dignaremur. Quocirca discre.

TITULUS II. DE FORO COMPETENTI.

C A P. I.

Clericus coram suo Episcopo conveniri debet.

Ex Concilio Chalcedonen. a (an. 455.

in Bithynia.)

SI quis Clericus *b* adversus Clericum negotium habeat, non deferat Episcopum proprium, sed prius apud ipsi-
um actio ventiletur: vel certe consilio eiusdem apud alios, quos utraque pars voluerit, iudicium obtinebunt. *d*.

C A P. II.

Judex secularis, si Clericum per se distingit vel condemnat, excommunicari debet.

Ex Concilio Parisiensi.

NULLUS Judicum *e*, neque Presbyterum, neque Diaconum aut Clericum ullam aut minores *f* Ecclesiae sine permisso *g* Pontificis per se distingere aut condemnare praesumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui injuriam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequesteratus, quousque reatum suum cognoscens emendet.

C A P. III.

Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi, ubi res est. Si communiter sumatur.

Ex Concilio Africano. (an. 402.)

SAne si Episcopi, inter *h* quos causa versatur, sint diversarum provinciarum: ille Primas det iudices, in cuius provincia est locus, de quo contenditur.

C A P. II.

Episcopus ut suspectus recusatus, de cuius suspitione notorie constat, potest dare delegatum partibus non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

Gregorius Bonifacio defensori Corsicae. i (an. 594.)

SI quis *k* contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adest: qui si ut suspectus fuerit recusatus,

executor ab eo deputetur. Aut si hoc actor resugerit, ab eodem Episcopo est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit desinitum, ipsius sollicitudine (servata lege) modis omnibus compellatur.

C A P. V.

Super re Ecclesia vel Clerici potest Laicum coram Ecclesiastico iudice conveniri: sed si probabiliter negat remesse Ecclesia vel Clerici, ad iurisdictionem Ecclesiasticam declinandam, convenitur coram suo iudice.

Alexander III. a (an. 1180. Episcop.

Genensi.)

SI Clericus Laicum *b* de rebus suis vel Ecclesiae imperierit, & Laicus res ipsas non Ecclesiae esse aut Clerici, sed suas proprias, asseverat, debet de rigore juris ad forensium iudicem trahi. Cum actor forum rei sequi debeat: licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

C A P. VI.

Si questio feudalis est inter Clericum & Laicum, cognoscat dominus feudi: sed eo negligente, cognoscat delegatus Papa, etiam ante negligentiam datus. h. d. secundum lecturam glossi.

Idem *c* (Senonensi Archiepiscopo.)

EX transmissa *d* nobis infinnatione B. C. c. VV. militum *f* Ecclesiae tuae intelleximus, quod cum R. de Cassville *g* eos super quadam possessione coram Trecent. Episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis *h* eorum Dominus, sub debito fidelitatis inhibuit, ne seculari feudo in iudicio Ecclesiastico responderent: (& *β*) Per dominum feudi causam jubeas terminari. Et si ipse malitiose distulerit, tu ei debitum finem imponas.

(*α* Itaque praefatus Episcopus in eos velut consummatus excommunicationis sententiam promulgavit. & *γ*)

C A P. VII.

Per Dominum feudi secularem sine Ecclesiastico, questio feudalis terminari debet, etiam si vasalli sint Clerici: & si plures praesentantur domini non potest unus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum persinas. h. d. secundum lecturam magis notabilem.

Idem.

VERUM i quoniam de quibusdam feudis adversus Praepositum questio mota fuit: Statuimus, ut ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus *k*, de feudis ipsi sub suo iudicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem pertineant: alioquin imperiali beneplacito (sicut iustum fuerit) relinquatur.

C A P. VIII.

Malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri possunt.

Lucius III. l (an. 1181.)

CUM sit *m* generale, ut actor forum rei sequatur *n* (& *γ*. *α*) Verum quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis saepe in iudicio sunt remissi, in favorem Ecclesiae est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint sub quo maluerint iudice convenire. *n*

(*α* Convenientius est, ut apud iudices seculares raptores prius conveniantur, sed si iustitiam exhibere contempserint, aut iudices ex quacunque causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab Ecclesia de crimine illo: censuram poterit in eos Ecclesiasticam exercere.)

CAP.

a Act. 15. ubi referuntur canones Concilii. cap. 9. Burch. lib. 2. decr. c. 183. Ivo p. 6. e. c. 128. & 360. Gratianus IX. quest. 3. cap. si Clericus. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c utraque partes. d al. continebant. e Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. f juniores. Burch. g al. sententia. h Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. i Gregorius 1. 9. epist. 74. regis. k Cap. 7. eod. tit. in 1. compil.

a Post Conc. Later. part. 8. c. 7. b Cap. 7. eod. tit. in 2. compil. c Episc. Treve. d Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. e B. G. t Trever. g Calle. h Caris. i Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. k In Cod. Barb. consecratus vel confirmatus de feudis, & l al. Idem. m Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. n vide l. si quis in hoc genus, & l. places. C. de Episc. & Clero.

C A P. IX.

Causa Clericorum secundum iura, non secundum consuetudines Laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis iurisdictionis Ecclesie, causa Clericorum sunt secundum ius canonicum terminanda. hoc dicit, secundum gl. & utrumque summarium recipit determinationem.

Cælestinus III. (An. 1195. Episc. Paris.)

Quod a Clericis: (et infra. α) Mandamus, quatenus si quas causas pecuniarias Clerici Parisiis commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ipsas iure canonico decidatis.

(α Et c. (et infra.) Nullus Episcoporum vel Clericorum ad iudicia secularia est trahendus, habens enim illi suos iudices, nec quicumque est eis publicis commune cum legibus. Bonifacius vero Papa & Gelasius, & alii plures antecessorum nostrorum antiquioribus Conciliis consonantes, sicut bene patet iuris utriusque peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducitur, per Apost. sedem)

C A P. X.

Laicus Laicum super re civili coram iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu iustitiae secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Innocentius III. Vercellensi Episcopo.

(An. 1208.)

Licet ex b suscepto: (et infra. α) Mandamus, quatenus si quando a Laicis Vercellen. literas super rebus, praecipue quae forum seculare contingunt, a sede Apostol. contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostra irritas & inanes, dummodo consules & commune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiam complementum.

Liceat tamen ipsis, qui sub eisdem consulibus taliter duxerit contendendum, si se in aliquo fenserint pragravari, ad tuam (sicut haecenus servatum est) vel ad nostram, si maluerint c, audientiam appellare: hoc praesertim tempore, quo vacante imperio ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui a superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si vero consules iustitiam tanquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitria communitate electis, de causa suspicionis agatur: quae si probata fuerit esse iusta, ad te, vel ad nos pro iustitia recurratur: sicut superius est expressum.

(α Servitutis officio sumus omnibus in iustitia debitores: sic tamen in iure suo nos quibusdam convenit providere, ne aliis injuriam facere videamur, ne, quod absit, inde sumatur materia scandalii, unde provida debet consideratione sedari. Ex insinuatione sane dil. filiorum consulum communis Vercellensis, nos noveris accepisse, quod cum de singulis questionibus, quae mota fuerunt contra eos eorum consulibus iustitia, juxta consuetudinem approbatam velint cuilibet conquerenti iustitia plenitudinem exhibere, Laici quidam ut eorum jurisdictionem evacuent, & fatigent eos laboribus & expensis, super rebus, quae iudicio Ecclesiastico non requirunt, literas Ap. impetrant, & sic praeter jurisdictionem consulum, quam meruerant, eos cogunt multipliciter laborare: volentes igitur sic eorum utilitati consulere, ne patiamur iustitiam aliorum deperire. f. s. per a. f.)

C A P. XI.

Vidua Laicum coram iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum iudicis secularis.

Idem d. Archidiacono & Thesaurario e Turonensi.

(An. 1210.)

Ex tenore f literarum Comitis Britanniae, nostris est auriibus intimatum, quod cum causam, quae inter mulierem nobilem E. & I. de Meduano super hereditate

sua noscitur agitari, vobis commiserimus terminandam, ipse Comes eidem mulieri, cum tam ipsa, quam praedictus I. essent de foro ipsius, mandavit, ut causam deferent ad ipsum, promittens eidem, quod faceret ei iustitiam plenitudinem exhiberi a: (et infra. α) Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis in iustitia debitores, quod aliis iustitiam facere non debemus: mandamus, quatenus nisi sit talis causa, quae ad Ecclesiasticum iudicem pertinere nosceatur, ei super sedere curetis: dummodo per iudicem secularem suam possit iustitiam obtinere, alioquin non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione praevia terminetis.

(α Nobis nihilominus insimare procurans, quod in curia sua debeat huiusmodi negotiorum seminari, et vos et mulier supra dicta ei nequaquam obsequere volentes, sagaciter in causa procedere, et sic sibi minus rationabiliter jurisdictionem auferre, unde nobis humiliter supplicavit, ut causam ipsam ad eum, ad quem specialiter persinet, mittere dignaremus.)

C A P. XII.

Clericus non potest constituere sibi iudicem Laicum, etiamsi proprium iuramentum et adversarii consensus accedat.

Idem Pisano Archiepiscopo. (An. 1210.)

Si b diligenti: (et infra. α) Afferuisti te usque ad haec tempora tenuisse, quod licitum sit Clerico renuciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi Laicum iudicem constituere, praesertim ubi adversarii voluntas accedit: ac temere iuramentum super hoc interpositum respondisti: Immemor constitutionis, e qua cavetur, pacto privatorum iuri publico minime derogari. Cum ergo hoc jus in d Milevitano & Carthaginensi Conciliis sic specialiter promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & a communionem habeant extranei: & tam Episcopi, quam Diaconi, seu quilibet Clerici in criminali, seu in civili negotio, si derelicto Ecclesiastico, iudicio, publicis iudicibus se purgare voluerint, etiamsi pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione: in civili vero perdant, quod eviderint, si locum suum maluerint e obtinere: Manifeste patet, quod non solum inviti, sed etiam voluntarii pacifici non possunt, ut secularia iudicia luceant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renuciari valeat, sed potius toti collegio Ecclesiastico sit publice indultum, cui privatorum pacto derogare non potest. Nec iuramentum licite servari potuit, quod contra canonica statuta illiciti actionibus informatur.

(α Meditatione. & infra. Super eo autem admiramur plurimum, et movemur, quod cum te reputemus virum providum et discretum, et iuxta debitum Pontificalis officii, statuta sanctorum Patrum ignota sibi esse non debeant, et juris peritiam copiam habere noscaris.)

C A P. XIII.

Clerici, super excessibus, coram suo Episcopo convenire debent, non coram his, quibus serviunt, nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat.

Idem Beluacensi Episcopo. (An. 1210.)

CUM contingat f interdum in tua: (et infra.) Insuper postulasti, an cum aliqui Clerici deputati servitio Capituli Beluac. aut aliorum Clericorum tuae diocesis super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potius coram illis, quibus serviunt, querelantibus respondere, cum illi sibi jurisdictionem huiusmodi ven-

a Vid. lib. 1. §. post operis. ff. de novi oper. nunc. et l. 2. ff. de iudic. per. Bart. b Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. c Additur, illius. d Verba, quae tribuuntur hoc loco Milevitano Concilio, habentur in Concil. Toles. III. c. 13. Reliqua in Concil. Carthag. III. cap. 9. e l. id quod nostrum. de reg. iur. et lib. 1. ff. solus. matrim. f Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.

a Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. b Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. c viderint. d Archiepisc. e B. Cancellario. f Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.

vindicare contendant, licet illos excommunicare non valeant, vel alias etiam coercere. Super quo taliter respondemus, quod ad te (utpote ordinarium) de talibus debent conquerentes habere recursum; maxime si super his impetrantur, quæ in tua noscuntur diocesi commississe. Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi defervunt, ex indulgentia vel consuetudine speciali jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vindicare.

C A P. XIV.

Episcopus dilecti condemnat Clericum de delicto, sed non privas beneficio alibi existente: sed Episcopus beneficii privas quæsi exequendo condemnationem Judicis delicti. h. d. secundum unum intellectum. Secundum alium intellectum. h. d. Episcopus dilecti condemnat Clericum de delicto, privando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficii.

Idem Innoc. III. a Senicem. Episcopo.

(an. 1210.)

Postulasti b per sedem Apost. edoceri, utrum Sacerdos habens Ecclesiam in una diocesi, & residens in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia, ibi delinquens, ab eo in cuius diocesi habet patrimonium, pro delicto ibidem commissio debeat judicari, præsertim in causis, quæ officii sui seu beneficii privationem exposcunt? Ad quod breviter respondemus, quod per Episcopum, in cuius diocesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo, in cuius diocesi beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda.

C A P. XV.

Miserabilis persona posest Laicum interdito, unde vi, coram Judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta dicatur feudalis.

Honorius III. Archiepisc. Decano, & Archidiacono Turon. (an. 1220.)

EX parte B. quondam Angliæ Regiæ fuit propositum quod cum nobilem virum G. detentorem castri Segrey, ratione dotalitiæ pertinentis ad ipsam, quo per eum, vel ejus complices contra justitiam fuerat spoliata, & auctoritate bonæ memoriæ Joannis Papæ præd. nostr. coram vobis traxisset in causam: Dicitur nobilis excipiendo proposuit, quod literæ Apostolicæ non valebant, pro eo quod castrum Guargiæ, ubi est ejus domicilium principale, consistit in diocesi Rodon. quæ ultra duas dietas a Turonis est remota. Verum replicatum fuit ex parte Regiæ, quod idem nobilis Turonis satis poterat conveniri, cum non solum in Rodon. diocesi, sed & in Andegavensi diocesi existat, eo quod d. & castra & reditus plures habet in ipsa, & castrum, de quo quæstio vertitur, in eadem est diocesi, quæ a Turon. nequaquam ultra XII. leucas distat. Idem quoque adjecit, quod cum dicta Regiæ jus suum coram domino feudi prosequi debuisset, literæ Apostolicæ non valebant, cum non faciebant mentionem, quod dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda justitia extiterit negligens vel remissus: subjiciens, quod eadem literæ falsitate expressa fuerant impetratæ, eo quod suggestum fuerat, castrum illud ad eandem Regiæ ratione dotalitiæ pertinere: cum nec ab initio, nec durante matrimonio a viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius Regiæ responsum, quod vidua spoliata, irrequisito feudi domino, spoliatorem seu detentorem rei coram Ecclesiastico Judice poterat convenire, cujus interest viduas defendere. (& f. a) Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum nobilem terram & mansionem habere in Andegavensi diocesi, in qua interdum consuevit commorari, & ipsam diocesim ultra duas a Turon. non distare dietas, & in eadem litigio-

fam rem esse: non obstantibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potius, quam in possessorio, quod Regiæ contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur, in ipso negotio juxta priorum continentiam literarum, ratione prævia procedatis.

(& Nec obeft, quod sibi castrum illud non fuit assignatum, cum clara mem. Joan. Rex Angliæ, hæres et successor viri sui, castrum præfatum in Concubin. pro aliis rebus dotalibus eidem concessit et ipsa illud pro dote diu pacifice possedisset. Ad hoc autem suis ex parte nobilis prædicti replicaram, quod prædictus Rex Joan. hæres non fuerat Regis Richards, nec dominus Andegavia, sed ejus castri raptor potius et invasor: et ita jus quod ipse nequaquam habuerit, transferre non potuerit in Reginam. Ad quod sic pars Regiæ respondit, quod contra rescriptum exceptio hujusmodi non valebat, nec locum habebat in possessorio, quod eadem contra dictum nobilem intendebat. Unde vos aures hujusmodi exceptionibus frivolis adhibentes, in principali negotio procedere hætenus distulistis in ejusdem Regiæ gravamen non modicum et jacturam. Nos igitur volentes, ut finis litibus imponatur, discr. v.)

C A P. XVI.

Laici usurpantes jura Ecclesiastica, velut sacrilegi per Judicem Ecclesiasticum repelluntur.

Gregorius IX. fratri Palmerio Canonico S. Trinitatis. (an. 1230.)

Conquestus est nobis Bononiensis Episcopus, quod potestas & commune Bononien. temporalem jurisdictionem, quæ in quibusdam castris & villis Ecclesiæ Bononiensis competit pleno jure, & in cuius quasi possessione fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam usurpare præsumunt: (et infra.) Cum autem valde fit iniquum, ut ea, quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesiis, vel relicta, aut eis iustis modis aliis acquisita, aliis usibus applicari: propter quod merito invalores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi, sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi: (et infra.)

Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, munitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam cessare ipsos ab hujusmodi, & satisfacere de præteritis damnis & injuriis, appellatione remota compellas.

C A P. XVII.

Privilegiatus ut non teneatur respondere nisi in certo loco: si in alio loco respondeat vel solvere præmissis, ibi poterit conveniri, et etiam ubi habet domicilium, secundum Joan. Andr.

Idem Episcopo Dulmenfi. (an. 1230.)

Dilecti filii I. & A. cives Romani, sua nobis petitione monstrarunt, quod cum Abbati S. Genovefa Parisien. super quadam pecuniæ summa, contra R. prædecessorem tuum literas impetrasset, tu proponi fecisti, quod omnibus Anglicis est a sede Apost. indultum, ut super causis pecuniariis citra mare conveniri non possint: propter quod idem Abbas in negotio non processit. Verum, quia etsi fuisset privilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere, vel solvere adversariis promiserunt, cum ibi & ubi domicilium habent, valeant a conveniri: mandamus quatenus eisdem de pecunia ipsa cum iustis & moderatis expensis, & congrua satisfactione damnorum (usuris omnino cessantibus) satisfacias, ut teneris: alioquin eidem Abbati nostris damus literis in mandatis, ut in commissio sibi negotio (proposita ex parte tua indulgentia non obstante) juxta prioris mandati nostri tenorem sine dispendio moræ procedat.

CAP.

a al. Vicens. b Cap. 3. cod. tit. in 4. compil. c Vidal. 3. §. divus. de sepul. vicl. & l. jubemus, c. de sacros. Eccles. d quod in ipsa diocesi, & c.

a l. contraxisse ff. de action. et obligat. et Bart. in l. 2. c. de summo. Trinit.

C A P. XVIII.

Quaquam Laici possunt jurisdictionem non sui iudicis prerogare, Clerici tamen non possunt, nisi Episcopi dioecetani consensus accedat, & Judex, cujus jurisdictionem prerogare volunt, sit Ecclesiasticus.

Idem Abbati Trecenti.

Significasti a nobis, quod P. Clericus ad petitionem C. mercatoris se tuae jurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapso, de pecunia mutuata non satisfecisset eidem: (& infra.) Inquisitioni tuae taliter respondemus quod licet privatorum consensus eum, qui jurisdictioni praesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere, Clerici tamen in iudicio non suum (nisi forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi dioecetani voluntas accedat) consentire non possunt.

C A P. XIX.

Legitime citatus, tenetur coram iudice citante causam prosequi non obstante, quod post citationem mutaverit forum.

Idem.

Proposuisti nobis, quod quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdam b adversarii sui, a te legitime citatus ad causam, quia postmodum jurisdictionis alterius esse coepit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuae prudentiae dubium esse non credimus, quod is in praedicta causa vis revocandi forum non habet quasi ab altero e jam praeventus.

C A P. XX.

Quisque Clericus potest in Curia Romana conveniri, licet alius specificae forum ibi non sortiatur: habet tamen ex causa jus revocandi domum.

Idem.

Licet ratione delicti seu contractus aut domicilii, si ve rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, Episcopus vester apud sedem Apostolicam conventus non fuerit: quia tamen omnium Ecclesiarum mater est eidem & magistra, rite compelli potuit, ut ibi suis adversariis responderet: nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, jus revocandi domum salvum fuisset eidem.

T I T U L U S III.

DE LIBELLI OBLATIONE.

C A P. I.

Astor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Judex non debet admittere auctorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. h. d. per alia verba.

Ex Concilio apud sanctum Medardum habito. d. (an. 854.)

Ignarus e Episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis vel postulationis? Illi responderunt, se praemanibus nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit f: oportet vos secundum Ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram libelli serie declarare g, eamque vestris manibus roboratam, Synodo porrigere, ut tunc vobis canonice valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conferentes portorserunt.

C A P. II.

Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, ut evitetur obscuritas &quivocatio.

a Vide Fernandum Vasquium lib. 1. §. 9. success. resolut. num. 95. b dictio, cuiusdam, deest in quibusdam manuscr. c al. illo. d Medardum monasterium est in urbe Sussanensi, ubi id Concilium habitum est. Burchardus lib. 2. decret. cap. 292. Ivo par. 6. c. 1. eod. tit. in 1. compil. e Ismarus. al. Hincmarus. f Vid. l. si quando. C. unde vi. & l. si homicidii. C. de accus. & audent. de iud. §. oportet. coll. 6. g allegare.

Innocentius III. (an. 1210.)

Significantibus a T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatus declaratum, quod cum inter ipsos ex iura parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblato eis libello: illi (cum plures terras haberent) ut terra illa, super qua questio vertebatur, ostenderetur eidem, a iudicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocarunt. Quam circa mandamus, quatenus si est ita, revocato in forum debitum, si quid post appellationem huiusmodi noveritis attentatum, &c.

C A P. III.

Non tenetur reus respondere libello in aetiane personali, si non exprimitur causa petendi.

Gregorius IX. Archiepiscopo civitatis nova, & M. Canonie. Culmen. 1235.)

Dilecti filii fratres Ecclesiae sanctae Mariae de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, quod cum Prior & Conventus sanctae Mariae ad Carceres, diocesis Paduanae ipsos super quadam pecunia summa coram Priore sanctae Trinitatis Veron. auctoritate Apostolica convenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendum propositum, quod cum dicti Prior & conventus nolent exprimere in directo libello b conventionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minime respondere tenebatur: & quia dictus Judex exceptionem huiusmodi admittere denegabat, nostram audientiam appellaverunt. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, revocato in iurium &c.

T I T U L U S IV.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

C A P. I.

Judex autem delegatus, compellit auctorem ad respondendum reo in causa reconventionis, et utramque causam ordine successivo simul audiet, et una sententia terminabit. h. d.

Alexander III. Vulterano Episcopo c et Abbati de Spongia. (an. 1180.)

Ex d literis: (et infra. α) Quoniam rationis ordo exigit e, ut Plebanus & Clerici Maturen. Abbati & fratribus Maturen. monasterii, de iis, quae adversus eos proponunt, debeant in vestra praesentia respondere, cum sibi ex ipsis coram vobis a sede Apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi: Mandamus, quatenus actione Plebani & Clericorum proposita, & responsione facta: monitione praemissa, compellatis eosdem, memoratis Abbati & fratribus in continentem coram vobis super suis quaestionibus respondere, ut vicissim postmodum rationes partium audientes, concordia vel iudicio utriusque negotium terminetis.

α Vestris accepimus, quod dil. filii nostri Abbas & fratres Maturensis monasterii, super quaestionibus, quas Plebanus & Clerici Maturen. adversus eos proponunt, vestrum parati sunt subire examen, si illi in continenti debeant de suis quaestionibus respondere. Unde)

CAP.

a Vid. Lanfranc. in cap. quoniam. §. probationes; infra de prob. & quatenus hic agitur de libello incerto & obscuro, Jasonem in §. sed ista. Instit. de action. Decium in cap. delicti. sup. de iudic. & Paulum de Castr. consil. 145. et Alex. consil. 181. et 180. in 2. volum. b vid. l. fin. C. de ann. excep. et l. i. ff. de edend. per Barr. c. male alii Archiepiscopo. d Post Conc. Lar. sub Alexand. III. pars. 11. c. 1. et 2. eod. tit. in 1. comp. e Vid. l. cum Papinianus in fin. C. de sent. et interlec. omnium iud.

G 4

C A P. II.

Modus procedendi datus per rescriptum in causa conventionis, intelligitur repetitus in causa reconventionis.

Cælestinus III. Rothomag. a Decano. (an. 1195.)

Prudentiam b: (& infra.) Sane consuluit nos, utrum cum causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem Iudice actorem reconvenit, & actor super reconventionem appellationis obstaculum interponit, an sit huiusmodi appellatio deferendum? Nos vero ita sentimus, quod cum actoris & rei eadem sit conditio, & uno eodemque iure circa appellationis remedium debeat uterque ceteri, sicut desiderat actor, ut sibi juxta mandatoris rescriptum iustitia fiat appellatione remota: eodem modo reconventienti debet in sua iustitia respondere.

TITULUS V.
DE LITIS CONTESTATIONE.

C A P. I.

Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam, fit litis contestatio, qua omnia nullus est processus.

Gregorius IX. Abbas sancti Joannis i Vincis.

(an. 1230.)

Olim inter Episcopum Novensem ex parte una, & Capitulum Ecclesie sancti Quintini ex altera, super quibusdam injuriis, & excommunicationum sententis, & quibusdam aliis articulis orta fuit materia questionis: (& infra.) Iudices factis quibusdam positionibus & responsionibus ad easdem: auditis etiam quæ partes voluerunt proponere coram eis, causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra presentia constitutis, quamvis positiones & responsiones hinc inde super pluribus articulis factæ fuerint coram Iudicibus memoratis: quia tamen litis contestationem e non invenimus esse factam, cum non per positiones & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam contestatio d litis fiat: processum ipsorum de fratrurn nostrorum consilio irritum duximus nunciantum.

TITULUS VI.

UT LITE & NON CONTESTATA NON PROCEDATUR AD TESTIUM RECEPTIONEM, VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

C A P. I.

Si agatur de adulterio ad separationem tori, & an telis contestationem reus est contumax, potest excommunicari: sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.

Innocentius III. Aibati sancti Proculi (Ord. S. Ben.)

& L. Canonico Bononiensi. (an. 1204.)

Ad f hac Deus: (& infra. α) Cum causa, quæ inter R. & B. uxorem ejus vertitur, auctoritate Apostolica vobis commissa fuisset, tandem procurator ejusdem R. libello uxoris, quorum & separationem tori, & ut dorem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere, donec Advocatus ejus veniret, inducias postulando. Qui cum huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur, tandem ad presentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, cum crederetur responsurus libello, restitutionem uxoris primo fieri postulavit, ne secus fieret, appel-

lando a. Verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum, & idem Procurator nec de mulieris impunitate cavere, nec vestro se curasset postmodum conspectui presentare, vos testes mulieris recipere studuistis: (& infra. β) Consultationi vestra taliter respondemus, quod licet ordo judiciarius in aliis controversiis sit servandus, & in matrimonialibus causis non usquequaque servetur: quia tamen in presenti negotio non est actum de foedere matrimonii, sed de crimine adulterii (per quod ad separationem conjugii, non ad conjunctionem intenditur) quia lite non contestata testes fuerant recepti, & attestaciones etiam publicatæ, sive deferendum, sive non deferendum appellationi fuisset, non est ad definitivam sententiam procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, vel etiam Procuratoris (si sciens non pugnaret eandem) excommunicationis sententia innodari.

(α In Apostol. sede constituit totius Ecclesia magistratum, ut quia secundum Scripturam sententiam fecit Deus hominem rectum, sed ipse se immiscuit questionibus infinitis, ad eandem nodi questionum difficiles referuntur, suo recto iudicio dissolvendi. & infra. Ad Apostolatus nostri notitiam licentiarum vestrarum insinuatione pervenit, quod)

(β Et attestacionibus publicatis diligenter auditis, quæ fuerunt ipsius nomine allegata. Quia vero cum de ferenda sententia cum viris prudentibus tractaretis, diversorum inventis diversa consilia, quibusdam dicentibus appellationi simpliciter deferendum, aliis autem appellatione deferendum non esse, nonnullis etiam asserentibus appellationem nullatenus tenuisse, cum mulier non sit restituenda viro suspecto, nisi de impunitate sufficienti præstata cautione, vos in tanta varietate nos consulere voluistis, qualiter esset in hoc negotio procedendum. Nos igitur)

C A P. II.

In causa restitutionis, contra contumacem, lite non contestata, sententia proferri non potest: hoc dicit, comprehendendo omnem modum summandi.

Idem Hieronymus Patriarcha, & Archiepisc.

b Cassen. (an. 1210.)

I. **A**ccedens c: (& infra. α) Cum in Iudicum delegatorum presentia, Archiepiscopus Tirenus, restitutionis beneficium postularer, Plebanus sancti Marci de Venetiis (contra quem agebat) nihil ad objecta respondit d, sed ad nostram audientiam appellavit: & licet sæpe fuisset admonitus, ut juri pareretur (quia ejus appellatio non tenebat) noluit tamen respondere amplius, vel coram eis etiam comparere. Ipsi vero Iudices (cum Plebanus in sua contumacia perduraret e) testes receperunt ab adversa parte prodiosos, & depositionibus redactis in scriptis, mandaverunt eidem, ut ad eos accederet, in personas, vel in dicta testium objecturus. Quod cum facere noluisset f, in ipsum excommunicationis sententiam protulerunt, possessionem juris parochialis adjudicantes Archiepiscopo memorato: & cum restituentes in integrum, districtius veruerunt, ne quis possessionem Tisenens. Ecclesie restitutam præsumeret perturbare. Cum igitur g lis coram eisdem Iudicibus non esset contestata, & manifeste pateret, literas ipsas per veri suppressionem obtentas, (cum manifestum esset duos prædictorum Iudicum, Achonium videlicet & Beriten. Episcopos, eidem Archiepiscopo tanquam Suffraganeos suo Metropolitaniano subesse) ac ex his Plebanum legitime appellasse constaret, in quem (etiamsi minus legitime appellasset) licet Iudices ipsi propter contumaciam ex-

com-

a al. Archiep. d Pars a. prudentiam sup. de offic. jud. del. & c. 2. cod. tit. in 2. comp. Vid. Barr. & Fulgos. & Paulum in l. causas. C. de trans. Soc. in reg. 295. d l. un. C. cod. & l. Aurelius. §. idcirco. ff. de lib. leg. e Vid. Barr. Soc. in fallens. Reg. 296 & aliquos seqq. f C. 1. cod. tit. in 3. compil.

a Vid. auct. qui semel. e. quom. & quand. jud. & ibi gl. b Casarien. c C. 1. cod. tit. in 2. comp. d Vid. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. & l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. e al. manlia permaneret. f Vid. l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publ. g ordo est: Igitur nos cassavimus prædictas sententias, cum lis non esset contestata, & pareret, &c. & constaret, &c.

communicationis forte potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitivam sententiam, lite non contestata, proferre: prædictas cassavimus sententias, imo cassas denunciavimus & inanes. Unde Tiren. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut Ecclesie S. Marci instrumenta restituat, & etiam universa, quæ hujusmodi occasione sententiæ per se, vel per alios occupavit.

(*α* Ad præsentiam nostram ven. f. n. Paphen. Ep. ven. f. n. Achoni Tibiaden. et Beriten. Episcoporum nobis literas præsentavit, sententiam continentes, quam super causa, quæ inter ven. f. n. Tyren. Archiepiscopum ex una parte, et Plebanum sancti Marci. ex altera versabatur, eidem Episcopi promulgant: asserbant. etenim eidem Episcopi memorati per suas literas, quod cum causam ipsam de mandato nostro susceperint terminandam, partes ad suam præsentiam convocarunt. Sed plebanus nec eorum literas, in quibus mandati nostri tenor erat expressus, recipere voluit, nec eorum se conspectui præsentavit, sed secundo citatus, literas nec literas eorum recipere voluisset, coram eis apparuit prioris absentia sua causas allegans, et in præsentio nostrarum literarum tenore, peritis etiam inductis et receptis, ab eis licentiatu abscessit, se statuto die ad eos redire promittens.)

C A P. III.

Si lite non contestata reus est contumax, si fieri possit, mittitur actor in possessionem, causa custodiatur: alias reus excommunicabitur.

Idem Episcopo Brixienti. (an. 1210.)

TUÆ fraternitatis b devotio: (& j. α) Consultationi tuæ taliter duximus respondendum, quod si reus lite non contestata se absentem contumaciter: talisque sit causa, quod actor possit in peritarum rerum possessionem induci, est in eandem causam custodiæ inducendus. Quod si causa talis fuerit, quod in possessionem nequeat intro-mitti d, ut juri pareat, per censuram Ecclesiasticam est contumax compellendus.

(*α* Consulvisti præterea, utrum si aliquis citatus legitimis preemprioris parere noluerit, Judex lite non contestata contra ipsum debeat sententiam promulgare, ut eidem affectus radio appellaturus, saltem Judicis se conspectui representet. Ad quod)

C A P. IV.

Receptio testium facta contra non contumacem, lite non contestata, in causa matrimoniali est nulla.

Idem de decima & Helemisio e Abbatis Aurelian.

& Carnoten. diocesis. (an. 1210.)

A Ccedens f ad sedem Apolliticam nobilis vir Guil. g Vicecomes, nobis exposuit, quod cum Corisopiten. Episcopus Comitum Britannia proxima linea consanguinitatis attingat: & Archidiaconus ejus sit Clericus communis (qui eidem Vicecomiti est adversarius principalis utpote qui uxorem b suam, & terram publice detinere præsumit) & magister P. de terra uxoris suæ oriundus, existat nimis favens eidem, & omnes sub districtu existant Comitum memorati, nec nisi per districtum ipsius ei pateat accessus ad eos, & ipsi, quibus causa inter ipsum & uxorem suam commissa fuerat, pūquam ei voluerint, nisi in terra inimicorum suorum, locum & terminum assignare, quo sine mortis periculo accedere non audebat: & licet literas non habuit de conductu, si tamen missa ei fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis: (& j. α) Mandamus, quatenus cum propinquiores sitis terræ nobilis jam dictæ, quam

suæ, & causa ipsa per vos commodius valeat terminari, cum ad vos securus a pateat accessus, utrinque b partibus convocatis (si vobis constiterit, quod ante litem legitime contestatam, vel post appellationem ex præmissis causis interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa contumacie recepti fuissent) vos attestationse hujusmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictam nobilem, ut revertatur ad virum suum (quem inconsulte dimisit) ita quod postquam ipse vir plenariam restitutionem habuerit tam uxoris, quam terræ, causam super matrimonio audiat: eamque sine canonico terminetis.

(*α* Sed quia lite non contestata super consanguinitate testes recipere præsumpsit: & infra: Cum igitur in matrimonialibus causis non tam ad disjungendum, quam ad conjungendum debeamus exhibere promissiores, ne forte quod Deus conjunxit, homo separare præsumat, dis. v. p. a. f.)

C A P. V.

Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis: scilicet cum timeatur de morte, vel absentia diuturna testium: tunc enim servata solemnitate hic posita, possunt etiam lite non contestata testes examinari. h. d. usque ad §. porto. Idem.

QUONIAM e frequenter in dubium revocatur a multis, an lite non contestata testes recipi valeant, auctoritate præsentium duximus declarandum, regulariter verum esse, quod lite non contestata, non est ad receptionem testium procedendum. Nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus casibus, cum civiliter est agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur) fenes, & valerudinarii, & alii testes (de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur) etiam lite non contestata sunt proculdubio admittendi, seu pars conventa sit contumax, seu sit absens absque malitia, ut conveniri non possit. Sed si actor non convenit adversarium intra annum, ex quo conveniri poterit, vel saltem receptionem hujusmodi testium non denunciaverit illi: attestationse sic receptæ non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint.

Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem etiam lite non contestata testes recipi, et sententia diffinitiva ferri. Si vero reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, sed expectatur absens. In spirituali vero, si agatur de contracto, stabitur iuribus antiquis: si de contrahendo, expectatur absens per sex menses. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrahendo, dic hodie ut in capis. quam sit. et capis. cupientes. de elect. in 6. ubi aliter est provisum. h. d.

§. 1. Porto speciales causæ possunt occurrere, in quibus casualiter est aliud observandum, ut (verbi gratia) si super alicujus electione, vel copia maritali d questio moveatur: tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur Ecclesia laesionem, vel viro sive mulieri fornicationis occasio præbeatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur lege divina prohibitus) in hujusmodi casibus (si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda, seu quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, seu quia malitiose seipsum occultat, e seu quia impedit, ne possit ad eum citatio pervenire) testes lite non contestata

a Vid. l. dissoluta. C. de cond. ex lege. b Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c al. absentaverit se, d introduci. e de Curia Dei et de elemosyna Abbatis. etc. Ord. Cist. f Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. g Al. VV. h Ex qualibet enim harum causarum oritur inimicitia capitalis, ut hic per Doct. tradit. Marfil. in l. 3. præterea. ff. de quasi.

a Securior. b utriusque. c C. 5. eod. tit. in 3. compil. d contrahenda vel contracta, sed is, qui absit, contumax est: & sic variat a §. seq. si autem secund. Hostien. Joan. And. e videl. contumacia cum not. ff. de re jud.

stata sunt merito admittendi, & nihilominus (si de causa liqueat) ad diffinitivam sententiam procedendum, §. 2. Si vero aliter absens fuerit, & agatur de spirituali conjugio inter Prælatum & Ecclesiam jam contracto, electione maxime confirmata; illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus diffinitum. §. 3. Quod si forsitan agatur de spirituali conjugio contrahendo: is qui est in Prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur, nisi (pensatis negotii circumstantiis) per superioris providentiam magis vel minus fuerit expectandus. §. 4. Si autem de carnali conjugio sit agendum, tam diu alteruter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu a verisimiliter præsumatur: quia cum sine culpa sit absens, ut si captivitate, vel ægitudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate, in remotis partibus moram faciat b, ut de facili vel in brevi citari non possit: ei quidem præjudicari non debet, cum habeat forsitan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam; eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis possit opponi: quoniam in conjugio multi casus occurrunt, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur, Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine liti contestatione recipi, & etiam publicari, h. d. usque ad §. In aliis vero.

§. 5. Sunt & alii casus similiter & speciales, in quibus absque liti contestatione legitime possunt testes produci, ut quando excessuum inquisitio, vel testium publicatio imminet facienda.

Si reus lito non contestatus est contumax, & agitur realiter, mittitur actor in possessionem rei petita, causa custodia: quam tamen recuperat reus veniens intra annum, si offerat cautionem de stando iuri, & restituit expensas: post annum vero his non servatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si convenitur realiter, qui nomine alieno possidet, nominabit Dominum in iudicio, & statuetur ei terminus, intra quem faciet Dominum comparere: qui si intra terminum non venerit, iudex illum citabit: quo adhuc non veniente, iudex mittet actorem in possessionem veram. Si vero reus contumax convenitur actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debiti declarati: & primo nobilium, secundo immobilium, si mobilia non existant: vel excommunicabitur reus. h. d. usque ad finem.

§. 6. In aliis vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax reali actione, an personali conveniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petita possessionem, ut tædio affectus reus veniat reponitur. Qui si venerit intra annum (iudicio liti præstita cautione d, ac exhibita satisfactione congrua expensatum) possessionem recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit intra annum, actor post annum verus constituatur possessor: super proprietate tantaxat adversa parti defensione legitima reservata. §. 7. Quod si super rebus immobilibus quisquam conveniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in iudicio Dominum nominare, certo dierum spatio a iudice statuendo e, eoque ad ejus notitiam perducendo, ut vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsum, actoris intentionem excipiat. Si vero post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere, tanquam lito, quæ ingeritur, ex eodem, quo possessor ad iudicium vocatus est, ad inter-

rumpendam prescriptionem longi temporis contestata, Dominum possessionis iudex tribus a electis legitimis evocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summam examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absentis principali super quæstione reservata. §. 8. Si autem super personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobilium, si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacem est Ecclesiastica sententia profertenda: ita videlicet, quod alterutra poena, quæ magis timeri debeat, iudex a principio sit contentus: ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit protervitas contumacis: qui veniens intra annum, vel post annum etiam auditur, juxta distinctionem in alio casu superius annotatam.

TITULUS VII.
DE JURAMENTO CALUMNIÆ
CAP. I.

Clericus in causa Ecclesia sue juramentum calumnie potest alteri committere: et per se jurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

Honorius II. b (an. 1127. Episc. Occid.)

Inherentes vetitigis prædecessorum nostrorum, dicitur terminari: (& infra. a) Legibus itaque competimus esse cautum, ut nullus Clericus jurare præsumat. Alibi vero repetitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo liti exordio subeant calumniæ juramentum, propter quod plerisque venit in dubium, & utrum Clericus iurandum præstare debeat, aut alii hoc officium delegate: quia illud constitutionis editam, ubi Clerici jurare prohibentur, a Marco c Augusto de Constantinopolitanis Clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Ut ergo dubietas ista auferatur, secundum etiam decisionem filii nostri d H. quodam Imperatoris, cujus sunt verba hæc: (& infra. e) Eius itaque interpretationem corroboremus, & divi Marci constitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum Clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum Imperator Justinianus decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum canonicis reperitur, ut Clerici omnino jurare non audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo a juramento calumniæ præstando sit immunis. Præterea statuti Principis tenor talis esse dignoscitur: Nos itaque (divinæ & humanæ legis intentione servata) decernimus & Imperiali auctoritate irretactabiliter diffinimus, ut non Episcopus, non Presbyter, non cujuscunque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel sanctimonialis, in quacunque causa, sive controversia, seu

a D'ſio, tribus, deest in omnib. vet. ex Raymundi & Arc. compilar. b In impressis Honor. III. sed ex Codicib. Barol. veterem lectionem restitimus, & Honorium secundum reposuimus: ut etiam observat Conf. cum ex ordine Capit. hujus tituli sum ex Henrici Imperatoris mentione in hoc Capite habita: vixit enim Eugenius, et sedis circ. annum Christi 1126. Imperator. Henric. V. Habebat hæc de. cretal. post Cencil. Lateran. sub Alexand. III. p. 23. capite 1. et Cap. 2. eod. tit. in 1. compilar. In uno Honor. III. omnibus Episc. occidentalibus. In aliis, Honorius, simpliciter. c Legend. Marcano, ut ex infra paulo post; error hinc processit, quod in scriptis codicibus, quales habeo, sic scriptum erat: Imperat. Marc. Marcanus. Illi autem scripsit: Marcus. d Henrici, ut scribitur in vet. lib. ubi aditur eam Henrici consit. Arimini factam esse 3. Calend. Aprilo.

a Quot modis probetur aliquis mortuus, docet Odofr. in leg. fin. C. de sacros. Eccles. Cyn. in l. si quidem C. sol. matr. Maranta in leg. is potest. ubi ponit 23. modos. b De modo probandi justam absentiam vid. in l. penult. Svad. crimen. ff. de publ. iudic. c In antiquis, casus speciales, in quibus similiter, &c. d Vid. l. cum Clericis. C. de Episc. & Cleric. c. al. sciendo.

Seu criminali, seu civili, jusjurandum compellatur quilibet ratione subire, sed aliis idoneis defensoribus (si expedire Ecclesie suæ noverit) hujusmodi officium liceat delegare. Verum cum hac moderatione, ut Episcopus inconsulto Rom. Pontifice, vel quisque Clericus inconsulto Prælo suo minime jurare audeat. Omnibus autem Episcopis & universo Clero, hæc ita custodire debere mandamus, ut si quis in illam constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegati.

(*α* Nostrorum fratrum diligenter confilios inquisito, hujusmodi causa speciem inrefragabiliter Dio optulans decidimus. Quoniam)

C A P. II.

In spiritualibus causis, de calumnia non juratur.

Idem a ordinariis Rom. Ecclesie. Subd. & magistro Omnibus.

Literas h: (& infra.) Sane Rom. Eccl. in his casibus, in quibus de Ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus tantum agitur, juramentum calumnie nec dare, nec recipere confuevit: eo quod tales causæ non ex legum distributione, sed ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur: canones autem juramentum calumnie in hujusmodi causis nulli prorsus inducunt. Unde conventionem de juramento calumnie præstando dimissa, ad ulteriora discretio vestra procedat.

(*α* Benignitatis tua benigne recepimus, in quibus, utrum in ea causa, qua inter ven. f. n. G. Buon. Episcopum, & dil. fil. A. Paduanum Abbatem, sub vestro examine agitur, juramentum calumnie præstari vel recipere convenias, requisivisti.)

C A P. III.

Principalis persona non distinde relevatur ob onere jurandi de calumnia: licet compareas per Oeconomum: sed sibi vel Oeconomus est deferendum, inspecta qualitate causæ & personarum. h. d.

Eugenius Papa. (an. 655.)

In pertractandis & causis sacramentum calumnie non passim præcipimus exhiberi: sed causæ & principalem personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per Oeconomos, qui causam omnino non nesciant, in animam jurantis illud præcipimus præstari.

C A P. IV.

Universitas tenetur jurare de calumnia, nisi relevet se consuetudo Oeconomum.

Idem Magalon. & R. Neumausen. Episcopis.

Imperator d: (et i.) Accepimus autem, quod ab Abbate & fratribus Clarevallens (sicut ab aliis) exigitur calumnie juramentum. Ad quod faciendum eos cogere non debemus. §. 1. Sed ne aliena jura videantur hujusmodi occasione illicite detinere, & ipsi a causa sua decedant, si ex parte ipsorum prædictum juramentum, cum res postulerit, non fuerit præstitum: eisdem præcipimus, ut in suo monasterio Oeconomum statuunt, qui pro eis petere & excipere, atque juramentum de calumnia (cum necesse fuerit) valeat exhibere: (et i. §.) §. 2. Tu vero, frater Neumausen. Episcopo, Oeconomum idoneum statuas qui in tali officio conveniens ipsi monasterio videatur.

(*α* Secularium leges et sanctorum Patrum institutiones Ecclesiastica, viros religiosos in omnipotentis Dei servitio protegent et defendunt, et nullam eis molestiam vel perturbacionem qua sacro ordini contradicat, irrogari permittunt.)

a In Cod. Barb. ita: Eugenius Pap. III. Arduino Rom. etc. b Cap. 3. cod. tit. in 1. comp. et post Conc. Lat. sub Alex. III. c. 7. c. Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 23. c. 3. et c. 4. cod. tit. in 1. compil. d. Cap. 5. cod. tit. in 1. compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 23. c. 4. e. Framvallis ves.

(*β* Ideoque per a. f. v. m. g. eisdem fratres, qui in ista causa sunt, sicut ratio exigit, plenius instruantur ut de cetero sua jura per hoc non possint omittere, et aliis quantum iustitia permittit, in salibus causis debeant satisfacere.)

C A P. V.

Clerici etiam in eorum causis jurant de calumnia contraria consuetudine non obstante.

Lucius III. Helion. a Episcopo, et Archid.

Norvicen. (an. 1171.)

Ceterum, quia h. novis moribus, nova convenit antidota præparari: mandamus, quatenus in causa fideiussionis, quæ inter R. Clericum de sancto Albano, & I. & F. Canonicos London. vertitur: ad veritatem eliciendam, appellatione cessante, præstari faciatis ab utraque parte calumnie juramentum: consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.

C A P. VI.

Procurator vel Syndicus universitatis Ecclesiastica vel secularis, de calumnia jurare potest. d. d.

Innocentius III. Episcopo Placen. (an. 1203.)

Cum causas e, quæ inter Ravenatensem Archiepiscopum, & Commune Faventinam, super villa Luci, ac quibusdam aliis vertitur, delegatis iudicibus duxerimus committendam, & iidem in negotio minime processissent: nos partibus dedimus in mandatis ut pro ipsa causa nostro se conspectui præsentarent: quorum Procuratoribus cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, petitionem ipsius Archiepiscopi per Procuratorem ejus fecimus exhiberi: & ad eam, partem alteram respondere, ac interrogationibus & responsionibus redactis in scriptis, & lite coram nobis plenissime contestata, fecimus calumnie juramentum ab ipsis Procuratoribus utrinque præstari.

C A P. VII.

Episcopus jurat de calumnia (si per seipsum elegit litigare) propositis tantum, non tactis Evangelii. Si vero per Syndicum litigat, per illum poterit jurare. h. d.

Gregorius IX. Episcopo Beluacen. (an. 1133.)

Cum in causa pecuniaria, quam inter te & R. e motam esse proponis non per te, sed Syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidem præstandum erit calumnie juramentum: quod si per te ipsum, propositis tantum, sed non tactis Evangelii (sicut in dicendo testimonio) a te videtur & hujusmodi juramentum exhibendum: (et infra.)

Actor resutando juramentum calumnie sine causa, cadere debet ab instituta actione: reus autem debet haberi pro confesso. hoc dicit.

§. 1. Pœna vero recusantis hoc juramentum, cum præstandum fuerit, est, ut actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso.

TITULUS VIII.
DE DILATIONIBUS.

C A P. I.

Summa sic: (ne videatur convenire rubrica de appellationibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis brevis, maxime ubi de rebus Ecclesiasticis agitur: nisi necessitas aliud suggerat.

Alexander III. Casuar. & Vigor. Episcopis.

(an. 1180.)

DILECTI f. filii, Abbas & Monachi de H. nobis insinuate curarunt, quod cum causam, quæ vertitur inter ipsos, & Moniales de Leden. super Eccle-

a Usinc. 4. & infr. de fideiuss. b Post Concil. Lat. sub Alex. III. pars. 23. c. 5. & c. 6. cod. tit. in 1. compil. c. C. 1. cod. tit. in 3. compil. d. al. legitime. e. al. M. i. Post Concil. Later. sub Alex. III. p. 3. c. 3. ubi est integra facti species.

Ecclesia de Alten. Decano & Archidiacono Lincon. commiserimus terminandam: ipsi timentes se a iudicibus aggravari, eo quod ad primam citationem terminum sibi nimis brevem & peremptorium statuerunt, a ad nostram audientiam duxerunt appellandum: (& infra. α) Quia vero non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, maxime cum de rebus Ecclesiasticis agitur (nisi forte necessitate urgente) taliter maturate: mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, si quid inveneritis post appellationem huiusmodi attentatum: in causa juxta priorum tenorem literarum procedatis.

(α Nos igitur attendentes.)

C A P. II.

Inducia deliberatoria denegantur reo, si per literas citationis plene potuit instrui, & deliberare super eo, de quo queritur.

Cœlestinus III. (an. 1195.)

Præterea b adjecisti, quod cum causæ tibi a sede Apostolica delegantur, in literis citationis rescriptum Apostolicum inseris, ut eo viso deliberare valeat, qui ab altero convenitur: (& infra. α) §. 2. Quia igitur quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter tibi respondemus: quod reo ad iudicium legitime convocato c, si ex rescripto sibi transmissio plene potuit instrui super eo, de quo in iudicio convenitur, induciæ deliberatoriæ non sunt ulterius indulgenda, sed procedendum potius est ad examinationem causæ, & finem ei debitum imponendum.

(α Cumque non ad primam & secundam canonicam citationem, sed ad tertiam tantummodo reus veniat auctore ad omnes citationes veniente, & ipse actor intentionem suam in iure proponat: reus vexationi ejus insensens, tunc primo deliberationis requiritur inducias, cum actor eidem authenticum offerat, ut concordet cum rescripto; quia in prima citatione recipit, asserens etiam quod tam longo citationis spatio, si voluerit, plena tempus deliberationis potuit habere.)

C A P. III.

Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, nova inducia deliberatoria danda non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate. h. d.

Honorius III. Ferentino d. Episcopo.

(an. 1220.)

Literæ tuæ ac petitio Presbyteri e sanctarum Priscæ & Aquilæ de urbe, nobis exhibitæ continebant: (& infra. α) Idem Presbyter contra nobiles viros A. & G. libellum Ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentem, quod pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi Ecclesiæ, elapsis jam tribus annis, & ultra. Nobilibus vero ipsis petentibus, ut explicaret ipsi spaciū, quod per hanc adjectionem, & ultra, significari volebat: & ipso Presbytero exprimitur, quod septem annis fuerat in dicta pensionis solutione cessatum: iidem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandam petierunt inducias: quas quia denegasti eisdem, ad nostram audientiam appellaverunt. Nos igitur appell. huiusmodi frivolum reputantes, mandamus, quatenus ea nequaquam obstant, in negotio ipso ratione prævia procedas juxta priorum continentiam literarum.

(α Quod cum causam, qua inter ipsum Archipresbyterum ex una parte, & nobiles viros A. de Cilla. & G.

a Vide l. contumacia. ff. de re jud. & l. tres denunciations. c. quomodo & quando jud. b C. 1. eod. tit. in 2. comp. c revocato. d al. Ferrar. al. Florentino. e Eccl. S. Pauli in urbe Rom. præf. Abbas usq; & huic Ecclesiæ deservunt. 7. Presb. Card. quorum unus est Presb. Cardinalis S. Priscæ. Ergo hic non Archipresbyteri legendum, sed Presbyteri: nihilominus tamen Archipresbyteri, legitur in omnib. manuscr.

& fratres eorum, & filios ex altera, super quibusdam possessione, & rebus aliis vertitur, sibi duximus committendam.)

C A P. IV.

Si citatus in causa ardua de longinquo vocatur pro publica utilitate, etiam ad locum iudicii, ita quod intra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparandum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperitur in loco iudicii, sed habebit novas inducias. h. d. notabiliter.

Greg. IX. Abbati Aqua viva Turonen. dioc. (Ord. S. Ben.) & Archidia. Turonen. (an. 1234.)

Exposuit nobis Bituricensis Archiepiscopus: (& j.) Burdegalen. Archiepiscopo dedimus in a mandatis, ut super iure primatiæ, quam in eo & in provincia sua dictus Bituricensis Archiepiscopus se habere proposuit, ad initium proxime præteritæ Quadragesimæ (quod est terminum præemptorium assignavimus c per se, ut per Procuratorem idoneum, se conspectui nostro presentaret b, Cumque postmodum personaliter vocatus pro Ecclesiæ Romane subsidio, ad nostram e audientiam accessisset, dictus Bituricensis Archiepiscopus apud sed. Apostolic. constitutus, postulavit instanter, ut in eodem negotio procedere deberemus. Idem vero Burdegalen. Archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se Procuratorem in ipso negotio, qui c salvis exceptionibus sibi competentibus in respondendo & defendendo, ac aliis omnia faceret, quæ in propria erat persona facturus. Petente ergo Archiepiscopo supradicto, ut præfatus Procurator responderet eidem: ille excipiendo proposuit se ad hoc non teneri, cum pro alia majori causa, pro publica scilicet utilitate, dictus Burdegalen. vocatus, pro absente reputari debuerat d & revocandi domum privilegium habuisset. Nondum etiam super hoc deliberaverat cum Suffraganeis suis, & aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit: nec tempus habuerat, in quo ad utrumque negotium valuerit (sicut expediret) esse paratus. Sed pars altera contra respondit, quod cum super questione prædicta prius fuerat evocatus, nostræ intentionis non fuerat primum mandatum per posterius revocare: temporis quoque spaciū habuerat tam prolixum, ut potuisset, si voluisset, super causa deliberare prædicta, sicut fecerat cum quibusdam: & commode utrique negotio imminere: (& infra.) Nos igitur de consilio fratrum nostrorum usque ad proximum e venturum festum Nativitatis Dominiæ dilationem adhuc sibi diximus indulgendam.

TITULUS IX.

DE FERIIS.

C A P. I.

Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari.

Ex Concilio apud Compendium. f (in Gallia.)

Omnis dies Dominicus a vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus observari, & ab omni illicito opere abstinere: ut in eis mercedum minime fiat, neque placitum: neque aliquis ad mortem vel ad poenam iudicetur, nec sacramenta (nisi pro pace, vel alia necessitate) præstentur.

C A P. II.

Festorum principium & finis fieri debet, secundum ipsorum magnitudinem, & consuetudinem regionis. hoc primo. In præcipuis festis & intra Pascha & Pentecosten, non fit solennis genuum flexio. Si tamen tunc Clerici vel Episcopi ordi-

a Præceptis. b Vid. leg. 1. & ibi gloss. & DD. C. eodem. c alit. presentiam. d Vide l. a. ff. de leg. 1. l. abbas. ff. pro sac. cal. 1. in fin. ff. solut. matr. e primum. f Burch. 2. decr. cap. 81. Ivo part. 4. cap. 16. es. c. 2. eod. tit. in 1. compil. vide Covarruviam lib. 4. var. Resol. cap. 19.

ordinantur, secundum ordinationis modum, genus fluctuant. hoc secundo. Romana Ecclesia speciale festum de Trinitate non facit: servatur tamen de hoc cuiusque Ecclesie consuetudo. hoc tertio.

Alexander III. a Terdon. Archiep. (in Hungariam).

Quoniam *b* in parte: (& infra. *a*) Licet scriptum sit, de vespera in vesperam celebrabitur sabbatha vestra: festorum tamen principium & finis, juxta eorum qualitatem, & diversarum regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminari: (et infra. *a*) §. 1. Diebus inter Dominici & aliis precipuis festivitibus, sive inter Pascha & Pentecosten, genuum e flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto. §. 2. In consecrationibus *d* autem Episcoporum, & Clericorum ordinationibus, consecrans & consecratus tantum genua flectere possunt: secundum quod consecrationis modus requirit. §. 3. Præterea festivitas sanctæ Trinitatis, secundum consuetudines diversarum regionum a quibusdam consuevit in octavis Pentecostes: ab aliis in Dominica prima ante adventum Domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quod in aliquo tempore hujusmodi celebret specialiter festivitatem: cum singulis diebus, Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

(et Vestram volumus prudentiam certa cognitione tenere: quod)

C A P. III.

Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi servili intendere, maxime circa rem tempore perituram. h. d.

Idem Triburien. Archiepiscopo. e (An. 1160.)

Licet tam *f* Veteris, quam Novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit: & tam eum, quam alios dies majestati altissimi deputatos, nec non natalitia sanctorum Martyrum Ecclesia decreverit observanda: & in his ab omni opere servili cessandum: (& infra. *a*) Indulgemus, ut liceat parochianis vestris diebus Dominicis, & aliis festis (præterquam in majoribus anni solemnitatibus) si alectia terræ se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate intendere: ita quod post factam capturam Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.

(et Nos sament cui ab omnium provisorio Ecclesia est regimen commissum, super his que necessitas exegerit, Christi fidelibus tenemus commodum providere, non ut si quando eos servili operi, id est, actioni vel operi peccati publici & vitii & vestitus querendo forte intendere contigerit, volumus ut eis Ap. sed. misericordia consueta subveniatur. Inde siquidem est, quod regio vestra, que non malis frugibus abundet, mare, in quo populus majorem consuevit habere sustentationem, sterilius solito effectum fuisse multorum relationibus cognoscens, R. Petri auct. & Pauli & nostra).

C A P. IV.

Tres septimana, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante festum Joannis Baptista, non consuevantur festo; sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duobus sequentibus.

Clemens III. (An. 1190.)

Capellanus tuus, frater Episcopo *h*, coram nobis ex parte tua proposuit, quod cum statuta canonica de-

clare nuptias tribus septimanis ante festum nativitaris B. Joannis Baptista minime celebrari debere, quidam hebdomadas illas absque interpolatione continuandas intelligunt. Alii vero inter festum & ipsas volentes facere intervallum, illud dicunt ob reverentiam festivitatis Pentecostes fuisse statutum, quæ in septimanis istis solet intervenire quandoque: & sic a tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini inchoantes, usque ad octavum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantum spatio temporis celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem abinde nullatenus inhibentes. Quia ergo consulti fuimus, ultra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris apparuit, quod licet ea sit Romanæ Ecclesie consuetudo, ut quocumque tempore matrimonium contrahatur, consensu interveniente legitimo de præsentibus: quia tamen a septuagesima usque ad septimum diem *b* post Pentecosten celebrari nuptia non solumur, & postea etiam tribus septimanis, vel pluribus, ante festivitatem sancti Joannis sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori & subtiliori nititur ratione: & sive secundum canones a Septuagesima usque post octavas Paschæ, sive juxta consuetudinem Ecclesie Rom. usque post septimum diem festi Pentecostes (quod caret octavis) nuptia suspendantur: in Dominica, quæ sequitur, deinceps possunt licite celebrari.

C A P. V.

In feriis introductis in honorem Dei & Sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem, judicium exerceri non potest, etiam de consensu partium: feriis tamen introductis favore hominum, partes renunciare possunt.

Gregorius IX. (An. 1231.)

Conquestus est nobis: (& infra.) Quamvis non rogari, sed expediri deceat *c* quæstiones: debet tamen judicialis strepitus diebus non conquirere feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti: scilicet Natalis Domini, sancti Stephani, Joannis Evangeliste, Innocentium, sancti Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, 7. diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis, cum 7. sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus *d* qui sequuntur Nativitatis Joan. Baptista, Festivitatum omnium Virginis gloriosæ, 12. Apostolorum, & precipue Petri & Pauli, beati Laurentii, dedicationis beati Michaelis, Solemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, cæterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diocæsiis cum Clero & populo duxerint solemniter venerandas; quibus solemnibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque adeo convenit ab hujusmodi abstinere, ut contententibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus hujusmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de parvum processerit voluntate.

TITULUS X. DE ORDINE COGNITIONUM.

C A P. I.

Contra mulierem vendicantem aliquem in matrimonium, admittitur exceptio consanguinitatis: qua prius discussiunda est, quam super matrimonio pronuncietur: & sufficit super ipso principali pronunciare. h. d.

Clemens III. Alarino Episcopo. e (An. 1190. Roma).

Intel-

^a Al. Trid. Archiepisc. al. Triciliensi Archidiacon. b Cap. 2^a eod. tit. in 2. compil. Gen. 2. Exod. 16. & 20. Levit. 23. Num. 28^a Deut. 5. c vide Burch. l. 13. cap. 3. d al. consecratione. e In plerisque Episcopo, non Archiepisc. f Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Arnald. Albertin. in Rub. de heres. lib. 6. quasi. 12. §. quintus error. num. 23. Covarruvias l. 4. var. resol. cap. 19. numer. 4. g al. Celestinus. h Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. Burch. l. 13. de cr. c. 21.

^a Vide Conc. Trident. sess. 24. in doctr. de sacr. matr. can. 11. & eod. sess. de reform. matr. cap. 10. & Conc. Luodicens. c. 52. b al. septem dies, ut infra post 7. dies. c al. debeant. d al. ita cum duobus diebus, qua subsequuntur. e al. Apertinae al. Alasano. al. Alen. al. Aliteran.

In telleximus a: quod cum quadam mulier peteret quendam in virum, testes ad suam intentionem assertio- nem induxit: per quos pars viri futurum sibi pra- iudicium metuens, exceptionem consanguinitatis obje- cit, ex qua intendit petitionem mulieris elidi: (& j. a) Inquisitioni tuae taliter duximus respondendum, quod cum exceptione probata quaestio principalis perimatur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis ar- ticulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout exposcit ratio juris) absolvas.

(a Quia vero nos consulere voluisti, an prius de impe- dimento consanguinitatis sis agendum, quam super causa principalis sententia proferatur.)

C A P. II.

Si reus contra actorem spoliacionem opponit, aus excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata res- pondere non cogitur: sed per hoc non restituitur: aut agen- do, & tunc simul utraque quaestio terminatur, & ea pro- bata restituitur.

Innocentius III. Episcopo Normannensi. b

(An. 1206. Roma in Umbriam).

CUM dilectus filius c Abbas de Berentino, de nobilibus viris dominis de Artone d deposuerit quaestione, quod manu armata, & cum exercitu ad castrum mona- chii venientes, in praedis animalium & aliis damificare dictam coenobium praesumpserint: de quibus iustitiam sibi fieri postulabat. Et circa litem constationem sub forma exceptionis fuit ex adverso responsum, quod per ipsius delum & violentiam castrum sicut amiserant: quod & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederant in quiete: sibi parentes prius restitui, quam petitionibus ipsius responderent, praesertim cum testes haberent praesentes, per quos intentionem suam in continentem probare vole- bant. Verum ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quod ab eo restitutio peti non poterat, quia non fuerat spoliatus, praesertim cum dictum castrum ad jus & pro- prietatem sui monasterii pertineret: quod etiam pars ad- versa nullatenus denegabat. Unde & e verus dominus & ad quem ab alio res sua possessa revertitur etiam post tempora longiora) retentionis debet commodum obtine- re: & iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur: (et inf. a) Nos autem distinguendum esse credimus, utrum spoliacionis quaestio ab eisdem nobilibus sit objecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis, ad intentionem ad- versarii revellendam. Cum ea in modum actionis propo- sita, intelligantur mutuae petitiones sese tanquam diversae minime contingentes: ac per hoc iuxta regulam juris, qua dicitur: Qui prior appellat, prior agat, quae prius esset proposita, prius foret tractanda: quanquam in idem iudicium ambae deductae, vicissimque tractatae, simul es- sent eadem sententia terminanda. Sed quantam quaestio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis objecta: interloquendo pronunciamus, ut probatio- nes eorum super ipsa exceptione primitus audiantur, & ea probata legitime, Abbati non cogentur respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso: eum spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur ullatenus respondere.

§ 1. Verum spoliacione in modum exceptionis tantum probata, non est per hoc restitutio facienda. Quemad- modum si in modum exceptionis aliquid crimen testi obicitur, ut a testimonio repellatur, estis crimen contra eum civiliter probatum fuerit, non ideo sibi poena in- stigitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non creditur: quod ea ratione contingit; quoniam in ipsum accusatio non procedit. Testes etiam, quorum testimo-

nium reproberetur, inter infames quasi ex falso testimonio non habentur.

(a Pro damnis quoque illatis restitutio postulari non po- terat, sed ad eadem debet actio competens intentari, alio- qui cum etiam pars Abbatis damna gravissima sibi quere- retur illata, prius restituenda fuerant, si propter huius- modi esset restitutio facienda secundum tenorem regulae me- moratae. Capitula quoque de restitutione facienda, loquen- tia, locum habere in criminalibus assererant: quando ex quis ab adversario spoliatur et super re ipsa, qua spolia- tum est, convenitur. Caterum ex parte Abbatis regulam introductam adversa pars in mutuis petitionibus locum ha- bere dicebat, cum causa vicissim tractata una postea sen- tentia terminatur. Cum vero pars aliqua petat restitutio- nem, vel aliquid sibi debere proponit, et altera in modum exceptionis se asserit spoliatam, nec ante restitutionem suam nullatenus responsum, de incidenti prius assererat antea cognoscendum. Cum autem quae praevidimus, & aliquandam praedicti Cardinal. nobis & fratribus nostris fideliter retu- lissent.)

C A P. III.

Hereditatem, obfata exceptio natiuitatis, quae prius debet coram Ecclesiastico iudice terminari. Hoc dicit, secundum glossam intelligendo, quod hic erat prius coram iudice seculari petita hereditas, & exceptum fuit de illegitimitate.

Honorius III. Ludovico Regi Francorum.

(An. 1214.)

TUAM non credimus latere prudentiam, causam nata- lium reginae Cypri, ad examen nostrum (utpote, quae ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam. (& j. a) Quia vero a antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successione causam incipere, nihil aliud esset, quam diversis processibus intricare negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare: man- damus, quatenus si forte ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes.

(a Unde clara mem. Philippum Regem Francorum patrem tuum liberis nostris curavimus praeconere, ut si forsitan Regina ipsa super successione Comitatus Campaniae, quaestio- nem proponeret coram eo, non audeat ree eadem quousque ter- minata esset praedictae causa natalium, ex qua illam sciscitari dependere. Licet igitur scire eidem patri suo scripsimus, ve- limus Reginam ipsam in suis iustis petitionibus exaudiri.)

C A P. IV.

Agens possessorio recuperanda, non tenetur ante restitu- tionem suis spoliatoribus (nisi super quaestione spoliacionis) respondere: potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliacionis. h. d.

Gregorius IX. (An. 1235.)

SUPER spoliacione conventus, adversus restitutionem potentem non est (nisi super quaestione spoliacionis) si eum reconveniat, audiendus. Cum restitutionis petiti- o in hoc privilegiata noscatur, ut ipsam intentans non co- gatur ante restitutionem spoliatoribus respondere b. Quan- quam ab agendo (spoliacione ab eis modum exceptionis proposita) repellatur.

TITULUS XI
DE PLUS PETITIONIBUS.
CAP. UNIC.

Posit quatuor modos plus petendi, & poena plus petentium.
Gregorius IX. (An. 1234.)

Consilium & providentia dici non potest, quod pec- uniam tibi debitam, ante terminum ab adversa- rio repetiti. Punitur enim importunitas plus peten-

a Cap. unic. cod. tit. in 1. compil. b al. Narmens. al. No- variens. al. Vericens. al. Marini. c Cap. 2. cod. tit. in 3. comp. d Arrone. e al. ut.

a Tamen. b Vid. l. bona fides, cum nos. ff. depositi. c al. opposita, in manuscr. d Vid. Jason. in 7. si quis agens. In fist. de act.

petentiam, si super petitione sua duxerint in iudicio persistendum: ita, quod qui repetunt amplius sine causa, in expensis adversario condemnantur. §. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur a: pro eo quod utilitas admittit debitoribus, quam haberent, si statuto loco solvissent. §. 2. Ei vero, a quo amplius b tempore petitur, inducitur dupliciter: nec litem excipiet, nisi ei solvantur expensae. §. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, cum aliquid in genere vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel unum præcise peti contingit. §. 4. Re autem, si X. sint debita, & XX. petantur. §. 5. Loco vero, cum quis non tibi convenit solvere, sed alibi convenitur. §. 6. Tempore quoque, cum ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

TITULUS XII.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

CAP. I.

Causa possessionis & proprietatis sub eodem iudice terminari debet: nec contra absentem est pronunciandum.

Gregorius Duci c. Sicilia. (an. 1075.)

Suscipis d. (c. et j. a) Legali provisione decretum est tam s momenti, quam proprietatis causam, sub uno eodemque iudice debere cognosci f. Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire.

(a Magnitudinis vestra episcopalis contristati sumus, etc. quæ sunt impressa in registro Gregorii.)

CAP. II.

Si actum est possessorio et petitorio, potest iudex necesse probationibus super utroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. h. d.

Cælestinus III. (an. 1195.)

Ad ultimum interrogati fuimus g, si iudices deputati, ut de possessione & proprietate cognoscant, gravibus partium sumptibus parcere cupientes, de utraque commixtum audiant allegationes, pariter & testes admittant h: deinde prius audiant attestations de possessione, & pronunciant secundum tenorem illarum, utrum licite hoc agatur. Nos autem (cum hoc sit in iure civili expressum) quod licite possit fieri, respondemus.

CAP. III.

Si spoliatus possessorio et petitorio simul agens, possessionem et spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem obtinet in possessorio: sed succumbet in petitorio.

Innocentius III. Archiepiscopo et Canonicis Surrinis. (an. 1206.)

Cum Ecclesia Sutrina pastore i vocaret, vos convenientes in unum, & (sicut moris est) Spiritus Sancti gratia invocata, pastorem unanimiter elegistis, petentiam ipsius electionem a sede Apostolica confirmari. Verum Clerici conventualium Ecclesiarum civitatis eiusdem, consequenter suam deposuere querelam, quod cum in Episcoporum electionibus ipsi ac prædecessores eorum confluxerint interesse, vos eis renitentibus & exclusis, ad electionem procedere præsumpsistis: quam ob hoc

non confirmari, sed infirmari potius postulabant. Partibus ergo apud sed. Apost. constitutis, in auditorum presentia testes utrinque producti fuerant: & eorum depositionibus publicatis, pars Canonicorum per testes a se introductos intentionem suam (quod ad eos tantum spectaret electio) sufficienter dicebant a esse probatam: parte Clericorum nihilominus asserente, quod per dicta testium, quos produxerant, & ipsi asserentiam suam (quod electioni Pontificum interesse deberet) plenius probavissent: per quæ constare dicebant, eos, electionibus trium Episcoporum (qui Ecclesie Sutrinae ultimo & immediate præfuerant) cum Canonicis cathedralis Ecclesie affuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur (quoniamprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis varios extitisse, atque adversus fidem attestations suæ coram auditoribus vacillasse, & quod negativam quodammodo asserere satagebant, probare volentes jus electionis ita b ad vos spectare, quod ad adversarios minime pertineret: per testes vero adversæ partis fuit sufficienter ostensum, quod in trium Episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, Clerici præsentem affuerint, & vocem habuerint eligendi) præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis, decrevimus irritandam, Clericos sæpe dictos in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerant, reducentes. Verum quoniam in questione prædicta quicquid juris utraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cum iure civili sit cautum, id venire in iudicium, non solum, de quo actum est ut veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret: & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedraticum Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscuntur, nisi alibi secus obtinebat de consuetudine speciali: nec ex eo, c quod Clerici antedicti se inter eligentes Surrinis Episcopos probaverunt tertio extitisse, jus eligendi propter brevitatem temporis usque ad præscriptionem legitimam non producti, sibi acquirere potuerunt, & actore non probante, qui convenitur, & si nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absolvendos, prædictis Ecclesiarum Clericis super hoc perpetuum silentium imponentes.

CAP. IV.

Idem dicit quoad intellectum, quod decretalis supra proxima.

Idem Canonicis de Bethlehem. (an. 1206.)

Cum super d electione Bethlehemitan. Ecclesie inter R. Subdiaconum nostrum, & P. Canonicum sepulchri dominici quæstio verteretur, utroque se pro electo gerente: cum præfatus Subdiaconus a Patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus: (c. et j. a) Eum e qui se probaverat per secularem potentiam spoliatum, restituendum decrevimus, iustitia mediante. Verum quoniam tam possessorium, quam petitorium deductum fuerat in iudicium, & tam restitutionis, quam electionis quæstio plenius agitata, & constitit nobis electionem utriusque minus canonicam extitisse, (cum iudex, de qua re cognovit, pronunciare f debeat) utramque duximus sententialiter irritandam. g

(a Alter vero favorem Regum obtineret, eis dil. f. p. Basilica 12. Apostolorum I. simul S. Stephani in monte Celio Presby-

a Vid. l. 1. ff. de eo quod certo loc. b plus. c alit. Felici. Gregor. VII. Registri ind. 2. epistol. 98. f. v. 100. d cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c. al. momentanea. possessionis: sed in registr. Greg. est momentani. f Vid. l. 1. c. per totum. tit. ff. de quib. reb. ad eundem iudic. eatur. g c. an. eod. tit. in 2. compil. h accipiant. i c. 2. eod. tit. in 3. compil.

a Dicebat. b alit. ita quidem. c Huius. periodi sensus: Clerici conventualium Ecclesiarum, quamvis tribus Episcoporum. electionibus interfuerint, non tamen acquisiverunt jus eligendi: quoniam nondum legitimo tempore id jus præscriperant. d C. 1. eod. tit. in 3. compilat. e al. Et quia se probaverat. al. ita. Cum quia se probavit. f In Cod. Barb. de ea pronunciare. g. c. Reliqua pars huius c. est infra. de confess. c. 2.

Presbyterum & G. S. Maria in porticis Diac. Card. dedimus auditores. In quorum presentia receptis utrinque scriptis, & eorum depositionibus publicatis, qua hinc inde allegata fuerunt, nobis & fratribus nostris resulerunt fideliter & prudenter. Nos vero tam per relationes Cardinalium, quam per gesta de causa meritis sufficienter instruiti, communicato fratrum nostrorum consilio iam dictum Subd. R.)

C A P. V.

Qui agit de proprietate, ante conclusionem causa possessorio adipiscenda vel recuperanda agere potest: post conclusionem vero, & ante sententiam hoc non potest, nisi iusta causa subsit.

Idem Episcopo Novinien. a (an. 1204.)

Pastoralis officii: (& j. α) Sane (sicut intimasti) contingit aliquando, ut eum is, qui se asserit spoliatum, suum trahit spoliatores in causam, inter ipsa iuris aupticia requisitus, quo malit experiri iudicio, hunc proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cum autem fuerit in causa processum, novum iudicium super possessione inchoare: (& j. β) Consultationi tuae taliter respondemus, quod possessorio quidem iudicio, quod de recuperanda, seu adipiscenda possessione proponitur, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primitus instituto, agi potest ab eo, qui rem coepit vindicare. Cum legali sit provisione statutum, eum, qui fundum vendicaverit ab eo, cum quo interdictum unde vi potuit experiri, pendente iudicio interdictum posse nihilominus intentare. Aliis possessionis iudiciis in suo robore duraturis, quae vendicationem domini, sui natura praecedunt. Si vero renunciatum fuerit vel conclusum, ut iam possit causa proprietatis definitivae sententiae calculo terminari: (Ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri) causa non decisa, possessorio non erit utendum. Nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire. e. Puta cum ex perspicuis indicis facile arguitur iniquitas invasoris, & spoliato casu seu malitia probandi dominium subtraxerit facultatem. His igitur & aliis causis inspectis (quae continent aequitatem, aut iuste moverint animum iudicantis) postquam etiam conclusum fuerit posse agi possessorio iudicio non negamus.

(α Debitum sollicita mente persequeris, cum iustitia & zelo succensus super dubiis iuris articulis per Ap. sed. oraculum, a qua tua pendes iurisdictionis auctoritas, responsum humiliter expetis & devotus expectas, ne forte nova oppositionum varietas aut iuris expositione varia, novitate distincta, non iuris effectum pariat, sed iustitia defectum potius inducat.)

(β Quod non videtur possessorio renunciare iudicio, qui rem coepit vindicare. Ex adverso resistitur, qui dum querelam proprietatis sponte proposuit praedictum sibi fecit in quaestione possessionis, qua secundum ordinem iuris prius proponi potuit & debuit terminari: quid igitur in his statuendum sit, tua s. requisivis. Nos autem)

C A P. VI.

Si petitorio & possessorio simul est actum, una sententia terminatur, & praemittitur possessorium in terminando: sed in exequendo praevalens petitorium.

Idem Episcopo & Officiali sancti Andrea.

Cum dilectus d (& infra.) Ad quartam breviter respondemus, quod cum super possessorio & petitorio simul est actum: utrumque una sententia debet terminari. Sed licet in pronuntiatione sit possessio praemittenda, in executione tamen debet praevalere.

a Novinien. b Cap. 3. cod. sis. in 3. compil. c Vide l. dolum cum gloss. 1. & not. C. de donat. d Cap. 4. cod. sis. in 3. compil. c Vide l. etiam. ff. de minor. per Bar.

C A P. VII.

Adjudicatur illi beneficium, qui probavit collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore: per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. hoc vult tota licentia.

Idem Veronen. Episcopo. (an. 1205.)

Cum olim a quaestio, quae inter Archidiaconum ex una parte, & Archipresbyterum & Canonicos Vincen. Ecclesiae ex altera (et infra.) Quoniam per attestaciones nobis confitit evidenter, quod ab Episcopo Vincen. Archidiaconatus ipse sine reclamacione aliqua Canonicorum, duobus Archid. continet (qui ante ipsum extiterant) fuerat assignatus: & quia Canonici praedicti, Iudices reculare minime debuerunt, cum causa praedictis Iudicibus fuisset delegata, de utriusque partis Procuratorum assensu, praedictum Archidiaconatum eidem per diffinitivam sententiam adjudicare curavimus Canonicis Vincen. perpetuum silentium imponentes: Reservata tamen eis quaestione proprietatis super collatione Archidiaconatus ipsius: si forte super hoc contendere voluerint adversus Episcopum Vincen. cum res inter alios acta, non debeat eis praedictum generare.

C A P. VIII.

Si petens rem ex una causa succumbit, ex alia causa petere poterit. hoc dicit, quoad literam. Vel sic: Petenti rem iure domini, possessionem probare non sufficit. hoc dicit, quoad titulum.

Honorius III. Abbati S. Cypriani (Ord. S. Ben.)

Torcel diocesis. et S. Mariae nova de Venetiis. (an. 1220.)

In causa, quae inter Patriarcham Granden. ex una parte, & Abbatem & Conventum monasterii sancti Georgii de Venetiis, super subiectione ipsius monasterii, ex altera vertebatur: invenimus pro eodem Patriarcha probatum, quod inter alia Abbas quandoque ivit ad ejus Synodum L. solidos Venetorum et per plures annos exolvens. (et infra. α) Ad haec cum de praemissis L. solidis, quos petiit ad subiectionis iudicium, a Patriarcha sit actum per sententiam diffinitivam, quam super hoc contrariam reportavit: ei non adimimus (si alio iure de ipsis experiri voluerit) potestatem.

(α Probatur vero pro Episcopo invenitur, quod ejusdem monasterii confirmavit Abbates, qui eidem obedientiam et reverentiam impendebant. Abbates, etiam ejusdem monasterii ad Synodum veniebant Episcopi, & eidem ad exequias invitatus recipiebatur processionaliter cum solennitate praedicta, ac similiter invitatus in festo beati Georgii procuraciones recipiebat ibidem, quem in barcha sua in festo purificationis B. Virginis conducebant. Cum autem in his primo possessorio egerint Patriarcha et Episcopus memorati, nos eos ad possessionem vel quasi restitimus praedictorum: quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit, et utraque pars totum jus suum videretur in iudicium deduxisse: nos visis praedictis. n. privilegii monasterium ipsum de fil. n. cons. liberum esse decrevimus, et immediate ad Rom. Eccles. pertinere. Illud in praemissis, quae iurisdictionem et subiectionem respiciunt, ab impositione dictorum Patriarcha et Episcopi absolventes. non obstante possessione circa praedicta probata: cum nos docuerint se tanto tempore salia, percipisse, quod per hoc libertatis privilegii fuerit derogatum, reservamus tamen Episcopo supra dicto, quae sibi circa chrisma, oleum sanctum, ordinationes Clericorum, & quadam alia, quae in eisdem privilegiis specialiter reservantur.)

TICU-

a Nominis multi. intellectibus huius cap. de quibus laze Doctor. hoc loco, hic mihi videtur factis apud, quamvis Archidiaconus per Episcopum esse electus. b h. cum quid. D. si cert. petas.

TITULUS XIII.
DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.
CAP. I.

Adversus restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi auctore consentiente.
Gregorius IX. S. Episcopo Constantinop.

(an. 1231.)

Licet multum: a (et infra.) Conquestus est nobis Philastus b cœcus, ejus campum ab Ecclesiæ c hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quanquam ante omnem contentionem possessio ei debuerat violenter ablata restitui: tamen quia Eveni Diaconus ipsius Ecclesiæ, consentiente illo, constituit se legitime probatum, dictum campum ejusdem Ecclesiæ juris esse, veritatem inquit: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, ut a sua intentione discedat. Alioquin res ei ablata reddatur.

CAP. II.

Petenti restitutionem beneficii, non obstat renunciatio facta post spoliacionem, quia presumitur non spontanea. Et seriose addidi, quia presumitur non spontanea, quoniam est probatur spontanea, debet ob stare talis exceptio, vel renunciatio in beneficalibus.

Alexander III. Vigoren. Episcopo. (an. 1280.)

Solicite cures d perquirere, quo tempore H. renunciavit Ecclesiæ: & si tibi constitit cum spoliatum, cum eidem Ecclesiæ renunciavit: contra eum testes alterius partis, de juramento, & renunciatione sponte facta (antequam restitutus fuerit) non admittas: quia non est verisimile, quod sponte juri suo renunciaverit, qui renunciat spoliatus: Sed testes ejusdem H. quibus intendit se probare, quod violenter prædicta Ecclesiæ fuerit spoliatus (dummodo idonei sint) recipere non possponas.

CAP. III.

Petens restitutionem beneficii non auditur, etiamsi spoliacionem probas, si probatur eum sponte illud beneficium prius resignasse.

Idem.

Accepta e quaestione P. Clerici (quod violenter fuerat Ecclesiæ spoliatus) vobis dedimus in mandatis, ut si hoc constaret, eam sibi restitui faceretis. Quo cognito, responsum est ab adversario, id non debere proficere eo quod spontanea voluntate coram Eboracen. Archiepiscopo Apost. sed. Leg. præscriptam Ecclesiam s abjurasset. (et infra. α) Mandamus, quatenus si vobis constitit, quod Præfatus P. nullo metu vel vi coactus, sed spontanea & prælibatam Ecclesiam taliter abjuraverit: ei super hoc perpetuum silentium imponatis.

(α Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis, et nostrum est discernere, quid ratio dicat, præsentium auctoritate dis. n.)

CAP. IV.

In interdicto de resinenda succumbit reus ipse abjuracione probata. h. d. quoad titulum.

Idem Vigoren. Episcopo, et Helien. Archid.

Audita querela T. Clerici h, quod H. persona Ecclesiæ de Sander, ipsum super Ecclesiæ sua de Pelen. i indebite molestat: Londonen. Episcopo, & tibi, fili Archid. dedimus in mandatis, ut si vobis constaret, quod prædictus H. alterius Ecclesiæ personatum haberet, vel juramento spontaneæ præfatio firmaverit, se memorato T.

super eadem Ecclesiæ a quaestione de cætero non motum: ab ejus molestia super hoc compelleretis eundem: (et infra. α) Cum vero vobis plenius constitisset, dictum H. non solum Ecclesiæ alterius personatum habere, sed etiam spontanea voluntate Ecclesiam de Pelen. in Perpetuum abjurasse: prohibuistis eidem, ne dictum T. super hoc de cætero molestaret. Licet autem nuncius ejusdem H. posterioris literas impetravit, formam aliam continentes, quod non obstantibus literis a parte altera impetratis, revocari deberet, si quid immutatum esse in causa, postquam idem nuncius iter ad nos arripuerit veniendi. Quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit, ut evocaretur, quod per vos factum esset auctoritate literarum nostrarum b, sed si quid præsumptione vel violentia immutatum e esset: mandamus, quatenus sententiam, quam protulistis ante posteriorum literarum receptionem, occasione ipsarum nullatenus revocare tentetis: & si contra sententiam ipsam aliquid statulistis, studeatis in sublati app. obstaculo revocare. Si vero post receptionem sequentium literarum sententia lata fuerit: ea non obstante, juxta tenorem ipsarum, appell. postposita procedatis.

(α Postmodum vero nuncius præfat. H. ad præsentiam nostram accedens constanti nobis assertionem proposuit, quod per violentiam idem H. eadem Ecclesiæ spoliatus fuerit, et ideo ad vos nostras literas impetravit: ut si constaret vobis veritate cognita ipsum H. spoliatum esse, cum idem renunciaverit Ecclesiæ, contra eum testes alterius partis de juramento et renunciatione spontaneæ facta nullatenus recipere: sed testes potius H. quibus intendebat posse probare, quod violenter præd. Ecclesiæ spoliatus fuerit, dummodo sint idonei, non differatis recipere, et secundum eorum depositiones vel demonstrationes et rationes et allegationes hinc inde productas in causa ipsa app. rem. quod iustum est iudicatis, non obstantibus literis nostris, si qua alia ab alterutra parte impetrata fuissent, aut forma, quam excessimus in aliis literis super hoc impetratis. Addimus insuper, quod si super causa ipsa aliquid esset mutatum, postquam nuncius prædicti H. tunc iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi, totam causam ante ingressum principalem causa contradictione, et appell. cess. in eum statum reducere, in quo fuisse dignoscitur, cum nuncius prædicti H. est iter ipsum aggressus: nisi forte inserim idem H. cum altera parte spontanea voluntate posset super Ecclesiæ ipsa convenire. Nunc autem ex literis prædicti Episcopi et suis, fil. Archid. nobis innotuit, quod vos priorum literarum tenorem secuti, partes debita solennitate citastis.)

CAP. V.

Petenti restitutionem beneficii, quaestio inquisitionis non canonica referri potest.

Idem Brixien. Episcopo.

In literis d tuis: (et infra.) Super illa quaestione, videlicet cum quis dicit se de possessione violenter ejectum, & adversarius dicit, eum non fuisse canonice institutum: respondemus, prius de violenta ejectione, quam de canonica institutione agi debere: quia præd. etiam est secundum rigorem juris restituendus.

CAP. VI.

Non obstat exceptio criminis agenti interdicto unde vi, vel quod vi aut clam.

Idem Exonen. e Episcopo.

Item cum quis f dicit, se de possessione violenter ejectum, vel adversarium clam possessionem intrasse, & adver-

a C. 7. eod. tit. in 1. compilat. b Philagrius, alit. Philarius. c In C. Bar. ab Ecclesiæ vestra. d Post Conc. Lat. sub Alexand. III. p. 22. c. 1. et c. 1. eod. tit. in 1. compilat. e Post Conc. Lat. part. 22. c. 2. et c. 2. eod. tit. in 1. compilat. f l. si quis vi. §. differentia. D. de acquir. poss. g sed spontanea voluntate. h est Conc. Lat. sub Alexand. III. p. 22. cap. 4. et c. 4. eod. tit. in 1. comp. i al. Peteren.

Jur. Canon. Tom. II.

a Al. ita, super eadem causa: in multis antiq. b Hunc text. dicit hic Abbas esse singularem ad hoc, quod hoc verbum, Revocatis in irritum; non intelligitur de legitime actis. c innovatum. d Post Concil. Lat. sub Alexand. III. part. 22. c. 5. et c. 5. eod. tit. in 1. compilat. Anton. Gabr. comm. conc. tit. de rest. spol. e al. Lexoviens. f Post Conc. Lat. part. 22. cap. 6. et cap. 6. eod. tit. in 1. comp.

adversarius ei erimen obijcit, ut eum a sua intentione repellat: non occurrit nobis, quod illius obiectio admitti debeat a, vel principalis causa propter hoc executio retardari: quoniam criminaliter adversus eum ante restitutionem agere non potest, cum presumatur ejus existere inimicus.

C A P. VII.

Spoliatus etiam a JUDGE juris ordine pratermissis, ante omnia restituatur.

Idem Cantuar. Archiepisc. (An. 1160.)

Conquerente b nobis Renaldo Clerico accepimus, quod ipsam Ecclesiam de VVefort c sine judicio spoliasti. Quia vero jam non decet honestatem tuam, Clericos tua jurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paterna provisione consulere: mandamus, quatenus, si est ita, predicto Clerico prafatam Ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas: & in pace eadem possidere permittas. Restitutionem autem facta, si quid adversus eum super prascripta Ecclesia proponere volueris, coram Exonen. Episcopo delegato a nobis per te vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine judicium poteris experiri.

C A P. VIII.

Restituitur conjunx viro probanti desponsationem & copulam, & de ipsius impunitate caventi, nisi magna sit viri scortia.

Idem Ambian. & Beluacens. Episcopis.

EX transmissa d nobis: (& inf. a) Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod prafata mulier predicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persequitur, quod merito de ipso diffidat, alicui proba & honesta mulieri usque ad causa decisionem custodienda studiosius committatur, in loco ubi vir, vel parentes ejus, mulieri nullam possint violentiam e inferre.

(a Quia nobis de veritate constare non potuit, causam experientia vestra duximus committendam. F. v. p. a. s.)

C A P. IX.

Per solutionem pensionis rei donata factam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donata possessio: adeo, quod si ab illo expellitur, per interdictum recuperanda agere poterit.

Idem Exon. Episcopo & Abb. de Herford.

CUM venisset f ad nos B. Canonicus sanctae Trinitatis de Haful. g a suo Priore & Capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit, quod cum Eboracensis Archiepiscopus Ecclesiam de N. eis concessisset, & per scriptum proprium confirmasset, ita quod post decessum G. Clerici (qui prafatam Ecclesiam tunc tenebat) usibus eorum omnibus modis proficeret h, & interim auctoritate ipsius Archiepiscopi idem G. ipsis Canonicis annuum solveret pensionem: (et inf. a) Respondemus, quod si prafati Canonici, de predicta Ecclesia, auctoritate ejusdem Archiepiscopi, vivente Clerico perceperunt annuum pensionem: eo mortuo, quamvis auctoritate ejusdem Archiepiscopi non quaesierunt, vitiose tamen non sunt possessionem ingressi: cum (sicut cautum est) is possideat, cujus nomine possidetur.

(a Nos postmodum etiam ipsam concessionem, scripto ipsius Archiepiscopi diligenter inspecto, auct. Apost. duximus confirmandam. Mortuo autem prafato Clerico jam dicti Canonici, licet per ipsum Archiepiscopum non fuissent in possessionem Ecclesiae predictae induiti, tamen de concessionem

& confirmationem nostram plurimum confidentes, Ecclesiam ipsam, ne a quodam Clerico turbaretur, qui eos super eadem Ecclesia nitebatur fasigare, sunt ingressi: & tam contra ipsum Archidiaconum a quo gravari timebant, quam contra prafatum Clericum ad n. audientiam appellaverunt. Ipsi vero per duos de fratribus suis appellationem factam prosequensibus, supradictus Archidiaconus bladam & omnia bona Ecclesiae, qua prafatus G. Clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, in vitiis predictis Canonicis asportari. & infra. Magister vero M. & A. nuntii ejusdem Archidiaconi, qui praesentes aderant, ipsum super his instanter excusaverunt, & adiecerunt Archidiaconum. Jam predicto per prafatos Canonicos gravem injuriam irrogatam. Quia si ab ipso literas concessissim habuissent, ipse auct. postmodum contempta, per se ipsos in possessionem ingredi non deberent. Nos itaque)

C A P. X.

Si auctore agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium, procedit in solo possessorio, suspensio petitorio.

Lucius III. G. Archidiacono, & I. Archiepiscopo

Turonen. (An. 1281.)

EX confectione B. mulieris a ad nos noveritis pervenisse, quod cum C. miles eam sibi matrimonio copulasset, & maritali affectione pertractans, ex ipsa filiam suscepisset, sine judicio Ecclesiae a se removit eandem: & de accusando super confanginitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, literas ad Judices impetravit: cum autem priusquam a Judicibus mulier citaretur, per dioecesanum Episcopum virum sibi restitui petiisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinasset: demum coram prafatis Judicibus constituta, modo per se, & modo per Procuratorem, ante ipsas causas ingressum, & post, virum sibi restitui postulabat. Judices vero restitutionem denegata (quod fieri non debuit) in principali negotio procedere voluerunt b: unde ipsa nostram audientiam appellavit: (et j. a) Mandamus, quatenus si ita est, mulieri virum restitui faciatis, quae post appellationem c ipsius acta sunt, in irritum revocantes: postmodum super matrimonio causam audiat, & sine canonico terminetis.

(a Quia ergo injuste gravatis Apostolicum debemus patrocinium impetrari, dis. v. p. a. s.)

C A P. XI.

Volentis rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, & de injuriis satisfaccere compellitur.

Caelestinus III. (an. 1192.)

GRAVIS d ad nos querela: (et j.) Mandamus, quatenus si vobis constiterit de praemissis, praedictum Archidiaconum ablata praenominati monasterii fratribus cum integritate restituere, damna plenarie resarcire, & de illatis injuriis competenter satisfaccere compellatis e: provisiuri, ut non tantum fructus a novo & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres perceperunt, reddi faciatis eidem.

Ingressus possessionem ignorante domino ad quem pertinet, potest per seipsum dominum, statim cum sciveris, repellere, etiam violentus, nec ex tali repulsionem compensis repulso contra dominum interdictum possessorium. h. d.

Inno-

a Vid. l. qui ad nudinas. §. clam possidere. cum l. seq. per Bart. ff. de acquir. poss. b Cap. x. eod. tit. in 2. comp. c Caro refert. d cap. 3. eod. tit. in 2. comp. e molestiam. f c. 4. eod. tit. in 2. comp. g al. Batillis. al. Basilis. al. Barcel. al. Barcelis. h al. praficeret.

a Cap. 8. eod. tit. in 1. compil. b Hic legitur, noluerunt. cui repugnat & sensus & series hujus cap. nam cum Judices restitutionem negassent, & de facto procederent, ipsa appellavit. c vide ad hac Abbas. d Cap. 5. eod. tit. in 2. compilation. e vid. l. 1. §. qui autem. cum §. seq. ff. de vi & vi armata.

Innocentius III. Episcopo & Capitulo Tridon. a
(An. 1199.)

I. Olim causam b, quæ inter vos nomine Tridon. e Ecclesiæ, & magistrum & fratres militiæ templi in Lombardia, super domo Calventiæ vertebatur, de Locoedio d & de Columba Abbatibus meminimus commisisse: (& infra.) Episcopus Tridon. e possessiones quasdam Humiliatis f sub ea conditione concessit, quod nomine Tridon. Episcopi oratorium ibidem & hospitale constituerent, & tres solidos censuales Tridon. g Episcopo annis singulis exhiberent, a quo etiam persona, quæ loco præficeretur eidem, investituram perciperet, & pro se, & aliis fratribus, ei & successoribus ejus obedientiam faceret manalem: Episcopo sibi loci dominium nihilominus retinente. Dicitur vero magister ad eandem domum aspirans, ipsos adeo circumvenit, quod præter conscientiam vestram se & suam in ejus manibus tradiderunt: ea tamen conditione apposita, si vobis quod b facerent, complaceret: sine quorum assensu se nihil posse facere asserbant: (& infra. a.) Intelligentes autem prædictam domum eidem magistro traditam sub conditione fuisse, & quod nullum juri vestro præjudicium fuerat irrogatum, ex eo quod idem magister justitiæ vestræ non inficius, vobis ignorantibus possessionem accepit, præsertim cum statim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellendam: & quod idem sua temeritate possessionem præter conscientiam vestram (ad quos ipsam possessionem noverat pertinere, & quos quæstionem sibi mortuos suspicari debuerat) est ingressus, Procuratorem vestrum & vestro nomine ab impetitione ipsius magistri, nomine domus militiæ templi, quoad faciendam restitutionem quam petebat, reddimus absolutum: decernentes, eos magistro satisfactionem debitam exhibere, si defendendo jus vestrum, in offensam ipsius vel domus militiæ templi modum forsitan excessistis.

(a Magister vero conditionem appositam acceptavit, et quod aliter eos non reciperet affirmavit. & infra. Tunc vero magister accedens Calventiam exinde paramenta Ecclesiæ, instrumenta, domus, et libros accepit, et nonaginta oves fecit abduci, ac postmodum reversus ad vos, cum ei fuisset quod petierat denegatum, quia paratus esses vobis facere rationem, si forsitan vos offenderat, adjecit. Vos autem intentionem ejus malevolam attendentes, et ne se domo intromitteret memorata districtius inhiabentes, ad sed. Apostol. appellastis: et cum tu, frater Episcopo, qua gesta fuerant audivisses, omnes pariter ad domum accessistis eandem, et eos, quos invenistis ibidem ad domum custodiam a magistro relictos, ejecistis, ex ea vim vi, sicut omnia jura permittunt, licite repellentes. Unde cum possessio prædicta domus sub conditione tradita fuisset eidem magistro, non extante conditione traditio non tenebat. Præterea cum idem magister clam domum illam intraverit, nullum est vobis præjudicium generatum, quo minus eum possitis repellere, cum id ad vestram audientiam perveniret, præsertim cum verus dominus controversiam ipse noverit, vel suspicatus fuerit, vel debuit suspicari. & infra. Cum autem Cardinales prædicti, que coram eis tam ex parte vestra, quam ex alia proposita fuerant, vobis fideliter resuissent.)

C A P. XIII.

Si contra petentem restitutionem conjugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito, et offeruntur probationes

a Terdon. al. Tendon. b Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. c Terdonen. d Locoedio, alit. Lacedio. e Tordonen. f B. Anton. in lib. histor. p. 2. tit. 15. c. 23. et Cassan. in Catal. gloria mund. part. 4. cons. 60. vide cap. 20. g Terdon. h Facris, in aliquo exemplar. et male, cum saceres ad Humiliatos referatur, qui ea conditione se et sua magistro templi tradiderunt, si quod faceret placeret Episcopo, et Cap. Tridonen. ut clarius facit ex antiqua.

parata: recepto ab opponente juramento de malitia, negabitur restitutio quoad totum, et fiet quoad reliqua: si vero probationes promptæ non sint, fiet plena restitutio, nisi sit magna viri savitia.

Idem Bituricen. Archid. (An. 1199.)

Litteras tuas recepimus a, quod cum quædam matrimonialis causa (Bituricen. Archiepiscopo in remotis b agente) in tua præsentia tractaretur, Guilielma mulier c separari a B. viro suo instantissime postulabat, cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse conjunctam: (& j. a.) Vir autem sibi uxorem postulabat restitui, quæ ab eo sua temeritate divertit: (& j. b.) Rescripto petebas Apostolicò edoceri, utrum quando aliquis consanguinitatis gradus objicitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, nec etiam comoveat, & probationes promptæ sint & paratæ indulgenda restitutio sit, an neganda? (& j. c.) Sane circa solutionem propositæ quæstionis diversæ sunt sententiæ diversorum: aliis asserentibus restitutionem faciendam: aliis sententibus in contrarium: nonnullis viam mediam eligentibus, ac dicentibus eam faciendam interdum, quandoque penitus denegandam. Primi per decretalem epistolam d Lucii Papa juvari videntur, arguentis quosdam Judices delegatos, qui restitutionem viri, qui sine judicio Ecclesiæ uxorem dimiserat, & ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliata ac reperiens conjugem denegabant: & mandantis sibi prius restitui taliter spoliata, & postea de matrimoniali causa cognosci. Horum autem asserentem incestus e videtur periculum oppugnare: sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent, cum etiam beneficio restitutionis obtento, qui consanguinitatis habet notitiam, nec exigere debitum f contra conscientiam, nec solvere teneatur: quoniam si secus egerit, ædificat ad gehennam: sicut nec consanguinitatis conficius, super cujus conjugio quæstio non movetur. Secunda vero asseritio per oraculum g Clementis Papa fulcitur: a quo cum fuisset quæsitum, utrum muliere quadam quandam in virum petente, qui ut eam repelleret, exceptionem consanguinitatis objecit, prius esset de impedimento consanguinitatis agendum, quam super matrimonio sententia proferretur: sic inquisitioni factæ respondit, quod cum exceptione probata, principalis quæstio perimatur, prius est cognoscendum de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur: cum etiam in multis casibus restitutio differatur, secundum canonicas sanctiones. Opinioni autem ultimæ videtur non incongrue adaptari, ut in gradibus consanguinitatis divina b lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur: sed constitutione interdictis humana, restitutio locum habeat cum effectu: cum in illis dispensari non possit, & in istis valeat dispensari: sicut Beat. Gregor. & multi alii dispensarunt. Unde non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum Ecclesiæ reddit debitum conjugale. Nos autem ad præsens nullam de prædictis sententiis reprobamus: nec cuiquam earum aliquod præjudicium ex nostra responsione volumus generare: quævis præscriptum Lucii Papa mandatum ad possessorium, responsum vero Clementis ad petitorium referatur. Porro cum mulier, quæ consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus, quos lex i divina prohibuit, non possit hujusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commiseri: quoniam omne, quod

a Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. b in remotis partibus, &c. c al. N. al. D. al. V. d ea. ex conquestione. supra eod. e videtur periculum expugnare. f nec contra conscientiam solvere teneatur. g intelleximus supra de ord. cogn. h Olim, ob hominum raritatem, tantum inter filium & matrem, patrem et filium vestris erat conjugalibus nexu lege div. i Vid. Lev. 18. et 8. q. 1.

H a

quod a non est ex fide, peccatum est: & quicquid fit contra conscientiam, aedificat ad gehennam: frustra in tali casu adjudicaretur restitutio spoliato, cum illa contra Deum non debeat in hoc iudicio obedire, sed potius excommunicationem humiliter sustinere: sique difficultas occurreret quasi perplexa: quia propter sententiam oporteret eam reddere debitum, & propter conscientiam reddere non deberet: unde contingeret eos graviter impediri: & utriusque laqueus pararetur: cum inter se carnaliter conjungi non possent, nec alter alteri matrimonialiter copulari. Propterea melius videtur, quod cum opponitur consanguinitas (praesertim in gradibus divina lege prohibitis) & probationes offeruntur in continenti parata, in ceteris adjudicanda sit restitutio: sed ad majorem cautelam juramento recepto, quod talis objectio malitiose non fiat, sola, quoad commixtionem carnalem (maxime si fama consentit) est restitutio differenda, donec auditis probationibus & discussis, causa sine diffugio terminetur, cum utriusque sit melius taliter expediri, quam manere taliter impeditos. Quod si non habeat probationes in continenti paratas, sed dilaciones expectat b longiores (quia praesumitur e contra eam, quae sine iudicio Ecclesiae sua tantum temeritate recessit a viro) ad restitutionem plenariam Ecclesiastica debet censura compelli: quam d tamen ipsa tori negando confortium, debet humiliter tolerare, donec probationes offerat paratas: & tunc absolutione petita, secundum formam Ecclesiae absolvetur: sed antequam fiat ei mandatum sub debito juramenti, receptis probationibus procedatur, quemadmodum est praemisum. Si vero tanta sit visisavitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas providi, non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri: alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisa, profecto videtur conjunx ante causae cognitionem restituenda marito.

(c Apparere etiam accusatores & testes exhibentes chartam ab utroque latere consanguinitatis lineam continentem, qui se contra illi matrimonii tempore absentes fuisse dicebant, & quod in continenti parati erant, quod prosperum, comprobare.)

(b Quoadmodum allegabat. Caterum pars replicabat uxoris, non propter futurum incestus periculum, tunc quia probationibus paratis & praestitis sine diffugio quod intendebat poterat demonstrare, restitutionem penis denegandam. Ad hoc notam esse mariti saevitiam proponebat, cui erat impetuosa levitas & crudelitas bestialis, & si liberam restitutionem facultatem sibi haberet uxoris, ejus amici timebant mariti periculum imminere vel corporis cruciatum, & sic ab accusatione desiderant, eam qualitercunque vivere, quam interire malentes. Adjicientes nihilominus ipsam a viro licentiam concessisse cum lacrymis & invitam. Ipse vero miles nihilominus peribat sibi uxorem libere ac pacifice restitui, & ne secus fieret sed. Apost. appellavit. Cum igitur in causis matrimonialibus exceptiones hujusmodi sapienter proponantur, quid sit in talibus agendum.)

(c) Secundo quarebas, An idem juris existat, si aliquis gradus dispensabilis vel aliud impedimentum dispensabile allegetur, & probationes similiter sint praesentes, utrum restitutio concedi debeat, an negari? Tertio loco quarebas, Si mariti crudelitas & saevitia sint nota iudici, ut propter notam controversiam indignam uxorem tormentis tractaturus sit & injuriis affecturus: & sic accusatores de morte sine metuantes, accusare desistant: utrum hoc in primo vel in secundo casu restitutionis praestari adminiculum deneganda i Postremo quarebas, Si deneganda sit restitutio in aliquo casu praemissorum, & ad sed. Apost. appelletur, utrum appellationi sit hujusmodi deferendum?)

a Rom. 14. b expectat. c ad. hic praesumitur. d scilicet censuram. e in hunc locum vide Abbatem.

C A P. XIV.

Per solam traditionem mulieris ad domum virifactam, non praecedentibus sponsalibus, vel invalidis, non requiritur possessio: unde ea recedente propria auctoritate, non competit restitutio.

Idem Innoc. III. Vulterano a Episcopo. (an. 1200.)

EX b parte M. mulieris fuit propositum, quod cum eam intra pubertatis tempora constitutam, patruus suus filio H. Senen. civis, nondum VII. annorum, matrimonio voluerit copulare, ac eadem traducta fuerit in domum ejusdem e, ipsa ex quo ad nobiles annos pervenit, ratum nolens habere, quod a patruo suo circa hoc procuratum fuerat, a Senen. Episcopo nubendi alii licentiam postulavit: (& infra. a) Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipsa mulier (quamvis minor) causam possit matrimonii per Procuratorem tractare, ac pars alia (quae mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat) restitui nequaquam debeat, utpote nullo juris seu possessionis commodo destituta, cum per solam traditionem (quam non praecesserunt sponsalia, vel consensus legitimus, nec fuerant etiam subsecuta) nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum Mandamus, quatenus, si est ita (non obstantibus exceptionibus supradictis) audias, quae hinc inde partes duxerint proponenda, & quod canonicum fuerit, app. remota decernas.

(a Cumque partes idem Episcopus citasset, praefata mulier per Procuratorem idoneum in iudicio compareret, quarens possessionem, et res alias restitui sibi dote nomine pro se datas, & pars altera restitutionem peteret mulieris ejusdem, asserens eam non posse per alium causam agere, sed debere ipsi tractatui personaliter interesse, praefatus Episcopus dubitans, quid super his statuere posset de jure, prout nobis suis literis intimavis, processu negotii supersedis.)

C A P. XV.

Inserditum Unde vi, non competit contra illum, qui non spoliavit, nec spoliari mandavit, nec spoliationem ratam habuit.

Idem.

CUM d ad sedem Apost. accessissent Cuman. Episcopi, & fratrum hospitalis Hierosol. Procuratores: (& infra. a) Abbati de Accon. causam (quae super Ecclesia & hospitali de monte Citano inter eos vertebatur) taliter duximus committendam, ut audiret omnia tam ad possessorium, quam ad petitorium iudicium pertinentia, quae utraque pars ducebat proponenda, & causam ipsam sine debito terminaret. Coram quo Procurator hospitalis praedicta cum possessionibus & pertinentiis suis, quae tenebat Episcopus, sibi restitui postulavit, asserens illa de jure ad hospitale e Hierosolym. spectare, & quod ipsa diutius possedisset. Ad quae respondi Procurator Episcopi, se nec scire, nec credere supradicta ab hospitali possessa, vel ad illud aliquatenus pertinere, quae Cumanen. Episcopus, utpote in sua dioecesi constituta, rationabiliter detinebat. Cum igitur ad fundandam intentionem suam pars utraque testes produceret, dictus Abbas Procuratorem Episcopi condemnavit ad restitutionem omnium praedictorum: (& infra.) Nuper autem utriusque partis Procuratoribus comparentibus coram nobis, causam ipsam examinavimus diligenter: & quidem per testes videbatur esse probatum, quod Cumanen. Episcopi nuncios cruces Hospitalariis abstulit, inhiben-

a Vulteranensi. b C. 4. cod. tit. in 3. compil. c. Vid. i. qui universas. ff. de acquir. possess. d Cap. 4. cod. tit. in 3. compil. e Id est, ad fratres hospitalarios. iidem dicuntur milites Rhodienses, & nunc de Malta. vide Cass. in sat. glor. mod. p. 9. cons. q. 8. Anton. 2. pa. hist. tit. 15. c. 10.

hibendo ipsi, ne ad supradictam Ecclesiam vel hospitale redirent, & quid Episcopus supradicta omnia possidebat: unde Procurator Hospitalarium petit dictam restitutionis sententiam confirmari: (& *infra*. 3.) Nos a prioris acta iudicii recensentes, quia nec per dicta testium, vel confessiones partium b (cum nullz penitus in iudicio facta fuerint) vel etiam instrumenta (quæ nullatenus de spoliatione tractabant) nec per evidentiam facti nobis constare potuerit, quod Camanen. Episcopus Hospitalarios spoliaverit, vel mandaverit spoliari, vel spoliationem factam saltem ratam haberit: pronunciamus in questione prædicta interdum unde vi, locum nullatenus habuisse, restitutionis sententiam a prædicto Abbate prolatam (licet pars adversa e proponeret, quod præsumendum esset pro sententia iudicis, qui motum animi tui potuit ex causis aliis informare) iustitia exigente cassantes.

α Et instrumenta nobis c acta causa, qua super Ecclesia & hospitali de monte Cinaro inter eos agitabatur, prout gesta fuerant, in presentia ven. f. n. Sapient. Episcopi, qui ex delegatione nostra de causa cognoverat, presentassent, nos diligenter inspectis, qua coram eodem Episcopo acta fuerant, haberi ea decrevimus pro infectis, cum confiteris nobis, eum in causa ipsa iudicem non fuisse, sicut ipsemet ad ultimum recognovit: eandem causam dilecto filio).

β Ex adverso autem proponebatur, quod etsi per testes forsitan esset ostensum sufficienter, quod per nuncium Episcopi fuerant Hospitalarii spoliati: cum tamen non constiterit de mandato Episcopi hoc fecerit, vel quod ipse ratum habuerit factum ipsius, restitutio non potuit sibi locum vendicare, quum non constaret Episcopum prædicta tenere, qui utique ipsa de iure possidet, usque ad se spectantia & in sua diocesi constituta. Sed ad hoc pars altera replicavit, quod quamvis per dicta testium evidenter mandatum Episcopi non probetur, quia tamen iudex motum animi non potuit ex aliis causis informare, pro sententia erat merito præsumendum. His igitur & aliis intellectis, qua utriusque partis Procuratores proponere curaverunt).

C A P. XVI.

Exceptio inopia, de qua constat, a Clerico opposita, impedit executionem sententia etiam lata in possessorio. h. d. comprehendendo mentem literæ, & veram lecturam.

Idem Innoc. III. (An. 1220. Roma in Hispaniam).

II. ○ Lim vobis d. dedisse meminimus in mandatis, ut Oveten. e Episcopum ad debitam partis restitutionem Zamorinen. diocesis, quam tenebat, cum inde perceptis fructibus cogeret restituere: (& *infra*.) Verum quoniam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit f; mandamus, quatenus non prius Episcopum ad restitutionem fractum compellatis, quam ipse fuerit taliter restitutus, ut restituere possit, quod percepit de provenientibus alienis.

C A P. XVII.

Per excommunicationis probationem non probatur quasi possessio iurisdictionis: licet aliquibus diebus fuerit observata: ideo petens restitutionem, hoc solo probato succumbit. hoc dicit, quoad intellectum.

Idem g Abbati S. Genovesæ Parisien. (An. 1205.)

III. ○ Lim h inter se pro Abbacia tua, & Parisien. Episcopum, nomine Parisien. Ecclesiæ, super possessione juris parochialis in parochia de Monte, quæ-

gione suborta: (& *infra*.) Nos attendentes, quod (ex eo solo quod populus prædictæ parochiæ, timore sententia suæ per aliquot dies abstinuit a divinis) nullam in eos juris parochialis possessionem idem Episcopus fuerit effectus, nec fueris aliquo modo probatum, quod (eo tempore, quo sententiam ipse protulerit) possessionem in ipsi juris parochialis haberet, vel prius etiam habuisset e, restitutionem ei adjudicare de iure nequiquius, cum ipsum non constiterit spoliatum.

C A P. XVIII.

Recipiens scienter rem invasam a spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet non probet dominium.

Idem in Concilio generali. b (An. 1215.)

Sæpe contingit e, quod spoliatus per spoliatorem in alium re translata, dum adversus possessorem non subvenitur per restitutionis beneficium eidem spoliato, commodo possessionis amissio, propter difficultatem probationum juris d proprietatis amittit effectum. Unde non obstante juris civilis rigore, sancimus, ut si quis de cetero scienter rem talem receperit e, cum spoliato quæ succedat in vitium (eo quod non malum interfit, quoad periculum animæ, iniuste detinere, ac f. invadere alienum) contra possessorem hujusmodi, spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

C A P. XIX.

Occupans certum locum, in quo quis jura libera possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor sua jura libere possidere sicut prius, conveniri potest possessorio pro libertate possidendi: & restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. h. d. valde singulariter.

Gregorius IX. Episcopo Lucan. g

(An. 1232.)

Pisanis ac Lucanis civibus per gravem discordiam (quam diu inter se habuerant) afflictis graviter & attritis: (et j.) P. Subdiacono nostro dedimus in mandatis, ut possessionem, quam in quibusdam castris constat Lucaam Ecclesiam habuisse, sibi prius plene ac libere (sicut tempore motæ discordiæ habuerat) restituta, & super ea, de qua dubietas oriretur, sufficienti cautione recepta (quod juri coram nobis prædicti Pisanis parent) prolata pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret: (& *infra*.) Pisanis igitur assentibus, quod per te stabat, quo minus tibi juxta mandatum nostrum fieret restitutio, & instanter petentibus, ut dictas sententias præfatus Subdiaconus relaxaret, ipse receptis cautionibus de parendo iustitia coram nobis, sententias relaxavit easdem: propter quod tu reputans te gravatum, ad nostram presentiam accessisti, impugnaturus processum Subdiaconi impedisti: (& *infra*.) Porro duo in nostro continebantur mandata, ut videlicet possessio, quam constabat Lucan. Ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, prius restitueretur eidem: ut ejusdem possessionis restitutio fieret plene ac libere, sicut eam habuerat tempore supradicti: quorum primum ad factum, alterum vero referebatur ad modum. Unde licet (prout pars Pisanorum dicebat) in facto mandati formam Subdiaconus ipse adimplere nequiverit, quia non poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem h, nec etiam (secundum quod

a al. Nos igitur. b Vid. l. affor. C. de probat. & l. 1. C. de confess. c altera. d Cap. 1. eod. tit. in 4. comp. e Ovetensis & Zamorensis Episcopatus in Hispania sunt. Vid. Jean. Vasum in ann. Hispan. cap. 22. f Vid. l. nam is. ff. de delo. g Deest in edit. Rom. h Cap. 2. eod. tit. in 4. comp.

Jur. Canon. Tom. II.

a Semel possidens, semper præsumitur possidere. b Later. sub Innocent. III. cap. 43. c Cap. 3. eod. tit. in 4. compilatione quasvis remedia hujus capitis, & quando & quibus competant, tradit Matth. Aff. decif. 250. Practic. Pap. in tit. de forma lib. in causa spoliata possessionis. d al. jus. e acceperit. f aut invadere alienam. g Gregor. Episcopo Lucensi. h Vid. l. diligenter. ff. manda.

quod tu ipse dicebas) affictum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus: fuit tamen in modo peccatum: quia debuit facere, ut Pisanum possessionem pensionum & affictum, quam per eorum concessionem constabat te in castris prædictis habere, tibi dimittere plene ac libere, sicut Ecclesia tua illam habuerat tempore motæ discordiæ: quod quidem esse non poterat, nisi Pisanum castra ipsa omnino dimitterent: quia illis detraentibus castra & munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis & affictus, ea plene ac libere habere non posses, sicut habebas, quando ipsi castra eadem minime detinebant, eo quod quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquunt, te non admittere vel repellere, quando velint a. His ergo diligenter auditis, processum hujusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum iudicamus.

**TITULUS XIV.
DE DOLO ET CONTUMACIA.**

CAP. I.

Reus, qui missendum in possessionem ad mandatum Iudicis non admisit, non multabitur de canonica aquisitione, si intra annum caveat stare iuri. h. d.

Alexander III. Herforden. b. Episcopis.

(An. 1180.)

AD hæc cum e contingat, actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei servandæ, propter absentiam partis adversæ, & per ejus dolum, sive potentiam non possit rem custodiendam nancisci, ac imminente sine anni, reus (ne possessionem amittat) debitum offerat cautionem: cuiusmodi sit pena multandus (quia iussioni non paruit Iudicis) a nobis tua fraternitas requisivit. Ad quod dicimus, quod in Ecclesiasticis personis & negotiis rigor & districtio juris non requiritur: sed (cum iustitia propter hoc non periclitatur) patienter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicio se adstringit.

CAP. II.

Propter contumaciam rei potest Iudex rem petitam sequerari, & ipsum contumacem in expensis condemnare quas propter ipsius contumaciam vel dolum exceptionem actor fecit. hoc dicit Panorm.

Idem Abbati de Ramef. & Archidiacon.

Heliem. (An. 1180.)

EX litteris e vestris accepimus, quod cum vobis causam, quæ inter Monachos de Etollen. f. & Canonicos Linconen. super Ecclesiis de V. & M. vertitur, duxerimus committendam, & Canonicis citati legitime, se contumaciter absentaverint: vos, licet Monachi essent ob contumaciam adversæ partis in possessionem rerum petitarum mittendi, intuitu tamen religionis cum eis mitius agere volentes, possessionem sequestrari fecistis: ut sic saltem Canonici affectu tædio, stare iudicio cogerentur. Tandem Monachis Ecclesiis sibi restitui postulantibus, Canonici responderunt, auctoritatem vestram penitus expirasse, eo quod ad alios Iudices literas impetrarunt, quæ præjudicare prioribus videbantur. Verum quoniam in posterioribus litteris non fuit mentio facta priorum, nec in eis nomina continebantur Ecclesiarum, quæ in prioribus posita fuerant, sed g. indefinite dicebatur, super quibusdam Ecclesiis: nos attendentes malitiam & dolum nulli patrocinari debere, mandamus, quatenus prædictam h. causam secundum formam priorum literarum (non obstantibus

posterioribus) terminetis: expensas, quas propter hoc Monachi fecisse noscuntur, eis a Canonicis restitui facientes.

CAP. III.

Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debet, etiam lite non contestata, reo instante: hoc dicit, secundum communem intellectum.

Idem Exon. & Vinsonien. a. Episcopis, & Abbati Herforden. b. (An. 1160.)

CAusam, quæ inter F. & R. Eilium Agathæ de natiuitate ipsius A. vertitur, vobis, fratres Episcopi, & Londonen. Episcopo commissus terminandam: (& infra.) Caterum, si adversarius suus legitime citatus, ad præsentiam vestram accedere, vel iudicio vestro parere contempserit, aut etiam se absentaverit (cum de Anglia recessisse dicatur) Procuratorem ejus, si quem reliquerit, convocetis: qui si venerit, siue non, aut si Procuratorem non dimisit, denunciationibus ad domum ejus missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad profertendam sententiam procedatis. d.

CAP. IV.

Si reus post litem contestatam est contumax, si alias liquet de causa, fertur definitiva sententia: si non liquet, actor in veram possessionem inducitur.

Urbanus III. de Novo loco, ex de Viger. Prioribus. c. (An. 1185.)

PROUT nobis f: (& infra.) Reum, quia g. contumaciter a præsentia vestra recesserat, juratoriam coegit exponere cautionem, quod coram vobis iuri pareret. Cumque die præfixa vestro se conspectui præstasset, prætextu Advocati, quem non habebat, respondere solita malitia recusavit. Tandem actore instante respondit, quod quadraginta annis decimas, de quibus erat contentio, percepisset: variisque postmodum excusationibus utens, in vocem appell. prorupit, & contumaciter iuramento contempro recessit. Ideoque mandamus, quatenus ad convincendam h. ejus malitiam, semel cum ad præsentiam vestram convocetis: & si venerit, finem imponatis negotio competentem: quod si venire contempserit, causam (utpote lite, quæ ingeritur, contestata) definitiva sententia terminetis, vel præsentem saltem adjudicetis possessionem, servata duntaxat quæstione proprietatis absentis.

CAP. V.

Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam objicit, quam non probat in continenti, sed accipit inducias: si defecerit in probando, condemnatur in continenti, definitiva non expectata, in expensis, ac solvere cogitur: quod si non potest, punietur in corpus secundum arbitrium Iudicis. h. d. notab. iste text. secundum lecturam, quæ placet Panorm.

Innocentius III. (An. 1206.)

FIAEM litibus i. cupientes imponi, ne partes ultra modum graventur laboribus & expensis k, præsertim cum de beneficiis Ecclesiasticis litigatur, quæ sine dispendio diu vacare non possunt: Præsentem decreto statuimus, ut postquam intentionem suam altera pars fundaverit, si reliqua forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit l. aut nequeat in continenti probare. Quia frequenter ad impediendum vel differendum processum,

exce-

a Vid. Abbat. & Felin. in hunc locum b al. Herford. alis. Elforden. c. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lateran. sub Alexand. III. pars. 3. c. 1. d. vid. l. unicam. ff. si quis jus dicen. non obtemp. c. Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 41. c. 6. & c. 2. eod. tit. in 1. comp. f. Crosten. al. Exoliz. g. sed tantum indefinite, &c. h. al. præscriptam.

a Vigoru. b al. Forden. c. De citatione vide Sacin. reg. 71. incipiente: citandus personaliter. d. Vid. l. consensaneum. c. quomodo es quando iud. per Barr. e. fratribus de Giseber. f. C. 4. eod. tit. in 1. compil. g. al. ita: qui contumaciter a præsentia vestra recessit. h. convincendum. i. C. 1. eod. tit. in 3. compil. k. Vid. l. 4. es ibi Barr. §. hoc autem iudicium. ff. de dem. inf. es in l. ad peremptorium. ff. de iud. l. Vid. l. qui se patris. C. unde liberi. et l. filii usar. §. 1. ad Tertull.

exceptiones hujusmodi per excogitatum malitiam opponuntur, ad solvendas alteri parti moderatas expensas extunc in judicio faciendas, cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit, condemnerur. Et si solvendo non fuerit, alias a secundum arbitrium discreti Judicis puniatur: ut hoc saltem timore perterritus, non facile quis in gravamen alterius falsas exceptiones opponat.

C A P. VI.

Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius potest post terminum: alias condemnabitur in expensis a tempore citationis emissa.

Idem Praesefinen. Episcopo, Apost. sed. Leg. & Decano Brixen. (an. 1169.)

Cum dilecti b filii nuncii Leodicen. c electi pro eo ad sedem Apostolicam accessissent, Archidiacon. & H. Canonici Leodicen. Ecclesiarum, nomine suo & quorundam Concanonicoꝝ d suorum (quorum literas exhibere de rato) contra eundem electum quadam crimina proponerent, per quae nitebantur eum ab electione repellere ut indignum: (& infra.) Quamvis autem ex eo quod idem electus a gravamine adversae partis appellaverit, & appellationem non fuerit per sufficientes Procuratores e, cum possit (illis prosequentibus) persecutus, non levis exorta esset suspicio contra eum. Volentes tamen juris ordinem observare, ipsi mandamus, quatenus usque ad Dominicam, qua cantatur: *Ego sum pastor bonus*, per se, vel per Procuratorem sufficientem, ad praesentiam nostram accederet. Super praedictis omnibus responsurus, alioquin cum assignarem ei pro pretemporiorum terminum supradictum, sciret, quod (quantum de jure possemus) procederemus extunc in negotio memorato f. Expectantibus igitur adversariis, ipsum diu & ultra terminum duximus expectandum: sed ipse direxit simplicem solummodo nuncium excusationis literas afferentem, scribebat enim, quod nuncium (cui cum a nobis recederet, injunximus viva voce, ut citaret eundem) sero receperat, unde non poterat, tum propter termini brevitatem, tum propter viarum discrimina, nostro se se conspectui praesentare. Sed contra hoc faciebat, quod sicut excusatorem direxerat, sic dirigere poterat h responsalem: cum ei non fuisset injunctum, ut ad causam in propria persona duntaxat veniret, sed vel ipse accederet, vel Procuratorem idoneum destinaret. Praeterea cum mandatur alicui, ut ad certum terminum se Judicij repraesentet, duo sub hac forma mandantur, ut ad Judicem veniat, & ad diem sibi praefixum accedat. Unde si venire non possit ad diem i assignatum, tenetur nihilominus se Judicij praesentare. Si enim mandatur alicui, ut alij ad certum diem certam rem exsolvat; non ideo erit a mandato solutus, si solvere nequiverit die data: imo ad solutionem (elapso etiam die solutioni praefixo) tenetur. Quapropter quia dictus electus nec venerat, nec sufficientem miserat responsalem, ad diem sibi statutum, vel post, etiam diutius expectatus, nec de vicino ejus adventu spes erat, utpote qui per literas utcumque excusaverit moram suam, & calores aetivos, & insidias sibi positas formidabat, eum reputavimus contumacem k, & ad legitimas & moderatas expensas, quas adversarii ejus fecerant a tempore citationis emissa, quem l extunc expectare inceperant, ipsum curavimus condemnare.

a *Miser.* b C. 2. eod. tit. in 3. compil. c *Leodicen.* d al. *Canonicoꝝ.* e *Vide leg. si quis stipulatus. in fin. cum not. ff. de verb. sig. l. v. de l. si finita. §. Julianus. ff. de damn. infecti. per Bart. §. diu etiam ultra, & c. h. Nuncium responsalem. i *Diem sibi.* kl. 2. & ibi *Bart. C. de jur. calum. & l. ejus qui ff. de jur. fisci. l. al. quam.**

C A P. VII.

Sententia in causa beneficii, non transit in rem judicatum respectu superioris, quo minus possit de juribus partium inquirere, maxime quando sententia fuit lata contra absentem, licet contumaciter, & indefensum.

Idem Armachano & Caselenensi Archiepiscopis. a (an. 1170. Roma in Hispaniam.)

Cum olim D. b Clericus (Coelestino Papae praedecessori nostro, diversis Praelatorum Hyberniae literis praesentatis) se assereret in Episcopum fuisse Rosensem electum, nullusque appareret, qui aliquid contra eum proponeret: dictus praed. n. ei munus fecit consecrationis impendi. Postmodum F. & G. Monachi ad ejusdem praed. n. praesentiam accedentes, uterque se asseruit a Canonice Rosensem fuisse electum, & quod praedictus D. per falsas literas fuerat consecratus & propter quod idem praed. n. causam vobis sub ea forma commisit, ut de forma & processu electionis memorati D. sollicito quaereretis: & si eum electum canonice fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere, alioquin inter praedictos F. & G. audieritis causam: & cujus electionem canonicam, & magis rationabiliter factam invenieritis, alterius curaretis electioni praeferre: (& infra.) Cumque a vobis dictus D. tertio citatus, vestro se nollet conspectui praesentare, procedentes in causa, tam ex testimonio Cleri & populi Rosensis Ecclesiae, quam assertionem Regis Coarctae c, & Praelatorum provincia de praedicto F. electionem fuisse celebratam canonicè didicistis, & eam d curavistis auctoritate Apostol. confirmare, praesertim cum Capitulum Rosensis Ecclesiae dictum D. se non elegisset constanter assereret, nec de praedicti G. Monachi electione aliquatenus cogitasse. Interim memoratus e D. ad Apostolicam sedem accedens, super quibusdam aliis gravaminibus & injuriis contra dictum F. & quosdam alios literas impetravit: dictus F. f postmodum ex parte vestra nobis literas praesentavit, quae qualiter a vobis in commissione praedicta processum fuerat, continebant: (& infra.) Volentes igitur adhuc misericorditer agere cum absente, ut ejus malitia convincatur, dictum F. ad vos duximus remittendum, mandantes, quatenus non obstante, quod ejusdem F. fuit electio confirmata, praedictum D. si in Hybernia poterit inveniri, legitime citetis ad causam, & (facultate sibi defensionis indulta) in causa ipsa canonice procedatis. Qui si inventus, intra tres menses vestro se conspectui contempserit praesentare, ad consecrationem dicti F. (omni occasione postposita) procedatis. Si autem in Hybernia inventus non fuerit, indulto sibi unius anni spatio, ex quo ad nos, etiam non verbo, facto tamen intelligitur provocasse (arrepto itinere ad sedem Apostolicam veniendi) dicto F. administrationem Rosensis Ecclesiae in spiritualibus & temporalibus committatis: quo elapso, eum non differatis in Episcopum consecrare.

(a *Ac tu frater Casalen. alterum illorum, quem rationabiliter duceres confirmandum, in Episcopum consecrastes. Unde sicut ex literis vestris accepimus, cum dicta commissionis vobis fuissent literae praesentatae, juxta tenorem earum primo de electione praedicti D. inquirere voluistis.*)

(b *Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes, ne sicut praedictus p. n. per literas, quas idem D. ei praesentaverat, dicitur circumventus, nos etiam circumveniri contingeret per literas vestras, nobis ab eodem Monacho praesentatas.*

CAP.

a al. *Archiepiscopo & Episcopo Lavin.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c al. Coarctia. al. Coarctaja. al. Coarctana. d al. eum. e Interim autem. f In omnibus exempl. dictus F. postmodum ex parte vestra nobis literas praesentante, quae & c.*

C A P. VIII.

Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam sine non contestata testes recipi possunt, & sententia diffinitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc mereatur delictum.

Idem.

Veritatis a est verbum organo dominice vocis emissum: (& infra.) Sicut Canonici Curien. in nostro auditorio retulerunt, E. Curien. Episcopus Ecclesiam suam non solum dilapidando depressit, sicut publica predicabat infamia, sed etiam homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit; (& infra β.) Super his commissimus primo eandem Tridoni. b Episcopo, & Abbati Montis sancte Marie, & Præposito de insula, secundo quoque Brixien. si Episcopo, & ipsi Abbati & Præposito; (& infra.) Verum cum Episcopus ipse priorem iudicium præsentiam adire per contumaciam contempnisset, auctoritate nostra iure per ipsos iudices ab officio beneficioque suspensus: (& infra.) Tandem vero coram iudicibus canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed frivolam tunc excusationem malitia concepta prætendens, experiri eum Canonice in iure neglexit; qua de causa nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes Episcopum ipsum, vel potius suspensionem a iudicibus factam auctoritate Apostolice confirmantes, tertio super his Cumano Episcopo & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius Episcopi, commissimus audiendam, qui paribus citatis, cum nec per se, nec per responsalem idoneum comparuerit, in eundem propter inobedientiam, excommunicationis sententiam protulerunt, testes ex parte vestra c (quemadmodum in mandatis a nobis acceperant) admittentes, scilicet Abbates, Priores, Præpositos, & alios religiosos viros, per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum: (& infra.) Nos igitur videntes ordinem iudicarium in hoc facto fuisse servatum, considerato præterea d, quod post sententiam in se datas e celebrare præsumpsit, cum multi Prælati Ecclesiarum contra eundem Episcopum scripserint, nec unus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando: in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam utique volentes, licet absentes corpore, præsentem tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem Apostoli f, volumus sententiam pergetur depositionis in ipsum: & eum tam a Pontificatu, quam ab omni officio sacerdotali privantes, sine spe restitutionis reliqua duximus condemnatum: ea nihilominus in irritum revocantes, quæcumque post inhibitionem Apostolice sedis, seu factam suspensionem g & excommunicationem, de rebus Ecclesie alienare præsumpsit.

α Quod arbor, quæ terram inutiliter occupat, digne exciditur, et in ignem missi censetur, ut terra qualibet, quæ sub nociva occupatione inutilis arboris sterilis habeatur, per novam plantationem ad fructificandam culturam recipiat congruentem. Huic nimirum arbori h quoddam Curien. Episcopus non immerito comparatur, qui Curien. Ecclesiam usque modo per violentiam detinuit, &c.

β Nos autem, utpote quibus hæc imminere corrigenda, cum ipsi Canonici vestri bono zelo arbitrantur industi prædictum Episcopum accusare intendentes, enormitates eiusdem ad aures nostras deferre curarunt, timentes, ne sicut in decreto Gelasti continetur, aliquam offensam incurverent; si huiusmodi excessus auditui catholice Ecclesie suppressendos parerent, primo causam ven. f. n. Trudeni Episcopo & dil. fl. Abbati S. Maria & Pra-

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. vide Ludov. Rom. sing. 410. incip. Tu seis duas regular. b al. Triden c nostra. d etiam. e latus. f 1. Cor. 5. g vide l. Fulcentius, si quid h autem. f. ex quib. caus. in poss. casur. per Bartol.

posito de insula, secundo quoque ven. f. n. Brixien. Episcopo & ipsi iterum c Abbati, & Præposito, &c.)

C A P. IX.

Actor non admittitur in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei servanda, vel ab ea expulsus, per lapsurum anni verus efficitur possessor.

Idem in Concilio generali. a (Can. 1216.)

Contingit b interdum, quod cum actor ob contumaciam adversa partis adjudicatur (causa rei servanda) possessio: propter rei potentiam, sive dolum, actor intra annum rem custodiendam nasci non potest, vel acquiritur c amittit: & sic (eum secundum multorum assertionem verus non efficeretur post lapsum anni possessor) reporter commodum ne malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis existat: de canonica aequitate sanctimus, ut in casu præmissio, actor verus constituatur elapso anno possessor.

C A P. X.

Si reus non invenitur, sufficit publice citationem ad Ecclesiam suam proponi.

Gregorius IX. Archiepiscopo Burdegalsi. (an. 1235.)

Venerabilis frater noster: (& infra.) Volentes finem imponi litibus, ne immortales existant: mandamus, quatenus ad initium proxime venturæ Quadragesimæ d (quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum) super iuræ primatiæ, quod Bituricens. Archiepiscopus in te ac in provincia tua se habere proponit, per te, vel per Procuratorem idoneum sufficienter instructum ad litem contestandam, & ad alia omnia negotia, peragenda, quæ necessaria decisioni negotii videbuntur, nostro te conspectui præsentens. Nos vero nihilominus Archidiacono Tranvigeni. & magistro M. Canonico Turonensi dedimus in mandatis, ut & ipsi ad eundem terminum auctoritate nostra iuxta præmissam formam te peremptorie citare procurent: & si non potes inveniri, faciant, ut citationis edictum per ipsos vel alios, apud Ecclesiam tuam publice proponatur.

TITULUS XV.

DE EO QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSÆ REI SERVANDÆ.

C A P. I.

Missus in possessionem ex primo decreto in reuli, per lapsurum anni veram & incommutabilem illius possessionem acquirit: licet passus missionem, habuerit intra annum voluntariam cautionem præstandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. h. d. secundum verum intellectum. Alexander III. Priori & fratribus de Guiseburch. f (an. 1180.)

Constitutis in præsentia g nostra R. Canonico vestro, & responsalibus Præpositi de Berill super possessione Ecclesie de Lamento (in quam causa rei servanda fueratis inducti) hinc inde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex utriusque partis assertionem tenuimus, quod licet causa rei servandæ tantum, in eisdem Ecclesie possessionem inducti fueritis, intra annum tamen altera pars standi iuri non præstitit cautionem, licet voluntatem h præstandi habuerit, & vos eam parati recipere fuistis.

a Lateranens. sub Innocent. III. cap. 40. b Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. c nullam. d vide l. Quadragesima C. de fer. & vos, negotia, deest in omnibus manusc. e al. Giseburch. g Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexan. III. p. 3. c. 4. h vide l. si reperiendi. C. de cond. ind. & l. prætar. & illi Bart. de novi oper. nunciati.

fuisset. Ideoque decernimus, ut amodo possessionem præscriptæ Ecclesiæ (salvo jure, quod idem Præpositus in petenda Ecclesiâ habere dignoscitur) absque contradictione qualibet habeatis. Ut autem nostræ diffinitionis sententia inviolabiliter observetur, eam Apostolico duximus patrocinio roborandam.

C A P. II.

Tempus annale non currit missionem passa, si intra illud cautionem Judicibus, vel alteri eorum aliis absentibus obtulit: licet per eos, seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum.

Clemens III. Episcopo & Archiep. Eboracensi.

(An. 1189.)

CUM, sicut accepimus, inter P. Subdecanum b, & Abbatem & Conventum sanctæ Trinitatis, super Ecclesiâ de Capite, e quaestio vertetur: de Taurino d & de Corinth. Abbates, ac Archidia. Chima. a sede Apostolica delegati, Moniales ipsas rei servandæ causa, in possessionem rei petita miserunt. Unde cum hoc ad Subdecani e notitiam pervenisset, ad Archidia. prædictum accessit, & offerens ei sistendi iudicio cautionem, (quoniam Abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & Abbas Taurinensis viam) suæat universæ carnis ingressus) possessionem intra annum sibi resignari cum instantia postulavit, sed non potuit obtinere: (es infra. a.) Diffinitioni vestræ mandamus, quatenus si est ita, sistendi iudicio ab eo cautione recepta, ei possessionem restitui faciatis: nec obstarè volumus, quod annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit, quo minus intra annum & possessionem receperit, & dederit cautionem.

(a) Processu vero temporis Moniales, quas duximus ad ven. f. n. Abbatem S. Catherina & I. de veteri Pontif. Archid. Rothomagen. literas alias impetrarunt; quarum iudicium ideo Subdecanus, sicut asserunt, subire recusavit, quod præd. Archiepiscopum habes certâ ratione suspectum, et metuit, ne ejus conjudices ad partem quamlibet ejus nulli de facili traherentur: Quia vero nec invidus suspectorum iudicium compellitur iudicio subijci.)

C A P. III.

Si passus missionem, repetens possessionem, allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum, præfita cautione, et dilata condemnatione expensarum, quam evitat, si postea contiterit eum non fuisse contumacem.

Innocentius III. Urbinar. & Senagolensi

Episcopo. (An. 1210.)

CUM venissent ad Apostolicam sedem Abbas sancti Angeli, & P. Gal. idem P. proposuit, quod prædictus g Abbas eum super quadam possessione coram Joan. Apost. sedis Legato traxit in causam: (es j. a.) Verum Legatus ipse causam commisit Judicibus, secundum jus & bonam terræ consuetudinem h terminandam: qui cum secundum jus tantum vellet procedere, præfatus P. nostram audientiam appellavit: sed Judices nihilominus partem adversam in possessionem rerum petitarum inducendam causa custodia decreverunt, ita quod si usque ad annum & diem præstaret sistendi iudicio cautionem, & partem alteri triginta libras restitueret pro expensis, reciperet possessionem eandem. Cumque G. sedis Apost. Legatus intra annum fuisset terram illam ingressus, ipse

cautionem standi juri obrulit coram eo, & possessionem sibi restitui postulavit, paratus expensas restitueret factas in litem, quæ sex librarum summam (sicut asserit) non excedunt: sed Abbas triginta librarum sibi restitui petit quantitatem: (es infra.) Nos igitur ipsum P. cautione præfata in possessionem a credimus reducendum, hoc etiam decernentes, ut si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse contiterit (ad quæ ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur: alioquin (cum ex hoc appareat eum frustratorie appellasse) ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas Abbatem contiterit propter hoc necessarias in lite fecisse.

(a) Quod si secundum bonam terræ consuetudinem responderet coram eodem asseruit Card.)

C A P. IV.

Contra absentem, qui non dimisit Procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente, sit missio. h. d. suppleto ad literam maxime, ut dicitur in gloss. Et est verus & notabilis intellectus.

Gregorius IX. (An. 1236.)

SI adversarius tuus post citationem edictam, ad remota loca se transferens, Procuratorem legitimum non dimisit, & denunciatione publice facta domi, non apparet, qui defendat eundem: jure petere potes, ut in possessionem earum terrarum, de quibus quaestio vertitur, causa custodia inducaris. b

T I T U L U S XVI.

UT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR,

C A P. I.

Privilegium etiam a Principe impetratum, per quod privatur quis sine causa cognitione lite pendente usu possessionis, tanquam surreptitium non valet, seu tanquam rationi obvium est revocandum.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.

(An. 1170.)

A Memoria e nostra non excidit: (es infra. a.) Statuimus, ut literæ prohibitionis, quas ad petitionem Archiepiscopi Cantuariensis tuæ fraternitati direximus, nullum præjudicium faciant, quo minus tibi & successoribus tuis liberum sit (quemadmodum vobis est beneficio privilegiorum Apostol. sedis indultum, & tu & prædecessores tui consuevisti facere) ante vos per totam Angliam deferre crucem, quousque diffinitiva sententia decernatur, an Ecclesiâ tuâ de jure hoc debeat habere. d

(a) Qualiter in primo anno nostræ provisionis scriptum literarum sel. n. præd. n. Honorii Papa nobis feceris presentari, in quo consuebatur, antecessoribus tuis Apostolica benignitate esse indultum, ut tam eis, quam successoribus suis liberum esset per totam Angliam ante secessionem deferre. Nos vero antecessoris nostri vestigiis inhaerentes, tibi scripti nostri munimine confirmamus, quod antecessoribus tuis erat a prædecessore nostro indultum. Postea vero S. et veneranda mem. T. quondam Cantuarien. Archiepiscopi existimans hoc in præjudicium, vel in depreffionem juris et dignitatis suæ Ecclesiæ redundare, exinde cepit quaestionem movere, et propter hoc ad sedem Apost. appellavit, affirmans, si bene meminimus, quod tibi et prædecessoribus tuis id nullatenus licuisset. Siquis factum est, ut nos tibi præscripta nostra

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. b Subdiaconum. c al. Col. d al. Taurinensi, & de Colle Abbates & Archid. Chimeren. al. ita: Thaur. & de Conis. Abbates & Archid. Chimen. e ad eisdem Subdiaconi, & c. f Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Dec. in c. Ecclesiâ S. Maria. de consis. & cap. consultationibus de offic. delegat. & Roman. singul. 414. g In Codice Barbar. quod cum dictas Abbas eum super quadam possessione coram l. Ap. sed. Leg. traxerit, & c. h Consuev. de terra ligat Clericos. Vid. l. 1. C. de summi. Trinit. & ibi Dd. & deficiente terra consuetudine, tunc ad quam sit recurrendum, vid. gloss. in cap. consuetud. dist. 1. c. c. illud. dist. 12.

a Decrevimus, in Codice Bar. b Vid. leg. 2. ff. quis in jus voc. non ierit. per Bar. c Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. et adde notandum hujus capituli, in quibus contra hereticos defenditur consuetudo gestandi crucem. d Hodie de jure possunt Archiepiscopi crucem ante se deferre per quavis loca eiam exempta sua provincia, quovis privilegio contrario non obstante. Clemens. ultim. de privileg. et quod dicit hic gloss. in verbo, de jure, procedit de jure antiquo.

nostra prohibuerimus, ne in provincia Cantuarien. Ecclesia, donec de causa ipsa cognoscatur, ante te crucem deferre aliqua ratione audeas. Quia igitur per dil. fil. nostros L. & A. Clericos tuos gravem coram nobis querimoniam deposuisti, asserens, quod te de possessione hujus rei, quam tu & antecessores tui habuisti, ante cognitionem iudicij spoliastemur, volentes nos tibi tanquam ven. f. nostro deferre, & jura sua integra illibataque servare, presentibus literis).

C A P. II.

Accusatus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente privati possessione conjugali.

Clemens III. a (An. 1197.)

Laudabilem: (es j.) Quærit, quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum: (es j. a) Ad quod c breviter respondemus, quod conjugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, jure, quod habet in altero, privati non possit.

(a) Aut quandiu dissimulari possit vel potius sustineri. Ad quod breviter respondemus, quod cum Alexand. III. aperte prohibeat, ne ab invicem, donec justa fiat causa examinatio, separentur, & Symmachi Pape contineat institutum, ut Prælati aliquis accusatus, antequam ea, qua obijciuntur, luce clarescant, relinqui non debeat a subditis in presenti articulo).

C A P. III.

Qui rem litigiosam alienavit, ita quod rehaberi non potest, debet æquivalentem sustinere in locum illius, quam alienare non poteris. h. d. cum seq.

Innocentius III. Abbati & Conventui sancti Sylvestri. (An. 1199.)

Ecclēsia sanctæ Mariæ d in via lata contra Joannem de Ateja (qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra justitiam detinere) movit sub L. Judicis questionem e: (& infra.) Prohibemus, ne possessiones, quæ successerunt in locum & us illarum, quas ab Joan. de Ateja Ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodem Joan. lite pendente translata, alienare interim præsumatis: ut si Ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosæ contractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret, monasterio vestro minime possidente) fit, quod evincere valeat & habere.

C A P. IV.

Idem dicit, quod in præcedenti.

Idem.

Ecclēsia sanctæ Mariæ f: (& infra) Possessionem qua fuerat, prætermisso juri ordine, prædicta Ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat g: (& infra.) Nos quicquid ab aliis factum fuit (postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negotium revocavit) irritum decernimus & inane: (& infra.) Verum quoniam præfatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Joan. de Ateja, alii locationis titulo assignatis, neque restituere poteratis Ecclesia spoliata: loco ipsius tantundem possessionum æquivalentium, ad arbitrium bonorum virorum, ipsi Ecclesiæ fecimus assignari: quas cum alij fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris reliquaverunt.

C A P. V.

Lite decidenda est secundum jura existens tempore controversiæ, non autem secundum privilegium impetratum lite pendente, nisi de lite pendente mentionem facias.

a Alias, Cælestinus. b Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. c Ad quod tibi breviter, &c. d Supr. cap. 10. de constit. e qua hic abscessa sunt, supra integra posita sunt, cap. 10. de constit. f Supr. de constit. c. 10. in tertio, sub titulo de restitut. spoliat. g l. supra p. p. dicit. & ibi Barthol. de re iudic.

Honorius III. Cancellario Cantori, et A.

Canonico Parisien. (An. 1221.)

Dilectus filius, magister & persona Ecclesiæ de Basilevilla a, exposuit coram nobis, quod cum inter prædecessorem suum ex parte una, & Priorem ex Monachos de Basilevilla ex altera, super decimis novarum intra fines parochiæ suæ contententium, quæstio emerisset, & pendente coram Judicibus delegatis, Abbas & Conventus majoris monasterii Turonensis quibus subsunt Prior & Monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt a sede Apost. indulgentiam super perceptione hujusmodi decimarum: cujus prætextu Prior & Monachi supradictas decimas sibi vindicare contendunt, licet in indulgentia de dicta questione facta mentio fuisset. Ideoque mandamus, quatenus eisdem Judicibus injungatis, ut (indulgentia non obstante prædicta) in negotio ipso procedant, juxta traditam sibi formam.

TITULUS XVII.

DE SEQUESTRATIONE & POSSESSIONUM ET FRUCTUUM.

C A P. I.

Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fueris violenter electus. Vel notabilibus sic: Sequestrum factum loco missionis propter scandalum evitandum, revocari debet oblata cautione et restitutis expensis.

Innocent. III. Mediolanen. Archiepisc.

(An. 1206.)

AD hoc unxit nos Deus e (& infra.) Abbas de Regula d nobis exposuit, quod cum M. prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum & monasterium suum fuerat agitata, obtinisset Veronensi Episcopo literas destinari, & ipse super iudicio possessionis partim pro monasterio, partim pro Archiepiscopo sententiam protulisset, procuratore ipsius monasterii questionem de proprietate postmodum intentare volente, Archiepiscopus jurisdictionem Episcopi opposuit extrinsece, asserens causam possessionis tantum, & non proprietatis fuisse commissam: & quia super possessione pronunciataverat, semel sanctus officio suo, super questione proprietatis deinceps cognoscere non valebat: (es infra. r.) Sed Judex actorem in possessionem (quæ fuerat per ipsum Archiepiscopo adjudicata) propter ejusdem contumaciam mitti decrevit, a qua tamen Archiepiscopus violenter monasterium ejecit: (es j. β.) Cæl. Papa prædecessor noster, sic suum interpretatus fuit rescriptum, quod tam causa possessionis, quam proprietatis, fuerat iudici delegata, cum absolute & indistincte commissa fuerit, & ejus contentia dividi non deberet: prælibatam quoque possessionem pro suo arbitrio sequestrari præcipit, injungens Regin. & Mutinen. Episcopis, ut de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, & possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum: (es j. γ) in eam statum contentiam causa reducemus, in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster causam proprietatis & possessionis Reginen. & Mutinen. Episcopis commisit: mandato sequestrationis penitus revocato: (es infra.) Ne autem monasterio videamur in suo jure deesse, moderatas expensas (ex quo Episcopus Veron. ipsum in possessionem induci decrevit, utique ad satis factionis tempus oblata) propter hoc factas sibi restituendas esse censemus: & a te sufficientem præberi standi iudicio cautionem.

(a Ad

a Baceruilla. alit. Bassavilla. b In nonnullis antiquis ita: De sequestratione possession. rerum et fructuum alit. possessionis. c Cap. 2. eod. tit. in 3. compilatione. d al. de Stragula. al. Orcenii de Regu. a Crd. S. Benid. diocesis Tarnicost. e Sic abscessum.

Ca Ad hac pars monasterii inter alia respondebas, quod causa, qua inter Archiepiscopum et monasterium versabatur, fuerat Episcopo memorato absoluta et indistincte commissa, et sic contentiam causa dividi non debere dicebas, in hanc nimirum et alias rationes cum Iudex plenius adversisset, et alterem, etc. ut hic.)

(*β* Cumque processu temporis utriusque partis nuncii propter hoc ad sedem Apost. accessissent bon. mem.)

(*γ* Nos autem supradicto Alberi, mandavimus, ut illis literis, quas ad Bon. et Ferrariem. Episcopos super restituenda sibi possessione cum fructibus per mandatum impetravit, omnino careret.)

C A P. II.

Si missus in possessionem causa custodia fructus dissipat, dissipati revocantur, et cum alii sequestrantur.

Honorius III. Priori Daben. et Decano de Calinen. (an. 1220.)

Dilectus filius a R. Rector Ecclesie de Bethusia, sua nobis petitione monstravit, quod cum inter ipsum ex parte una, & Abbatem, & Conventum de Cisteria & ex altera, super eadem Ecclesia, coram Abbate de Sibiron. & eius collegis questio verteretur. Iudices ipsi predictos Abbatem & Conventum in possessionem ipsius Ecclesie causa custodia induxerunt, qui fructus medio tempore perceptos pro sua distrahant libito voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestrari predictos, si quid de ipsis per eos distrahant inveneritis, in statum pristinum revertis.

C A P. III.

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licet rei petita fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo. Gregorius IX. (an. 1232.)

AB eo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipantur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

TITULUS XVIII.

DE CONFESSIS.

C A P. I.

Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non est alteri infligenda pena aliqua: infamato tamen est indicanda purgatio.

Clemens III. (an. 1190.)

Cum monasterium: (& infra.) Eos, quorum suggestione scelus homicidii Presbyter d se perpetrare proponit, nisi aliis modis verum esse contineat, nulli censemus penam subdendos: cum si secundum utriusque juris statuta, de se confessi super aliorum conscientiam interrogari non debent, (& crimine laesa maiestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est adversus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia huiusmodi laborare cognoveris, singulis eis (adjunctis tribus fociis sui ordinis) purgationem iungas.

C A P. II.

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pena ordinaria, utiamsi directe contra eum non agatur. h. d. secundum glossam. Et est casus notabilis & verus in se. Vel summa sic, secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit gloss. licet non perfecte explicet: Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest ju-

a De materia huius cap. vid. Felin. post Joan. Andr. in cap. examinata. sup. de iudic. Socin. in Reg. 458. verbo sequestrato. b Glostria. c Adde, ista verba importare liberum arbit. l. 1. ff. de re mil. et ibid. Bart. d In aliquos antiquis ista se Presbyter, et cetera. e Vid. l. fin. cum gl. et ibi Bart. in l. maritus. ff. de quaestio. f al. quia.

dex ordinarius novum inchoando processum, illum punire pena ordinaria. h. d. singulariter Abbas.

Innocentius III. Canonicis de Bethlehem.

(an. 1208.)

Cum super electione a Bethlehem. Ecclesie inter R. & P. questio verteretur b: (& infra.) Quoniam V. Canonicus Bethlehemitanus fuit in iure confessus, quod pro praestando alterius electioni consensu, quingentorum Sarracenorum obligationem receperat, & mediator extitit simoniace pravitate: Nos (quoniam vitium huiusmodi persequi volumus, ut debemus) ipsum per definitivam sententiam duximus ab omni beneficio & officio Ecclesiastico deponendum.

C A P. III.

Confessio facta in iure per Oeconomum Ecclesie, nocet ipsi Ecclesie: potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse. h. d.

Gregorius IX. B. c. Judici Viserbiens.

(an. 1232.)

EX parte Abbatis & Conventus monasterii sancti M. fuit propositum, quod cum inter ipsos ex parte una, & V. nomine suae uxoris ex altera, coram te questio verteretur, Oeconomus monasterii memorati, quidam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet a sibi praedictum generari. Cum igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus de huiusmodi potuerit errore docere, provideas, ut nullum sibi super hoc praedictum generetur.

TITULUS XIX.

DE PROBATIONIBUS.

C A P. I.

Reus actori sua propria instrumenta edere non solum ita communiter summatur.

Gregorius Tancredo Regi Vinestria. e (an. 597.)

EX epistola verbis f: (& infra.) Tua exactione postulat, ut Imperatori scriberem, quatenus & pacta in chartophylacio requireret, quae dum inter Justinianum Principem & praedecessores tuos fuerunt emissa, ut ex his colligeret, quid tibi servare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nulli dicendum est, ea quae contra te sunt, apud te ipsum debes documenta requirere, in mediumque proferre.

C A P. II.

Actor, qui plene probavit, non debet compelli jurare. Alexander III. (an. 1176.)

Sicut h. consuetudo laudabilis: (& infra. a) Sane quoniam apud vos consuetum esse didicimus, ut cum aliquis intentionem suam fundaverit instrumentis, aut testibus, ei sacramentum nihilominus deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus i non habetur. Nos (cum tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cum alia legitima probationes deesse noscuntur) talem consuetudinem reprobamus.

(*α* Nulla debet novitate convelli, sic quod noscitur moribus introducere, obvia ratione non debet dissolvi.)

C A P. III.

In communi iudicio probant actor et reus: et si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam soveat actor.

Lucius

a Cap. un. eod. tit. in 3. compil. b qua hic desunt, reperies sup. c. cum supra. de causa poss. & propr. c. Bich. d In Codic. Barb. ex quibus timent monachi, sibi etc. in omnibus manuscr. legitur, simeus. e Alia, Tancredo. videtur esse Gregorius VII. al. Tancredo Regi Visigoren. sed legendum est Recardo Regi Visigorenorum, ex libro septimo Epistol. 122. fve 126. Reg. B. Greg. f Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. g quod. h Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. i alie probationis.

Lucius III. Cistren. a Episcopo. (an. 1181.)

EX b literis tuis intelleximus, & te & Archidiaconum confines habere Præbendas in villis, quas singuli singulas possideris, & prætextu terminorum inter vos controversiam agitari, eo quod dicas eum antiquos fines egressum, partemque tui fundi occupasse: illo in contrarium asserente, se partem eandem fundi possedisse, quadraginta annorum spatio inconcusse: tu autem, quod per idem tempus quiete illam possederis asseveras: quare utrum incumbat petitori vel possessori probatio, quaesivisti. Ad quod scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, ut in eo utraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris & rei. Unde hinc inde testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam: quibus examinatis, iudex quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittit.

Quod si ambarum partium testes sint æque idonei, possessoris testes præferentur, cum promptiora sint iura ad absolvendum, quam ad condemnandum: præterquam in liberali causa, in qua si utriusque partis testes æquales fuerint, pro libertate sententia proferetur: nam possessori probationem aliquando dari, juris manifestum est, cum iure cautum sit, quod qui objecerit præscriptionem longissimi temporis (quam nemo recte objicit, nisi qui possidet) & eam probaverit, in causa debeat obtinere.)

C A P. IV.

Non creditur marito asserenti etiam cum juramento, uxorem se cognovisse, si uxor per matronas attestantes, per ipsius corporis aspectum probat contrarium.

Gregorius VIII. Præpositus sancti Caroli & Archiepiscopo Casæ majoris. (an. 1187.)

Proposivisti, e quod causa matrimonii, quæ inter O. de Casa nova, & O. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato Apostolico delegata, cumque partes essent in tuâ præsentia constituta, mulier proposuit, se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio juramento, quam testimonio septem mulierem probavit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseverant, viro autem per juramentum suum contrarium asserente: (& infra. a) Videtur igitur nobis, quod juramento puellæ, & testimonio d. illarum septem mulierem fides est potius adhibenda.

(a Vos in negotio procedere nolivisti, donec de hoc nostrum consilium haberetis)

C A P. V.

Singulares de universitate possunt ad commodum universitatis reprobare instrumentum falso consecutum nomine universitatis.

Clemens II. e (an. 1046.)

Tertio f loco fuit a nobis ita quaesitum: Ecce quidam regularis sigillo Capituli, quoddam instrumentum cuidam amico tuo signavit, in quo facta ei alienatio quarundam rerum Ecclesiæ immobilium continetur. Quo exhibitio in iudicio, Procurator universitatis illud asseruit de assensu Conventus non fuisse consecutum, & adulterium, vel furtivum esse sigillam g. Cumque fratres ad perhibendum testimonium produxissent, iurati dixerunt, quod quotiens de hoc inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius Conventus, & vox fuit

unanims, quod volebant alienationem rerum illarum, sed res domus integras conservari volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars adversa probavit, respondendum secundum asseritionem testium tantummodo iudicandum.

C A P. VI.

Ubi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento, & publicatis attestacionibus, alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.

Idem Clemens (al. III. an. 1090.)
Juravit a quidam (ut asseris) se quandam in uxorem legitimam accepturum: quam cum vellet traducere, quidam iuramentis, secundum morem exhibitis, legitime probaverunt, ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi invicem attinere.

Quia vero requisivisti a nobis, quid agendum sit, cum quidam alius probare velit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, & partibus publicatam, nullo eos sese consanguinitatis gradu contingere: respondemus, quod standum est probationi priori.

C A P. VII.

Si per literas ordinarii probatur quis excommunicatus, a procuratore repellitur. h. d. & hac summatione convenit textui & titulo, & nullam patitur calumniam & id eo eam tenet.

Innocentius III. Archiepiscopo Parisiensis & Magistro R. de Corfen. Canonico Noviom. (an. 1108.)

Post b cessionem: c (& infra.) Cum igitur per literas iudicis ordinarii (quibus standum est, donec probetur contrarium) nobis confiteretur, quod VV. excommunicatus erat, cum procuracionis officium assumpsit: Ipsum tanquam Procuratorem non duximus admittendum.

C A P. VIII.

Si rogatus restituere eorum hereditatem, et suis liberis decedente intret monasterium, evanescit fideicommissum. & hereditas applicatur monasterio: nec ad invalidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex adverso geminatus probetur ingressus. h. d. intelligendo, quod substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: Substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, evanescit per ingressum monasterii: & tunc adde id, quod est in primo summatione ibi: Nec ad invalidandum, &c. usque ad finem, & usque intelligitur est verus in se. Dico tamen, quod prima est verior, quod hic fuit substitutio fideicommissaria: licet Dorn. And. hic dicat, quod fuit compendiosa.

Idem Abbati & Conventui Cassen. d.

(an. 1207.)

In e præsentiam C. sancti Hadriani Diaconi Cardinalis IG. & B. fratres vestro Syndico constituto coram ipso fecere proponi, quod cum quondam A. frater ipsorum conderet testamentum, M. filium suum sibi heredem instituit, & præcepit, ut si absque liberis decederet, ad eos bona devolverentur ipsius: unde illa, quæ de bonis ipsius vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant, & petebant vos super hoc a sua molestatione compesci. Verum Syndicus ipse proposuit ex adverso, quod prædictus M. monasterio vestro obtulit se & sua: unde universa f. quæ habuerat, erant ad monasterium devo-

a al. Hebreus Episcopo. al. simpliciter habetur, Lucius III. fortassis legend. Alexander III. Cistrensi Decano, ut post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 38. c. 2. habetur. C. 2. eod. tit. in 1. comp. b al. ex literis tua fraternitatis. c Cap. 2. eod. tit. in 2. compilation. & ad intellectum huius cap. & gloss. vide Dominicum Sorum lib. 4. Sententiarum, distinct. 34. quest. 1. artic. 2. ubi plene & eleganter, d alias, testimonium. e al. III. p. c. bon. mem. f Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat. g vide text. in l. quæ de tota. h, incerta. ff. de rei vend.

a Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. & pro intelligentia, vide Dominicum Sorum lib. 4. Sententiarum, distinct. 40. artic. 5. Ad de Concilium Tridentinum, Sess. 24. canon. 3. & in ead. sess. in decretal. de reformatione matrimonii, cap. 2. & 5. b Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. c decisionem. d Casemarii, alias, Cassemar. al. Cosa Marii Verulanens. Diocesis. Ord. Cist. e Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. et de materia huius cap. vide Barrol. eo de Heres in Authen. ingressi, et sequentibus. Codic. de sacrosanct. Eccles. ubi plene. f. concordat. text. in Auth. ingressi. de sacrosanct. Eccles. et cap. quid ingreditibus 14. quest. 3.

devoluta a, quare universa, quæ ipsi de bonis ejus invaserant, restitui monasterio vestro precebat, & super cæteris silentium illis imponi. Ad hæc autem pars altera replicavit, quod dictus M. oblationis suæ tempore fuerat minor annis, & quod voti facti ponens, quod fervore infirmitatis fecerat, post convalescentiam revocavit (& infra. a) Unde cum sine liberis decessisset, ex testamento patris ad ipsos erat ejus hæreditas devoluta.

Verum Syndicus respondere curavit, quod licet dictus M. de monasterio, *sili Abbas, de sua licentia* fuisset egressus, eidem postmodum se & sua obtulit humiliter & devote, & quod ne contra oblationem suam veniret, juramento firmavit. Quare cum constet, quod idem M. bis monasterio vestro contulit se & sua, nec ex adverso probetur, quod utriusque oblationis tempore fuerit minor annis, probationem vestram hujusmodi exceptionis probatio non elidit: cum etsi primæ oblationis tempore fuerit minor annis, secundæ tamen potuit major existisse. Præterea cum verbum illud, Minor annis, duobus poterit modis intelligi: cum & qui minor est quatuordecim annis, & qui viginti quinque dici soleat minor annis, intentioni vestræ verbum dubium non nocebat, cum intra viginti quinque b annos teneret donatio juramento firmata. Sed etsi teneret, quod factum fuerat a dicto A. c quia tamen intelligendum non erat sine hærede decedere, qui monasterio sibi hæredem instituit d, hoc monasterio non nocebat: (& infra. b) Dilectus filius B. sancti Eustachii Cardinalis attendens, quod Syndicus vester intentionem suam plene fundasset, & quod nihil fuisset ex adverso sufficienter probatum, cum etsi ostensum esset per testes, quod M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis: utrum tamen primæ vel secundæ oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit, & prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ a monasterio postulabant: eos ad restitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propria temeritate invaserant, condemnavit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

(a Veruntamen ex eo, quod M. infra aetatem legitimam in monasterio Rasomarii obtulit se & sua, tamen quia quod inconsulte fecerat, postmodum revocavit, ejus oblatio non tenet.)

(b Cumque Cardinalis prædictus ea, quæ coram ipso proposita fuerant in nostra & fratrum nostrorum presentia retulisset, nos ad consilium dil. fil. n. b. S. Eustachii Cardini. de causa meritis plenius intellectis.)

C A P. IX.

Si actor & reus in interdicto retinenda possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime justificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. h. d. notabiliter. & probatur satis hoc summarij in versic. ex præmissis, ponderato versic. maxime.

Idem e Ariminensi Episcopo (an. 1207.)

Licet f causam, quæ vertitur inter Ecclesiam Raven. & Commune Faventia super jurisdictione, honore dominio ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod g de jure ad se spectare dicta Ecclesia proponebat: (& j. a) Porro attestationibus publicatis Syndicus Faventinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quædam objicere ac pro-

bare, Oeconomus Ecclesiæ asserente id fieri non debere, super quo interloquendo decrevimus ipsam nullatenus audiendum, cum intra trium mensium spatium, in nostris literis comprehensum, testes hujusmodi producere non curaverit, intra quem terminum pars utraque testes inducere a potuit, tam in personas testium, quam super negotio principali. Post hoc idem subiecit in testes prædictos, quod corrupti falso dixissent. Unde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi, licet nonnulli crederent, Faventinorum partem exceptionem hujusmodi per excogitatum malitiam ad impediendum processum negotii objecisse: quia tamen nolumus a juris tramite declinare, magistris G. & T. b præcipimus, ut testes, quos super hac exceptione Procurator Faventinorum duceret producendos intra mensem, recipere & examinare curarent de singulis circumstantiis e subtiliter inquirentes, indulto extrane altero mense Procuratori Ecclesiæ supradictæ, intra quem si veller, ad d reprobationem testium illorum, producere testes coram eis: (& j. b) Quamquam autem pars Faventinorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt concordēs, cum alii sibi met in serie sui testimonii contradicant, & quidam alii sint in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testium Ecclesiæ Ravenn. etsi ex parte Faventinorum quidam sint testes indacti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi invicem evidentiissime contradicunt: quidam vero alii, pauci numero, quamvis non reprobentur expresse, usque adeo tamen malæ famæ sunt, & levis opinionis, quod eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda e. Idem quoque testes Faventinorum generaliter repellantur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum Syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent: quoniam etsi de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt f: (& j. c) Ex præmissis igitur evidenter, quod apparet, Ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis affudit, quæ etiam aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimonis expresserunt, sufficienter ostendit, quod a LX. annis & citra cum omni jurisdictione, honore, atque districtu loca supradicta possedit: per quod patet, quod si Commune Favent. a LX. annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua servitia in locis petierunt supradictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inceperunt: cum duo infimal eandem rem & eodem modo in solidum possidere non possint, maxime g cum eidem Faventini iustum possessionis titulum non ostendant, & ex privilegiis Imperatorum & Roman. Pontif. Ecclesiæ Ravennati concessis, evidentiissime colligatur, possessionem ipsius Ecclesiæ in prædictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet Favent. ab eo tempore, quo se possidisse probare contendunt, minus h iuste ac sine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propria occupasse, & Oeconomus ejusdem Ecclesiæ petierit, a vituperativa seu inquietativa super præmissis Commune Favent. prohiberi: nos recognoscentes in hoc casu non sic locum esse interdicto, uti possideris, ut dicere debeamus, uti possidetis, ita possideatis: cum probationes Ecclesiæ longe sint potiores, & ideo sit in interdico superior, Commune Faventia sibi condemnamus, super jurisdictione, & honore, atque districtu & aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis, quoad possessio-

a Hic Ab. & Felinus dicunt, posse quem se privare in eita potestate testandi, scil. per monasterii ingressum. b ali. XXX. c Amato. v. d. l. si quid. & l. si prædium C. de præd. min. c al. Raven. i. Cap. 4. cod. tit. in 3. compil. & de intellectu, vide Fernandez Vasquium, lib. 2. c. 26. controversiarum usu frequentium. add. Purpur. consil. 82. vol. 1. f al. qua.

a al. producere. b al. A. c. Videl. ubicunque. ff. inter. a. cum aliis multis. d In pluribus ant. ita: ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis: e al. habenda. f Vide l. Celsus. ff. de arbiter. & l. divus & ibi Bartol. ff. de re judic. g al. & maxime. h In uno vetustissimo ita: minus iuste ac sine iusto titulo.

cessorum iudicium, quo tantummodo actum est, perpetuum silentium imponentes, & prohibentes eisdem, ut neque per se, neque per alios saper his præsumat Ravennat. Ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus molestare.

(*α*) Caterum, quia usque parti eras plurimum onerosum, testes producere coram nobis, Placentino Episcopo dedimus in præceptis, ut infra tres menses testes app. rem. reciperet, quos utraque pars tam super principali negotio, quam in personas testium ducentes producendos, ita videlicet, ut si frenata testium multitudinem frenata hinc inde quadragenarium numerum nullatenus excedere pateretur. & infra. Siogue postmodum utriusque partis Procuratores cum attestationibus consignatis ad nostram redierunt presentiam.)

(*β*) Es eorum dicta fideliter conscribentes XX. dierum spatium utriusque partis præferens, infra quod cum attestatiōibus ipsi nosse se conspessit præsentarent, sententiam receperunt. Parsibus igitur comparentibus iterum coram nobis, & huiusmodi attestatiōibus publicatis, audivimus quacunque proponere voluerunt.)

(*γ*) Per malos autem Ecclesia tua testes omni exceptione majores probatum esse constat manifeste, Ecclesiam tuam villam S. Petri & castrum Areoli a longissimo tempore possidisse cum omni honore, districtu & iurisdictione, nominatim ex præmissis universis, articulis exprimensibus iurisdictionem, honorem atque districtum.)

C A P. X.

Si qui nominem aliquem filium, & ita communiter, reputatur, non credatur postea alteri eorum juranti contrarium.

Idem (Episcopo Tiburtino, an. 1209. Romæ in Campaniam.)

PER te tuas nobis literas intimasti, quod cum T. Tiburtinus eivis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem suscepit interim ex eadem, ac ipsa postmodum divertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus c. rediisset, filium, quem reversa in domo ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse. (& j. α) Quia vero mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, & idem T. prætata mulieris præcipue divitiis infantia, ipsum suum filium publice recognovit, & filius ejus nominatus communiter fuit, & habitus ab ambabus, ejusdem mulieris postmodum juramento in contrarium præstito non est standum, dum cum nimis indignum sit (juxta legitimas sanctiones) ut quod sua quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Unde apparet per consequens, quod prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cujus prima facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in uxorem.

(*α*) Qui licet a principio dixerit, illum nequaquam filium suum esse, cum illa mulier per septennium eidem concubavit ex eo minime concepisset, mulieris tandem & aliorum devotissimis instantiis, suum filium recognovit. R. cum nomine appellando. Cum autem idem R. ad virilem venisset aetatem, & domum Saturnella sororis ipsius T. frequenter, qua ipsum nepotem suum nominaret, & Sophiam ipsius Saturnella filiam, cum qua quotidianam habuit conversationem, amavit, & carnaliter cognovit tandem: quod eum pervenisset ad notitiam Saturnella, acriter increpavit utrumque, apud se filiam resitens, supradictam R. removit a domo. Cum autem mater ipsius R. accepisset, quod vir ejusdem Saturnella eidem R. graviter interminabatur, in civitatis platea juravit publice coram multis, quod R. supradictam Sophiam propinquisatis linea mini-

me consingebat, affirmans sub virtute præstiti juramenti, se de alio, quam de supradicto T. præsumat suscepisse R. Cum igitur nos duxeris consulendos, an mulieris assertionem standum sit in hac parte, & an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in uxorem, insinuatione præf. tibi respondemus. quod cum idem R. quem.

C A P. XI.

Judex debet habere Notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii, alias si quid difficultatis emerit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel alias per legitima documenta constabit.

Idem in Concilio generali. (an. 1216.)

Roma.)

Quoniam contra falsam assertionem iniqui Judicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare: cum negantis factum per verum naturam nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas pravaleat aequitati: Stauimus, ut tam in ordinario iudicio, quam extraordinario, Judex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univera iudicii acta conscribant: videlicet citationes, dilaciones, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, & cetera, quæ occurrerint competentem ordine conscribenda, loca designando, tempora, & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant: ut si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudiciis, quod per improvidos & iniquos innocentiam iustitia non laudatur: Judex autem qui constitutionem ipsam neglexerit observare, si propter ejus negligentiam quod difficultatis emerit, per superiorem iudicem animadversione debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitime confiterentur documentis.

C A P. XII.

Si probari potest reum deliquisse, ejus probatio, quod non deliquerit, non est admittenda.

Honorius III. Archiepiscopo London. c. et ejus Suffraganeis. (an. 1222.)

AD nostram noveritis audientiam pervenisse, quod Sacerdotes & Clerici Daciae legi regni (per quam negativa probatur) temere inintentes, a criminibus, quæ probari testibus fide dignis possunt legitime contra eos, reputant infontes, si se super his purgare valeant quocumque modo: (et j. α) Volentes igitur, ut hæc peccata contraria omni juri penitus extirpetur a Clero: mandamus, quatenus in hujusmodi probatione negativa (dum tamen possit affirmativa ex adverso probari) neminem audiatis.

(*α*) Unde consingat, quod quandoque ad suam purgationem sui similes criminosos adducunt, ut eis debeant in similibus in opportuno tempore respondere, multaque crimina committuntur audacius ab eisdem.)

C A P. XIII.

Fines diocesum probantur per libros antiquos, administracula, testes, et famam.

Idem

2. Innocentius III. in Concilio generali Later. cap. 38. et cap. 3. eod. tit. in 4. compil. et de materia huius cap. ultra tradita hic per doctores, vide quo scripsit lib. 3. comment. in decret. inquisitor. Scol. 22. adde Angelum in l. gesta. C. de re iudic. et Francisc. Cursum junioem, et alibi. feud. part. 7. qua si. 4. ubi multa de his duabus personis loco unius notarii adhibendis. b. In Concilio, et aliquos antiquos codicibus; occurrant & alij, London. alias Lond. Londem.

a Vid. l. fin. Cod. de fideicommiss. libert. b Cap. 2. eod. tit. in 4. compil. & de materia huius cap. vide plene per Petrum Duennam. regula 341. & seq. incipit filiatu, & qualiter probetur filiatu, vide Alexandrum consil. 51. lib. 2. & consil. 74. l. 2. c temporis. d vide l. generaliter. C. de non num. pec.

Idem Aureo. et Lameton. Episcopo.

(an. 1220.)

Cum a causam, quæ inter Colubriens & Egitan. Episcopos super suarum limitatione diocesum veritatis vobis dnximus committendam; Mandamus, quatenus secundum divisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probantur, nec non per testes; tamam & quæcunque alia adminicula in negotio procedatis.

C A P. XIV.

Possunt reprobari matrone, per quas virginitas probatur.
Idem Episcopo et Archiepiscopo Senonem.

Causam matrimonii, quæ inter V. juvenem, & G. puellam Senon. quæ se virginem & Monacham profiteri noscitur agitari: (et j. a) Mandamus, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio, quod intravit: ut ibi secure valeat commorari, donec judiciali sententia, quid agi debeat, decernatur: recepturi postmodum non solum probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quæ ad investigandum signa virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars b utralibet duxerit producendas. Et quia (ut dicit canon) sæpe manus fallitur, & oculis obsecricum: volumus & mandamus, ut adhuc honestas matronas, providas ac prudentes deputare curetis, ad inquirendum, utrum dicta puella virginitatis privilegio sit munita.

(a Quia non ita instructum misisti, frater Archiepiscopo, ut usque ad calculum sententia diffinitiva procedere valeamus, vobis remissimus plenius instruendam, discret. v.)

C A P. XV.

Acta etiam licitis ordinaria facta coram primis Iudicibus, fidem faciunt coram c. secundis.

Gregorius IX. Proposito sancta M. Magdeburgens.

et Decano Misnen. (an. 1235.)

Cum bonæ memoriæ: (et infra.) Cum acta originalia dicantur ad priores Iudices remansisse: mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirerent, ipsa si poterint inveniri d, & si qua partes duxerint legitime proponenda, in scriptis redacta, ad nostram presentiam remittatis. Alioquin cum non revocetur indubium de contestatione litis super statu monasterii, & quibusdam spoliationibus contra Abbatem ejus factis a Magdeburgen. Episcopo, recipiatis partium probationes de novo: & audientes, si partes audire voluerint, de compositione tractatum, tam quod super hoc invenieritis, quam causam sufficienter instructam ad nos remittere procuretis. j.

T I T U L U S XX.
DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

C A P. I.

Brevis est.

Ex Concilio Macien. & Mateseen.

Placuit sancto Conventui, ut testes ad testimonium dandum non conducantur pretio, & ut quicumque idonei & fideles in testimonium assumantur: ac nullus testimonium dicat, nisi jejunus.

C A P. II.

Nulla est receptio testium facta contra non citatum.

Gregorius IX. Joanni defensori curii in

Hispaniam. (an. 605.)

In 4 nomine Domini: (& j.) Quod autem dicitur Episcopis, quia se absente, etiam vilissimi sunt testes exhibiti nullius momenti: lege noscendum est constitutionis novellæ, quæ de testibus loquitur in hæc verba: Et ne postea objiciatur eis, quod per unam partem gesta & conspecta b sunt, oportet, ut testimonia dentur, illo admonito a iudice, aut defensore, venire & audire testes. Si vero noluerint venire, & non ex inevitabili quadam necessitate venire non possit: sancimus hujusmodi testimonia ita valere, tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso presente facta fuissent. Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes veniat: quod quia hic omisium est, necesse est, ut quod e contra legem actum est, non habeat firmitatem.

C A P. III.

Mulier testificatur contra Clericum, cum de crimine agitur.

Idem Sabino defensori Sardinia.

(an. 592.)

Quoniam d aliqua nobis de persona Epiphani Presbyteri sunt facinora nunciata, necesse est, ut cuncta diligentius perscruteris: & seu mulieres, cum quibus peregrisse dicitur, seu alios, quos de causa scire aliquid senseris, huc festines adducere: quatenus Ecclesiastica districtione liquide possint, quæ vera sunt, aperiri.

C A P. IV.

Ubi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principalis persona admittitur in testem.

Paschalis Papa. (an. 820.)

In omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota rectissime, habenda est proteste: cui addhibito uno, efficiuntur duo testes: addhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, cum dicit e: Si peccaveris in te frater tuus, corripis eum inter te & ipsum solum: quod si te non audieris, adhibe tecum unum vel duos testes: ut in ore duorum, vel trium stes omne verbum. Idem alibi affirmat dicens fr. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me pater: nam in lege vestra g scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est.

C A P. V.

Dicit quales esse, et qualiter jurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.

Eugenius III.

Quotiens b aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur, duobus vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate supersint, vel totidem senioribus & melioribus loci ejusdem, id debet legitime comprobari. Probatio autem testium debet fieri duplici juramento, ut iurent se non privato odio, neque amicitia, neque pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habeat, vel habituri sint, ad hoc jurandum ductos:

a De materia hujus decret. qualiter possint probari fines diocesis, tradit. notabiliter Ares. conf. 42. in c. viso consilio & Alex. post Bar. in l. cum aliquis. C. de jur. delib. adde recentiores in l. 3. ff. si cert. per. vide etiam notas nostras in hoc c. b utraque. C. Conc. text. & ibi Ed. j. de test. causam que 1. Jas. & alii in l. is apud quem. C. de edend. vid. l. fin. in glo. C. de probat. Spec. in tit. de procur. § Ratione forma. c. In omnibus manuscr. Matice. et. Matice. id Concilium nondum vidimus, desumpsit vero Raymundus hoc c. ex 2. comp. tit. de test. c. 1.

a Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. et pro hist. ac intelligentia sexus videtur notas nostras in hoc cap. b hac duo verba: & confecta, in manuscriptoris codicibus non habentur. c quia. d Beatus Greg. 12. epist. 36. indictione 11. c. 63. cu. c. 4. cod. 11. in 1. comp. Et an et quando mulier possit esse testis in criminalibus: vide plene per Antonium Gomezium Tomo 3. variarum resol. c. 11. et per Jul. Clarum in pract. crim. §. fin. qu. 24. c. Masth. 18. Luc. 17. f. Joan. 2. g Deus. 17. h Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. c. 26. et c. 20. eod. tit. in 1. compil.

ductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse a majoribus suis, & credere ita esse.

C A P. VI.

Pralatus & Clerici, qui causam Ecclesia non procurant, testificari possunt in ea.

Idem Priori & fratribus S. Trinitatis.
(an. 1180.)

Insuper a statuimus, ut liceat vobis in causis Ecclesie vestre ferre testimonium. Dummodo unus ex vobis, vel duo ad agendum & respondendum instituatur: quorum testimonium in causis, in quibus actores vel respondentes sunt instituti, non debet admitti.

C A P. VII.

Si probatio exceptionis apposita contra testem productum non admittitur, antequam dictum testem recipiatur, in casu in quo admitti debuit, licite appellatur. h. d. secundum lecturam, quam ponit Panorm.

Idem R. Herforden. Episcopo, & Abbati Sandin.

Ex parte A. Presbyteri ad nos est querela perlata, quod cum Ecclesiam de Clunoden. canonicè fuisset adeptus, & eam c. XXX. annis & amplius pacifice possedisset: Miles quidam H. nomine, tacito quod laicus esset, ad Iudices literas impetravit, quod si dictus Presbyter filius esset illius, qui proximo in eadem Ecclesia ministraret, vel publice fornicariam haberet, ipsum a prædicta Ecclesia amoverent. Tandem cum Miles per interpositam personam cum coram præfatis Iudicibus transisset in causam, quosdam laicos infames & notabiles ad testimonium dicitur produxisse. Licet autem Presbyter affereret illos non esse recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones & raptores manifesti essent, quidam vero in alia causa fuissent convicti de perjurio, & se hoc diceret probaturum: Nihilominus Iudices testibus talibus receptis, eidem absentis post appellationem præscriptam ab iudicaverunt Ecclesiam, quam nunc militis dapiferi filius detinere occupatam: (& infra. α.) Mandamus, quatenus si vobis constituerit, quod prædictus Presbyter non fuerit legitime per testes idoneos prædicta e Ecclesia spoliatus, eorundem Iudicum cassata sententia, literis etiam confirmationis (si quæ sunt super eadem Ecclesia impetrata) non obstantibus, Ecclesiam illam Presbytero restitueris eidem, ipsamque non permittatis extendi molestari. Si vero res aliter se haberet, causam audiat, & sine debito terminetis. Testes autem si quos idem A. in sua assertionis testimonium invocaverit, monere curetis, ut eorum vobis super his perhibeant testimonium veritati.

C A P. VIII.

Judex mittere debet examinatore discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt.

Idem Exon. & Vigor. Episcopis.

Si qui testimonium valedudinarii sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quod non possint ad vestram præsentiam adduci, ad ipsos recipiendos mittatis g. personas idoneas & discretas.

C A P. IX.

Retractanda est sententia, si constat eam fuisse latam ad dictum corruptorum testimonium. h. d. secundum lecturam quam tenet Panorm.

Alexander III. Beluacen. Episcopo.

Sicut h. nobis est intimatum, quidam accepta pecunia de parentela inter virum & uxorem exhibent iuramenta, per quæ inter ipsos divorcium sententia promulgata

tur: postea vero privatim nullam inter eos consanguinitatis lineam afferentes, se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitati. Super quo taliter respondemus: quod si vir & uxor, aut alter eorum ad secunda vota transivit: testibus de perjurio & adulterio uno pluribusve, quibus causam dederunt, penitentia inducatur. a Si vero ad secunda vota idem vir & uxor non migraverint, diligenter inquirendi sunt, coram quibus corruptio intercessit: & si tales exhibeantur, per quos possit prædicta corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia revocanda: non enim testimonium prædictorum (cum perjuri sint) est in hoc casu aliquatenus admittendum.

C A P. X.

Socius criminis & muneris non testificatur etiam in crimine simonie. Et unius testimonium non sufficit ad condemnationem.

Idem Astinensi Archiepiscopo. (an. 1170.)

Veniens b. ad nos L. Presbyter sua relatione monstravit, quod ei obiectum fuit, quod in Ecclesia de Oven. Canonicum non habuisset ingressum, quia promississet unicuique parocianorum quinque barillos vini remittere, qui Sacerdoti ibi pro tempore servienti o. consueverant pro beneficio dari: verum cum duo apparuissent, qui jurati deposuerunt prædictum Presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum pactum illud factum fuisse, tu de Presbytero prout ordo rationis d. exigit, iussisti. Nos tuam sententiam commendamus, eo quod ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nullique de se confesso, adversus alium in eodem crimine sit credendum, nec unius testimonium ad condemnationem sufficit alicujus.

C A P. XI.

Attestationes in uno iudicio receptæ, fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio Iudice.

Idem Abb. S. L. & Priori S. Crucis. (an. 1169.)

Roma in Campaniam.

Causam e, quæ: (& infra. α.) Diferet. vestre mandamus, quatenus susceptis attestationibus utriusque partis, quæ ab aliis Iudicibus sunt receptæ, causam ipsam sine debito terminetis.

(α V. & E. Monachos super electione de utroque facta & in monasterio est diu agitata: experientia vestra commissis audiendam, & app. rem. sine debito terminandam. Ideoque.)

C A P. XII.

Clerici non sunt a ferendo testimonium in causa Ecclesia sua sine rationabili causa repellendi.

Idem Cantuar. Archiep. & Vigor. Episc. (an. 1180.)

Cum nunciis: (& infra. α.) Non f. lateat prudentiam vestram, quod Clerici non sunt a ferendo testimonio super negotio Ecclesia sua (nisi alia rationabilis causa impediatur) repellendi. g

(α Canonorum de Plus. & nuncium M. militis. &c. & infra. Præanea.)

C A P. XIII.

Crimen nunc probatum repellit testem, alias de illo crimine non damnatum.

Idem Cantuar. Archiepiscopo. (an. 1180.)

Super eo quod h. quævisisti, utrum testes sint reprobandi in causa criminali vel civili, quibus ab adversa parte crimina opponuntur? Respond. quod si etiam ante

a C. 21. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 8. c. 18. b Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. c. 21. & c. 23. eod. tit. in 1. comp. c Vox, eam, deest in pluribus. d prædictam. e prædicta. f Cap. 14. eod. tit. in 1. comp. Similis sententia in Conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. c. 20. g Ad quos debent m. j. examinatores, vid. in l. ad egregias. per Barr. ff. de ineur. & in l. generaliter. C. eod. h C. 7. eod. tit. in 1. compil.

a Vid. l. generaliter. Cod. de non num. pecun. et l. eos. per Barr. ff. de fals. b Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. c al. moranti. d al. juris. e Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. vid. Alexand. conf. 58. l. 1. Jus. et alios. in l. is. apud quem. C. de edendo. f Cap. 11. eod. tit. & post Conc. Later. par. 8. cap. 3. g vid. l. si domus. ff. de serv. urb. prad. h Cap. 12. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. part. 8. cap. 4.

ante non sunt convicti confessi de criminibus illis, dummodo inde convincantur, in testimonium non debent admitti.

C A P. XIV.

Laicus in criminali non testificatur contra Clericum, accusatus tamen pro sua vel suorum injuria.

Idem Salernitano Archiepiscopo. (an. 1180.)

DE cetero Laicos in accusationem a vel testimonium contra Clericum in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius edocet: Nisi forte suam vel suorum injuriam prosequantur. Nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

C A P. XV.

In causis Ecclesiasticis & civilibus possunt fieri tres productiones testium: quarta autem non admittitur absque solemnitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publice disputari. hoc dicitur, secundum lectionem communem, & verbis textus congruentem.

Idem eadem.

IN causis Ecclesiasticis vel civilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quae in legibus invenitur expressa. Et super dictis testium cum fuerint publicata, publice potest disputari.

C A P. XVI.

Si quis probas actum gestum post appellationem, & adversarius probas quod ante, praesertim prima probatio: & actus iudicatur non tenere, nisi secundus probes, quod ante omnem appellationem.

Idem Praeposito & Canonicis Embruden. Ecclesiastica. c. (an. 1180.)

Dum tu, fili d. Praepositi, cum quibusdam Canonicis tuis & Archiepiscopus vester essetis in nostra praesentia constituti: (& j. a.) Cum constet testes vestros jurasse, quod post appellationem, excommunicationis sententiam tulerit, & Archiepiscopus testes similiter jurasse, quod ante appellationem: nos dicta testium benigne interpretari volentes, ne perjurii reatu notentur: quia utrumque esse potuit, & quod post primam appell. & ante secundam sententia lata fuerit, eandem sententiam decernimus non tenere.

(& Archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset, & postulans sententiam suam confirmari: contra proposuistis, quod post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, & ab hoc dimississet eam nullius momenti esse, adiecistis etiam tam tu, quam altera pars quod testes fuerunt hinc inde producti, & attestaciones eorum receptae. Nos vero auditis & cognitis rationibus, & allegationibus utriusque partis, & attestacionibus diligenter inspectis.)

C A P. XVII.

In causa appellationis super novis capitulis tantum testes novi & veteres producuntur, iuramento secundum morem prius recepto.

Idem Episcopo Placens. (an. 1180.)

Fraternitatis e tuae literis nos consulere voluisti, utrum recipiendi sint novi testes super quaestione iudicata in qua testibus renunciatum constet utrique. Et an testibus in prima causa receptis propter causam appell. liceat super quaestionibus iudicatis aliquid novi proponere: (& infra. a.) Duximus tibi respondendum, quod in appellationis causa, si nova contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit novos testes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare: eos credimus posse recipi super novis duntaxat capitulis, rece-

ptis pius ab ipsis, secundum formam recipiendorum testimonium, iuramentis.

(& Licet igitur nobis ex his non plene innotuit, utrum testes super eisdem vel novis capitulis a partibus desiderantur induci, quia tamen cum prudentium juris copiam habeas, nos super hoc consulere voluisti.)

C A P. XVIII.

Qui iuravit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testificaciones publicatae non sunt.

Idem Exonen. Episcopo.

Intimavit a R. Presbyter b, quod G. c Clericus Capellanum ejus & alios quamplures de testibus suis iuramento constrinxit, quod testimonium, consilium & auxilium contra ipsum non praerent eidem. Ideoque in iungimus, ut si testimonium eorum d. publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas.

C A P. XIX.

Publicatio vel renunciatio testium in certis capitulis non praedat volenti testes producere in aliis. h. d. quoad titulum.

Idem Abbati & fratribus de Martura. c.

CAusam f, quae vertitur inter vos, & Plebanum, & Clericos sanctae Mariae de Martura, commissimus iudicibus terminandam: cumque utraque pars in eorum esset praesentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab utraque parte renunciatum, & attestaciones etiam publicatae, quoddam privilegium nuper a nobis imperatum in medium protulistis: (& infra. a.) Iudicibus ipsis mandavimus, ut super aliis capitulis, si qua alia fuerint ab his, super quibus testes recepti sunt, & eorum attestaciones publicatae, testes si qui idonei producti fuerint recipiant, & (nullis capitulis noviter a nobis per vestro nuncios impetratis, quae continentur g in privilegio vestro, vel in aliis literis, quas vobis indulgimus, postquam causam ipsam eisdem commissimus, praedictae plebi in hac causa impedimentum praestantibus) concorsita vel iustitia mediante decident. Quia vero Florentinus Episcopus intimavit quaedam capitula eidem privilegio esse inserta, quae obvia rationi videntur, illud ad nostram praesentiam cum vestro nuncio transmittatis.

(& Asserentes vos quaedam alia munimenta a nobis impetrasse, quae rationes supra dicta plebis obscurasse & impedire videntur, quare causa ipsa nondum potius terminari. Quia vero sollicitudini nostra incumbit, utrique Ecclesia iura sua servare integra, ac libris & contensionibus finem imponere.)

C A P. XX.

A testimonio repellitur simili morbo laborans.

Idem Novicen. h. Episcopo.

Personas i Ecclesiasticas: (& infra.) Verum si coram te, vel alio quolibet negotia ventilentur, nolimus ut aliqui consimili morbo laborantes, si certum sit, aut legitime super hoc possint convinci, si ab alterutra parte testes adducti fuerint, in testimonium admittantur.

C A P. XXI.

Christianus contra Judaeum in testem admittitur.

Idem in Concilio Lateranensi. k

(an. 1179.)

Judai i five Saraceni: (et j.) Testimonium quoque

a Post Concil. Lat. p. 8. c. 13. & cap. 18. eod. tit. in 1. compil. vid. Oldrad. Consil. 127. & 160. & cons. 90. & 99. b vox, Presbyter, deest in antiquis. c al. V. d illorum. e al. Marthe. f Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 8. cap. 13. & cap. 29. eod. tit. in 1. compil. g continentur. h Norvicensis. i Cap. 4. tit. de appell. in 1. comp. et post Conc. Lat. p. 30. e. 5. h sub Alex. III. c. 26. j C. 5. tit. de Juda. in 1. compil. Vide Specul. tit. de test. §. 1. Ad de qua de hoc art. dixi lib. 2. comm. in direct. Inquisit. febel. 2. et lib. 3. fehel. 124.

a Cap. 14. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 8. c. 8. b C. 15. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. c. 9. p. 8. c Embrudin. al. Esbruden. d Cap. 16. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lat. p. 8. c. 10. e Post Conc. Lat. c. 12. p. 8. & cap. 17. eod. tit. in 1. compil.

que Christianorum adversus Judæos in omnibus causis (cum illi adversus Christianos testibus suis uti præsumant) recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos Christianis vulnerint in hac parte præferre: eum eos Christianis subjacere oporteat, & ab eis pro sola humanitate foveri.

C A P. XXII.

Testimonium matris est suspectum, ubi filia patris in virum aliquem se majorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissolvitur.

Idem Alex. III. *Matthæo a Cardin. (an. 1170.)*

Super eo *b* quod a nobis tua devotio postulavit, utrum viro negante se mulierem affidisse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi: Consult. tua taliter resp. quod *c* cum mater filiarum incrementum & honorem videtur diligere, ubi vir superior est divitiis & nobilitate, potentia vel honore, testimonium ejus videtur esse suspectum, & ideo non esse aliquatenus admittendum. Super *d* illa vero questione, quam fecisti, an mulier conjugenda non sit viro, pro eo, quod sola mater alterutrius eos esse consanguineos confiteatur: respondemus, quod si non est firmatum matrimonium inter eos matre asserente ipsos *e* esse consanguineos, non debent conjungi, quia præsumptio est non modica, quod se linea consanguinitatis attingant. Si vero matrimonium esse firmatum, non debet sine plurium juramento dissolvi.

C A P. XXIII.

Ad decisionem causa maxime pro parte Judæi, non sufficit regulariter minus testimonium, quam duorum probata vita & laudabilis conversationis.

Idem. (an. 1175.)

Licet universis *f*: (& *infra*.) Quia non est licitum alicui Christiano, & multo minus crucis Christi inimico, ut cause suæ unius tantum quasi legitimo testimonio finem imponat; Mandamus, quatenus si inter vos & quoscunque Judæos emerferit, questio in qualibet causa Christiani, & maxime Clerici, non minus, quam duorum vel trium virorum, qui sint probata vita, & fidelis conversationis testimonium admittatis, juxta illud Dominicum *g*; *In ore duorum vel trium testium stas omne verbum.* Quia licet quædam sint causæ, quæ plures, quam duos axigant testes, nulla est tamen causa *h*, quæ unius testimonio, (quamvis legitimo) terminetur.

C A P. XXIV.

Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.

Idem *Firman. Episcopo. (an. 1174. Roma in Umbriam.)*

In literis *i*: (& *infra*.) Quidam nobilis cui Episcopus tus quandam sibi legitime copulans, eum eam in domo fere per septennium tenuisset, consobrinam patris ejus, antequam eam duceret, se asseruit cognovisse: ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur, ut (si resita se haber) pro illorum testimonio ipsum ab uxore nulla ratione dividi *k* pariat: nec contra ipsos aliquos audias, nisi probata essent vita & opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo dejerare.

C A P. XXV.

Dones attestaciones fuerint publicæ, & eis renunciatum, produci possunt testes: postea vero non super eodem capitulo, sed super alio sc. h. d. quoad titulum.

Urbanus III. (an. 1186.)

Cum venisset *a* ad Apost. sedem Magister M. nobis exposuit, quod Lucius Papa præd. nost. causam, quæ inter ipsum & Abbatem de Sicolan. *b* vertebatur, commisit iudicibus sine debito terminandam: (& *infra*. *α*.) Mandamus, quatenus si sententiam illorum noveritis canonicè promulgatam, eam auctoritate Apost. confirmetis: nec appellatio illam *c* impediatur, quæ hic *d* interposita dicitur occasione mortis præd. nost. cum postea egerit & responderit, testisque duxerit producendos. Questiones quoque alias, super quibus testes fuere producti, & depositiones publicatæ eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc & inde, nullis aliis ab alterutra parte super eodem receptis, secundum tenorem ipsarum mediante iustitia terminetis. Si quæ vero fuerint questiones *e*, super quibus vel testes non fuerint producti, vel renunciatum eisdem, audiaris (si qua hinc inde proposita fuerint) finem illis debitum imponentes.

(*α & c. et inf. dist. v. p. a. f.*)

C A P. XXVI.

Potest reus producere testes ad probandum contrarium ejus, quod actor probavit, si publicatio attestatorum non est facta, consuetudine contraria non obstante. hoc dicit, secundum notabiliores lecturam.

Clemens III. (an. 1190.)

Series *f* tui rescripti nobis aperuit, quod cum nuper inter filios quorundam nobilium tuæ civitatis, conjugalis questio tractaretur: (& *infra*. *α*.) Pars quæ matrimonium accufabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter assererent, in primo gradu ponendo duas personas, B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem; pars autem opposita id falsum dicebat, B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam tam testes offerens, quam publicum iuramentum. Unde quia pars accufantium, testes illos non esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem Ecclesiæ affirmas, ut post receptos testes, qui consanguinitatem secundum formam canonum computant, alii ex opposito admittantur, Præsenti pagina respondemus, quod si non est aliud canonicum, quod obstat, non obstante illa consuetudine, utpote juri contraria, testes recipere non omittas. (*α* Quia disratabaris ad alia urgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius questionis quibusdam jurisprudentibus commisisti, ante quæ.)

C A P. XXVII.

Carnalis copula probatur per convenientes testimonium de visu, idem in testimonio auditus, quod adminicula et fama coadjuvant.

Cælestinus III. (an. 1195.)

Præterea *g* cum quis accusatur aliquam cognovisse, an sint testes interrogandi de visu, aut sola viciniæ fama sufficiat, vel si juratis testibus sic credendum, qui se carnalis copula conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant *h*? Respondemus, quod si testimonium convenientes de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentam fama consentiens subministrat, ac alia legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio juratorum. Etenim circumspèctus Judex atque discretus, motum animi sui ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora esse comperit, confirmabit.

CAP.

a al. Marco. *b* Cap. 2. eod. tit. in 2. compilas. *c* quia *d* alia. *e* eos. *f* Cap. 1. de foro comper. in 2. compilas. *g* Matr. 18. Luc. 17. *h* Vox, causa, deest in multis antiquis. *i* Cap. 5. eod. tit. in 2. comp. *k* Vid. l. 2. §. familia. *D. viton. rap. & l. pro sociatio. §. 1. ff. de verb. sig. nis.*

a Cap. 25. eod. tit. in 1. compil. *b* Sicolan. *c* illa. *d* Di-ctio, hic, deest. *e* Hac dictio, questiones, deest in pluribus. *f* Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. *g* Cap. 4. eod. tit. in 1. compilas. *h* Sola fama carnalem copulam non probari. *Vid. gloss. in l. 3. §. 2. cum not. ff. de test.*

C A P. XXVIII.

Unius Iudicis verbo non creditur: scriptura vero eius per testes reprobari possunt: fallit hoc in Papa. Ita communiter summatur.

Innocentius III. Consilium & populo Beneventano. (an. 1200.)

Cum a nobis: (& infra.) Et canonica & civilia iura sequentes, districtius inhibemus, ne unius Iudicis, quantacunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet aliis contractibus, quæstio agitur. Nec scriptum eorum (nisi testium admittitur) tam obtineat firmitatem, quin ei possint & debeant duorum vel trium testium bonorum testimonia prevalere: salva in omnibus sedis Apostolicæ auctoritate.

C A P. XXXI.

Testi super dilatoria inducitur, non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus si super peremptoria, tunc enim cogi potest, ut iures deponere super coto.

Idem Tyren. b. Episcopo. (an. 1207.)

De e testibus: (& infra. α) Consul. t. r. quod si testes sint ad inducitur exceptionem dilatoriam solummodo probandam, cum super ea tantum iuraverunt dicere veritatem, super principali nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, utpote super quo deponerent non jurati. Si vero cum ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducantur, reliqua pars super principali negotio etiam eos deponere forte petierit, & ut cogantur super coto eos dicere veritatem, sacramento eos postulaverit obligari: ad id sunt sine dubitatione cogendi: nisi forsitan sufficiens productio testium super principali iam facta fuerit, vel renunciatum testibus d, vel depositiones testium fuerint publicatæ.

(α Qui ad exceptionem probandam a partibus inducantur, sua nos duxit s. consulendos, utrum cogendi sint super principali negotio, et ferre testimonium veritatis, et an illi sint sicut ceteri testes examinandi districti, qui ad purgandam alienius insaniam inducantur. Super hoc igitur f. tuam plurimum commendantes, qua in dubiis sed Apost. vult certificari rescripto.)

C A P. XXX.

Dista testium non sunt ad petitionem tertii publicanda. Et si, qui produxit testes coram certis Iudicibus, non potest ad eundem effectum coram Iudicibus aliis illos producere, sed illum ad attestandum debet esse contentus.

Idem Helien. et Cistren. Episcopis, et Archidiacon. de Norbanen. (an. 1208.)

Constitutus in præf. nost. e. Procurator magistri R. proposuit, quod cum Decanus & Capitulum Eboracen. ei tum auctoritate Lateranen. Concilii f, tum privilegii proprii ratione Archidiaconatum Richemundie canonice contulissent, magister H. qui Archidiaconus Richemundie nominatur, ipsum eo post appell. ad nos interpositam spoliavit. Quisque prædictus g R. ad Iudices super restitutione sua commissionis literas impetrasset, memoratus H. literas revocatorias impetravit: (et infra. α) Inter alia postulabat prædictus H. ut faceremus depositiones quorundam testium aperiri: sed Procurator prædictus aperendas ea non esse dicebat, cum non in hac causa fuissent indisti, sed in ea, quæ inter Eboracen. Archiepiscopum & eundem R. vertebatur: (et infra. β) Nos eas aperire nolimus, sed causam duximus vestro examini committendam: ita quod si vobis constiterit, præfatum H. testes pro se coram Epi-

scopo & Decano Lincon. & te fili Archidiacon. delegatis Iudicibus produxisse, attestacionibus apud eum depositis sit contentus: alioquin eo non obstante, quod testes illi coram Iudicibus ipsis, & te, fili Archidiacon. fuere producti, pro dicto H. si producti fuerint, ad testimonium admittantur.

(α Quas idem Procurator per falsi suggestionem opposuit impetratas, etc.)

(β Licet autem Archidiacon. sicut superius est præmissum, ad faciendum nobis fidem super omnibus plenior, attestaciones quasdam peteres aperiri, adversarius autem in alia causa eas assereret esse receptas.)

C A P. XXXI.

Publicatis attestacionibus non opponitur in personas testium; sres causas excipit, et ad secundum determinationem subdit. Idem. (1208.)

Præsentium a auctoritate firmitatis, ut si quis post depositiones testium publicatas, objicere voluerit in personas eorum, et tunc tandem id liceat, cum iuramento firmaverit, quod ad hoc ex malitia non procedat: Nisi forsitan ante publicacionem id fuerit proferat: Vel ostendere poterit, quod post publicacionem didicerit, quod objicere in personas. Ceterum, cum quis personas testium se velle post publicacionem depositionum petellere fuerit protestatus si quid proprio dixerint, de facili non credatur.

C A P. XXXII.

Si actoris et rei testes contraria deponunt, fidem sibi non derogant, sed prevalens digniores, et verisimiliora deponentes: et si in ceteris est disparitas, præferat numerus. Idem London. b. et Helien. Episcopis. (an. 1209.)

In nostra presentia: (et infra. α) Cum igitur hinc plures, inde vero sint testes numero pauciores producti, quos non solum diversa, sed adversa penitus in quibusdam constat testimonia reddidisse: quia etiam ad multitudinem tantum respicere non oportet, sed ad testium qualitatem, & ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis affluit, ex quibus motum animi sui convenit Iudicem informare: Mandamus, quatenus si testes utrinque producti ejusdem honestatis & existimationis extiterint, cum constet testes Monachorum esse testibus Archidiacono numero pauciores, pro Archidiacono sententiam proferatis. Si vero testes ex parte Monachorum producti tantæ præminentie fuerint, quod eorum auctoritas aliorum sit merito multitudini præferenda, ab impetitione Archidiaconi absolvatis eosdem.

(α Constitutus dil. fil. mag. VII. nomine, et dil. fil. Archidiacon. Cantuar. a quo Procurator fueras destinatus, possessionem Ecclesie de Melton. quam dil. fil. Abbas et Monachi S. Augustini Cantuar. illicite occuparunt, cum fructibus medio tempore perceperit sibi restitui postulavit. & infra.)

C A P. XXXIII.

Ad probanda impedimenta electi, laici et famina admittuntur; (adde) et testes de auditu et fama sufficienter non probant.

Idem Priori sancti Fidriani Lucan. d. et magistro G. Canonico Pisano. (an. 1209.)

Tam e literis vestris, quam depositionibus testium, intelleximus, nihil esse contra Lucanum electum sufficienter ostensum, nisi de auditu tantum & fama: cum super aliis, si qua forte videantur esse probata, testes sint vel soli, vel tales, qui non potuerunt illa legitime comprobare: Quia vero super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, testes non fuere recepti propter appellacionis obstaculum, ne

a Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. Vide Anton. de Butr. sup. de arb. c. non sine. b Tyronen. Archiepisc. al. Tiren. al. Tircens. al. Trien. c Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. Vide Specul. tit. de testib. §. 1. d Vid. authen. jubemus. et ibi Bart. c. de judic. e Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. f sub Alexand. III. c. 8. habetur tit. de concess. præb. c. 2. g prædictus magister R.

a C. 4. eod. tit. in 3. comp. Vid. Ant. de Butr. in c. ex parte sup. eod. et Lap. alleg. 72. b al. Lingon. et Elienun. Episc. c. C. 5. eod. tit. in 3. comp. Vid. Rom. singul. 362. et Corfes. singul. 252. Incip. duo testes, verb. testis. d Lucens. c. C. 6. eod. tit. in 3. comp. Vid. Abb. in c. reprehensibilis. infr. de appell.

ne Laici vel foemina in tali recipere articulo contra ipsum: nos ut tantae irregularitatis obiectio non remaneat indiscussa, mandamus, quatenus testes sive Laicos sive foeminas (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum induci, recipiant legaliter, & examinetis prudenter: excommunicantes solenniter, si quis eos impedire praesumpserit, quo minus testimonium perhibeat veritati. Demum attestacionibus publicatis, si forte constiterit irregularitatem huiusmodi non esse probatam. indicatis eidem electo purgationem canonicam de obiectis, per septem Canonicos majoris Ecclesiae, vel Priores Ecclesiarum civitatis Lucan. Presbyteros seu Diaconos bonae famae praestandam: qua recepta, praefigatis ei terminum, quo consecrandus nostro se conspectui repraesentet. Si vero vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, vel intra terminum constitutum non praestiterit purgationem indicatam: vos cum a praelatione Lucan. Ecclesiae amoventes, mandetis ex parte nostra Capitulo, ut electionem de alio non differant canonice celebrare. Archipresbyterum autem Lucan. & G. Sacristam, qui contra praedictum electum literas nobis sub nomine majoris partis Capituli destinaverunt (cum constet per attestaciones praedictas, longe majorem partem Capituli non fuisse consciam huiusmodi literarum) ab officio & beneficio denunciatis esse suspensos: donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.

C A P. XXXIV.

In causa liberali contra contumacem etiam lite non confutata, testes recipi possunt. hoc dicit notabiliter, secundum lecturam communem.

Idem Dulmen. b. Episcopo, et Decano, et Priori sancta Trinitatis Eboracens. (an. 1208.)

Cum e olim Archid. Menen. adversus Cantuar. Archiepiscopum super statu Menen. Ecclesiae proposuerit quaestionem: (et infra. α.) Mandamus, quatenus nisi pars adversa praedictum Archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, si poterit fieri, vel procuratoribus eorum ad locum secutum d. & idoneum convocatis, & lite legitime contestata, testes, quos Archiepiscopus in Anglia, & quos Archid. duxerit producendos in Vallia, recipere procuratis. Verum si Archiepiscopus citatus legitime, vel per se, vel per procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem etiam contestari, vos testes, maxime senes & vultudinarios, quos Archid. duxerit producendos, sublato app. obstaculo admittatis, & depositiones eorum conscriptas ad sed. curetis Apost. destinare, statuente partibus terminum peremptorium, quo per se, vel per responsales idoneos nostro se conspectui repraesentent, sententiam receptura.

(α Archiepiscopo ipsi per literas nostras dedimus in mandatis, ut per se vel procuratorem idoneum ad praesentiam nostram super hoc accederet responsurus. Verum cum ipse nec venisset, nec misisset propter hoc idoneum responsalem: volentes Menen. Ecclesia paterna sollicitudine providere, causam super hoc ven. f. n. Episcopo Helieni et dil. fil. Lundonens. Decano et Archid. Bukman. sub certa forma duximus committendam, a quibus non fuit haecenus juxta mandatum nostrum in negotio ipso processum. Ne igitur causa ipsa remanens indecisa, dif. v. per a. f.)

C A P. XXXV.

Publicatis attestacionibus admittitur adversarius ad probandum contrarium, si ante publicationem super hac probatione contraria instrui non potuit. h. d. & est casus singularis.

Idem Priori de Bolonic. et l. Rectori Ecclesiae de Borellis. (an. 1210.)

a Videl. l. 1. et 2. per Cyn. ff. de leg. et de rest. spol. c. literas. b al. Helien. c. 7. eod. tit. in 3. compil. d. locus litigii securus esse debet, ac talis, ut omnis iniquitatis suspicio procul abfit. c. Bolensii.

EX tenore a vestrarum accepimus literarum, quod cum vobis causam, quae vertitur inter R. militem, & M. mulierem, commiserimus sine debito terminandam: (et infra.) Pars mulieris proposuit, quod dictus miles prius corporale praestitit juramentum, quod ipsam duceret in uxorem, & postmodum carnaliter cognitam traxit in domum b. Miles vero hoc inficiabatur omnino, adjiciens, quod etsi haec vera essent, eam tamen de jure habere non potuit, eo quod aliam tunc viventem prius duxerat in uxorem. Cum per testes militis videretur esse probatum, quod ipse ante festum Purificationis beatae Virginis, B. e. mulierem solenniter accepit in uxorem, & testes M. mulieris dicerent, quod in septimana Paschali festum praedictum praedictum, de ea ducenda praestitit juramentum, praedictus miles ab impetitione ipsius absolvi cum instantia postulabat. Verum ex parte sapienter mulieris extitit replicatum, quod eo tempore, nec non d. & ante, quo testes dicti militis dixerant eum cum alia matrimonio contraxisse, fuerat semper in Eboracen. provincia commoratus, eum testes ipsi dicerent hoc longe extra dictam provinciam actum esse, determinantes tempus & locum: quod per testes idoneos erat probare parata. Sed contra fuit ex adverso responsum, quod (cum attestaciones jam essent hinc inde solenniter publicatae) locus productioni testium jam non erat. Quia igitur dubitatis, utrum post publicationem attestacionum super illo articulo deberent testes admitti: nos inquisitioni vestrae auctoritate praesentium respondemus, testes mulieris ad probandum illum articulum admittendos.

C A P. XXXVI.

Induigenda est in causa quarta productio testium perita cum solennitate legali, causa legitima non refragante, alia legitime appellatur.

Idem Priori sancti Victoris.

Significaverunt e nobis: (et infra. α.) Cum causa, quae vertitur inter Abbatem & Monachos sancti Dionysii ex una parte, ac Abbatissam & Moniales de Forestis f. ex altera, tam super proprietate, quam super possessione prioratus de Argentolio g, Judicibus a nobis commissa fuisset, & Moniales super causa proprietatis prius litem ingressae, testes produxissent in illa: postmodum possessionis iudicium suspensio petitorio intentarunt: (et infra. β.) Unde in causa possessionis, quam Moniales petebant ea ratione, quod illae, quibus ipsae successerant, inde fuerant violenter ejectae, testes fuerunt ab utraque parte producti, & eoque processum, ut publicatio jam fieri deberet: (et infra. γ.) Mandamus, quatenus si vobis constiterit Abbatem & Monachos quartam productionem testium, cum iuris solennitate super possessore petivisse, propter hoc intra decem dies post interlocutoriam sententiam appellasse (nisi forte Iudices quartam productionem negaverint) pro eo quod voluerint efratratam multitudinem testium refranare, vos ad quartam productionem (adhibita solennitate legali) admittatis eosdem, ipsos (si in probatione defecerint) in expensis legitimis condemnantes. Et nisi adeo sit in petitorio jam processum, ut plene possit de proprietate liquere h, vos causam possessionis, ad quam de iuris beneficio Abbatissa & Moniales habuere recursum, primitus terminetis, in causa proprietatis postmodum processuri: alioquin quaestionem terminetis simul utramque.

(α Per

a Cap. 8. eod. tit. in 3. comp. vid. Socin. in reg. 498. incipit. Testes publicatis, etc. b vide l. 1. c. de sponsal. et in l. 2. eod. tit. c. al. ita. B. mulierem accepisset solenniter, etc. d. In plur. a. i. q. nec non et antequam. e. Cap. 9. eod. tit. in 3. comp. l. al. Forset. g. Argentario. h. Quando dicatur liquere, tradit. Abb. in c. cum olim. de verb. sign. Anton. Burr. in c. erent. de del. et cont. Gloss. in san. decernimus. 3. q. 9.

(*α Per litteras suas ven. f. n. G. Sylvanthen. Episcopus, & dilect. fil. I. Abbas S. Victoris Parisien. & F. Aurelianen. Decanus, quod.*)

(*β Quod eis de jure licere ipsi de prudentium consilio per interlocutoriam sententiam declararunt.*)

(*γ Petebant Moniales prædictæ, depositiones testium in causa possessionis tantummodo publicari, sed contradicebant Monachi, allegantes quod sicut causa proprietatis fuerat prius capta, ita debeas accipere prius finem, vel saltem tam super peritorio, quam super possessorio testes prius publicari debebant. Ipsi vero auditis hinc inde propositis, cum super hoc vellent interloqui, habito super hoc consilio sapientum, Monachi adiecerunt, quod super causa proprietatis renunciaverunt productioni testium Moniales, quod cum pars adversa negaret, & inter partes quasi dubium verteret, interlocuti fuerunt, quod attestaciones in possessorio publicarentur, & super renunciaciones Monialium probationes Monachorum audirent, sed ab hac interlocutoria Monachi ad vestram audientiam appellarunt. Ipsi autem diem alteram partibus præsentem, ut deliberarent, an deberent hujusmodi appellationi deserre, convocatis prudentibus de ipsorum consilio, sententiam minime respobantes, parti Monachorum audientiam indulsit, si forte rationem aliquam allegarent ad retractandam sententiam prædictam efficacem: qui tandem post allegaciones suas appellationi prius factæ forsiter insistebant, &c. & infra. Nos igitur his & aliis auditis, que fuerant hinc inde proposita de comuni f. n. c. p. a. f.)*

C A P. XXXVII.

Diligenter examinandi sunt testes & puniendi, qui eos impediunt: & ipsorum testium multitudo est per Judicem refrænanda.

Idem Episcopo Placentino. (An. 1208.)

Cum causam a, quæ inter Episcopum Ravennem. ac Commune Favent. (et infra. α) Quia vero utrique partim existere onerosum, ut testes producerent coram nobis: mandamus quatenus recipias testes, quos utraque pars, tam super principali negotio, quam in personas testium duxerit producendos: ac eos diligenter examinare procures: & de singulis circumstantiis prudenter, inquirens, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, cuncta plene conficibas: (et infra.) Testes autem, &c. Quod si forte Faventini vel alii eos, quos dicitur Archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritati duxerit producendos, præsumpserint impedire, ut ipsos ab hujusmodi præsumptione cassare compellas. Volentes autem efrænatum multitudinem testium refrænari, volumus, ut hinc inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas, ita videlicet, ut si Faventini testium depositiones ratas habere voluerint, quæ ad Ferrariem. Episcopum & Abbatem Pompon. receptæ fuerint, testes ipsi compentur in numero prælibato: alioquin (cum attestaciones ipsæ sint clausæ,) iidem testes, si necesse fuerit, iterato producantur.

(*α Super villa Luci et S. Posici, et castro Areol. et eorum districtu honore ac jurisdictione noscitur agitari diversis Judicibus duximus commissendam, nec potuisset per aliquos eorum terminari. & infra. Procuratoribus utriusque partis comparentibus, deinde coram vobis juramentum de calumnia fecimus utrinque præstari.*)

C A P. XXXVIII.

Attestaciones receptæ in summano, fidem non faciunt in plenario iudicio. Et illarum publicatione non obstante iidem, vel alii testes super eisdem capitulis recipi possunt.

Idem de b Novo senæ et Casa Dei Abbasib.

(An. 1210.)

a Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. Ideo vero tam diligens cura in examinandi testib. est adhibenda per Judicem, nec mendacium dicant, facit Deuter. 19. Eleuther. Papa in c. judicansem. 30. q. 5. Videso Simancan. cath. Instit. tit. 64. num. 10. b al. Novem. fons.

Jur. Canon. Tom. II.

II. VEniens ad Apostolica a sedem G. Archid. Claremon. humiliter supplicavit, ut sententiam super Decanatu Claremonten. Ecclesiæ pro eo latam, quæ jam fuerat in parte executioni mandata, faceremus in totum executioni mandari. Cum autem procuratores Capituli Claremon. in nostra præsentia proposuerint, sententiam illam contra justitiam, & post appellationem ad nos interpositam, promulgatam: (et infra.) Et eidem Archidiacono ipsos tantum procuratores admittere voluerit, vel dictis eorum aliquatenus respondere: P. Subdiacon. nosse se ipsi opposuit ex adverso, asserens se canonicè in Decanum Claremon. electum, propter quod dictus Archid. in sua petitione non erat aliquatenus audiendus, quia Decanatus ipse non ad illum, sed ad se potius pertinebat: (et infra.) cum igitur super his aliquandiu disceptasset, interlocuti fuimus, ut dictus P. si posset, in continentem suam intentionem fundaret: quod cum super hoc testes & instrumenta produxerit, interloquendo pronuciavimus, quod sua intererat, ut se posset opponere Archid. memorato. Lite igitur inter eos, tam super electione, quam super sententia contestata, quæstio fuit ab ipso Archid. utrum attestaciones prius exhibitas in articulo supradicto in hoc iudicio vellet admittere: quod respondit quod vellet, dummodo posset objicere tam in personas testium, quam in dicta. Quo audito pars adversa respondit, quod attestacionibus illis in hoc iudicio uti volebat: cum non super principali negotio, sed super articulo incidenti fuissent lite non contestata receptæ: unde super toto negotio alios volebat testes producere vel eisdem. Pars autem respondit adversa, quod cum testes illi, tam super sententia, quam super electione dixissent, & eorum attestaciones fuissent in iudicio publicatæ: non licebat eidem (postquam testificata dicerat) super eisdem articulis alios testes producere, præsertim cum in hoc iudicio attestacionibus illis usus fuisset Subdiacono. prælibato. Nos igitur iustitia pronuciavimus exigente, quod testes essent recipiendi super toto negotio, quos utraque pars duceret producendos. Quocirca mandamus, quatenus receptis testibus, & rationibus partium intellectis, causam ipsam tam super principali b, quam etiam incidenti, sine canonico terminetis. Quia vero, quæ in Capitulo aguntur, non facile possunt, nisi per Canonicos ipsos probari: volumus, ut ad cautelam absolvatis eosdem, ut vocati ad testimonium libere valeant pro utraque parte testari c.

C A P. XXXIX.

Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque juramento, nisi a partibus remittatur.

Idem Bisungino Archiepiscopo. (An. 1210.)

Tuis d. quæstionibus: (et infra.) Monachi vero de suis fratribus ac Conversis, testes in causis propriis producere, absque juramenti exhibitione non possunt: nisi forte a parte remittatur adversa.

C A P. XL.

Delegatus necessarius in seipsum removetur a iudicando, et alius subrogatur.

Idem Attrebaten. et Dedimenen. et Ursicampi Abbatibus. (An. 1210. Roma in Bergium.)

Dilecto filio Arieno. f. Præposito nobis g innotuit exponente, quod cum causam, quæ inter ipsum & Comitissam Flandensem super donatione sex Præbendarum Sacerdotialium agitur, vobis, Episcopo ac Abbas Dedimenen. & Attrebaten. Decano duxerimus committendam: idem Præpositus citra litem contestationem proposuit, quod testimonium Decani sibi necessarium erat in causa prædicta, cum de jure suo non nisi per ipsum & alium unicum tantum testem, facere fidem posset:

a C. II. eod. tit. in 3. comp. Vid. Posr. de Benignendis decisi. 14. b In C. Barb. negotio, quam super etiam. c al. testificari. d C. 12. eod. tit. in 3. comp. vid. hic Guid. Pap. e De Dun. f Amensib. g C. 13. eod. tit. b. in 3. comp. vid. Guid. Pap. hic.

I 3

posset: unde postulavit, ut in causa ipsa eo procederetur excluso vel superfederetur negotio, quousque subintrueremus alium loco eius: vos autem petitionem ejus admittere recusastis, quinimo post appellationem a Præbendarum ipsarum donatione suspendistis eundem. Ne igitur ob testis defectum ejus iustitia valeat deperire, te Abbas Ursicampi loco ipsius duximus subrogandum a: mandantes, quatenus si est ita (suspensione Præpositi relaxata,) in causa juxta prioris mandati tenorem, ratione pravia procedatis.

C A P. XLI.

Ne probationis copia pereat, citato adversario recipiuntur & publicantur testes, quos reus induxit.

Idem Innoc. III. Jud. Sabinen. (an. 1210.)

Significavit b nobis Presbyter sancti N. Sabinen. diocesis, quod fundatores ejusdem Ecclesie liberam eam esse volentes, foundationis tempore se in ea nihil juris retinere dixerunt: unde timens, ne processu temporis probationis copia valeat deperire, provideri super hoc idem Presbyter postulavit. Quocirca mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse e super hoc duxerit, producendos, examines diligenter, & eorum dicta in publica redigi facias monumenta, & renunciando d fundatoribus antedictis, vel eorum hæredibus, ut receptioni testium, si velint, intersint: & super denunciatione sic facta, confici facias publicum instrumentum.

C A P. XLII.

Si materia antiqui capituli reperitur aliquo addito, quod subjicitur necessarii præbendi, possunt testes etiam antiqui publicatis assestationibus produci.

Idem Episc. & Archidiacono Beneven. e

(an. 1210.)

Cum causa f, quæ inter Oeconomum monasterii sancti M. de Monte: (& infra.) Cum igitur Abbas & fratres ejusdem loci probare intendant, quanti precii venditionis tempore possessiones prædictæ fuere: mandamus, quatenus recipiantur testes, quos alterutra partium super hoc duxerit producendos. (& infra.) Si vero pars monasterii ad hunc articulum eisdem testes, produxerit, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis: quoniam aliud est probasse deceptionis excessum, & aliud, probare quantitatem valoris.

C A P. XLIII.

Recipiuntur & publicantur testes, qui intersuerunt sententia, ubi per scripturam de sententia apparet.

Idem. (an. 1210.)

Albericus miles g nobis insinuare curavit, quod cum olim inter ipsum, & C. mulierem Ravenaten. coram Capitulo Ravennaten. matrimonii quaestio verteretur, tandem lata fuit divortii sententia inter eos: postea vero dictus miles timens sibi & filiis, quos de legitima uxore suscepit, ex eo posse præjudicium generari, quod in scriptis redacta non fuit sententia memorata, supplicavit ut testes, qui sententia intersuerunt prædictæ, recipi faceremus. Ideoque mandamus, quatenus testes curetis recipere antedictos, depositiones ipsorum in scripturam publicam redigi facientes.

C A P. XLIV.

Publicatis assestationibus possunt produci testes super eodem articulo vel directe contrario, qui prius fuerunt producti in iudicio summario, seu extra iudicium. h. d. secundum notabiliorum intellectum, non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali. Et tunc exponere textum in

fin. ibi, in hoc casu: scilicet cum testes alias producti reproducantur. Panorm.

Idem Beluacensi Episcopo. (an. 1210.)

Cum in tua diocesi a: (& infra.) Utrum autem, si accusatore idoneo comparante, per tres vel quatuor testes inter jam conjunctos parentela probaretur, per depositiones eorumdem posteriorum testium degeretur fidei undecim vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore, ac præstantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium juraverant b, distinguendo personas & gradus, a quibus directe hi, de quorum copula agitur, descenderunt, an primi posterioribus præferantur, non immerito quaeri posset. Quanquam autem ad aliud & ob aliud juraverint, tam illi, quam isti: tamen, si in secundo iudicio priores personæ juratæ deponerent illa eadem, quæ primo dixerunt, absque dubio eorum testimonio prævalerent, nec eo possent prætextu repelli, quod partes testificata didicerant, cum talis exceptio locum non habeat in hoc casu.

C A P. XLV.

Excommunicari possunt, qui partem impediunt in testibus producendis. Et denunciandi sunt testes non teneri juramento, de veritate non dicenda. Et si consanguinei impediunt testes actoris, de veritate non dicenda, puniuntur reus, de cuius voluntate hoc fieri præsumitur.

Idem. (an. 1210. Roma in Campaniam.)

Constitutis c in præsentia nostra Archiepiscopo & M. Canonico Surrentian. dum ipse illum de simoniae crimine deferret: (& i.) Ceterum quoniam a principio protestatus est præfatus M. ipsius Archiepiscopi consanguineos multa impedimenta per suam potentiam præstitisse, quo minus probationum copiam in nostra præsentia secum haberet, cum quosdam induxerint ad jurandum, ne adversus Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis & terroribus a testimonio prohibendo arcere nitantur: & nos ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generale feras excommunicationis sententiam d in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumserint in testibus producendis. Illos autem, quos (ut dictum est) jurasse contiterit, quod contra Archiepiscopum nihil dicerent, denunciis juramento hujusmodi non teneri. Si quis autem de consanguineis dicti Archiepiscopi aliquem de testibus præsumpserit impedire (quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, & ob hoc non caret scrupulo societatis occultæ, eo quod si voluerit, poterit prohibere: cum secundum legitimas sanctiones iniquam ostendant f se causam fovere, & experiri debeat iudicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit adversario;) eundem Archiepiscopum ab officio Pontificali suspendas, & facias manere suspensum, donec illum fecerit a tali præsumptione cessare.

C A P. XLVI.

Qui testificata non didicis nec renunciavit testibus producendis, super antiquis articulis seu capitulis, testes etiam alias productos producere potest.

Idem Magdeburgen. g Archiepisc. & Præposit.

Seburgen. (an. 1210.)

I Constitutis in præsentia b nostra Procuratore A. fororis nobilis viri Marchionis Misnen. i & nuncio illustri Principis Bohemorum: (& i. a) Pragen. Episcopus ad petitionem ejusdem Principis, ipsa violente ad

a Vid. l. literas. per Cyn. & Barb. C. de præsumpt. b Cap. 14. eod. tit. in 3. compil. Vid. Barb. in aurb. sed & si quis. C. de testib. & Guid. Pap. c In C. Barb. quos super hoc idem Presbyter duxerit præsentandos. d Vid. Lambertin. de iure patron. arc. 4. q. 2. princ. 1. pars. 2. libr. e al. Urbenen. f Cap. 2. tit. de empr. in 3. comp. Vid. Guid. Pap. g Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.

a Cap. 3. eod. tit. in 4. comp. Vid. Guid. Pap. b juraverunt. c Cap. 4. eod. tit. in 4. compil. d Per excommunicationis sententiam dubitansib. succurratur, concor. quod nor. Barb. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. e vox, dicti, deest. f ostendat, g al. Magdeburgen. Archiepisc. & Præposito Suingunum. h C. 5. eod. tit. in 4. comp. Vid. Guid. Pap. i Misnen. Vid. Annal. Misnia 670. 104. Chronic. Sclavor. 1189.

te ad ipsum accedere, ut suas coram eo proponeret actiones, sed a satellitibus ejusdem prohibita, qui ei bis vel tertio prohibuerunt ingressum, post appellationem ad nos interpositam divortii sententiam promulgavit: a qua ipsa fecit ad nostram presentiam provocari: (& j.) Mandamus, quatenus partibus ad locum idoneum convocatis, recipiatis testes, quos vel nobilis ipsa pro se vel Princeps pro parte sua (cum nondum testificata didicerint) super processu Pragen. Episcopi, vel posteriorum Judicum duxerint producendos, & nobilis ipsa pro se a, vel testes, quos prius induxit, vel alios si voluerit inducere non vetetur, cum non renuncaverit testibus producendis.

(& Del. fil. n. P. S. Marcelli Presbyterum Cardinalem concessimus auditorem, coram quo proposuit Procurator nobilis memorata, quod cum olim ea significante ad nostram audientiam pervenisset, quod predictus Princeps eam duxisset legitime in uxorem, & XIV. annis & amplius velut conjugem legitime contraxisset, & filiis & filiabus susceptis ex ea.)

C A P. XLVII.

Ponit Concilium duodecim, sine quibus ad probandum consanguinitatem in causa matrimoniali non valet testimonium de auditu. h. d. summam generaliter.

Idem in Concilio generali. b (an. 1216. Roma.)

II. **L**icet e ex quadam necessitate præter communem formam olim fuerit institutum, in consanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valere testimonium de auditu. cum propter brevem hominum vitam testes de visu deponere non valerent, usque ad gradum septimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima provenisse conjugia: statuimus, ne super hoc recipiantur de cætero testes de auditu d, cum jam quartum gradum prohibitio non excedat. Nisi forte e persona graves extiterint, quibus fides sit merito adhibenda; & ante litem motam testificata didicerint ab antiquioribus quidem suis, non utique ab uno, cum non sufficeret ille, si viveret, sed duobus ad minus: nec ab infamibus & suspectis, sed a fide dignis & omni exceptione majoribus: cum satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen si unus a pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod testantur, tanquam plures & idonei testes debent admitti, cum secundum ordinem solitum judiciorum non sufficiat unius testis assertio, etiam si prædiali refulgeat dignitate & actus legitimi sint infamibus interditi. Testes autem hujusmodi proprio juramento firmantes, quod ad ferendum testimonium in causa ipsa odio, amore, timore, vel commodo non procedant, personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguant: & in suo nihilominus juramento concludant, se accepisse a suis majoribus quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant, nisi jurati deponant se vivisse personas, vel in uno prædictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere: tolerabilis est enim, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam conjunctos legitime contra statuta Domini separare.

C A P. XLVIII.

Post publicationem ad petitionem producentis, interrogari non debent testes, nisi quando dolo, vel negligentia examinatorum super omnibus capitulis interrogati non fuerint.

a Hac duo verba, pro se, desunt in antiq. exemplar. b Lateranensi. sub Innoc. III. c. 52 c. Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. & declara. hanc constitutionem, ut per Dominicum, in can. præf. dist. 55. vid. Guid. Pap. d. Vid. l. ad testium. C. eodem. l. in summa ff. de aqu. pl. arc. c. Distis, forte, desit in Concil. habetur tamen Greg. compil.

Honorius III. Præfatus Molissi Firmani dia-

cesi. (an. 1220.)

Per tuas nobis literas a intimasti, quod cum causa, quæ super quibusdam terris vertitur inter Canonicos sancti b Petri ex una parte, & G. sancti Simonis ex altera, tibi fuisset ab Apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis, testes suos interrogari postulat iterato: (& j. a) Nos igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum, nisi forsitan a principio illos interrogari super certis capitulis postulasset, idque malitiose, vel negligentem fuerit prætermisissim.

(& Super quo quid agere debeas, Apost. responso desideras edoceri.)

C A P. XLIX.

Testes probatorios & reprobatórios probatoriorum reprobare licet: sed reprobatórios probatoriorum non licet.

Idem Vell. Olesi & Sacramenta Abbatibus, Palentia & Segobienf. diocesi. (an. 1220.)

III. **L**icet c dilectus f. n. L. tituli sanctæ Crucis Presbyter Cardinalis, quem Procuratoribus Burgien. Episcopi, & Clericorum sanctæ Mariæ de Castro Soret. dedimus auditorem ea, quæ procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter: quia tamen procurator dicti Episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere d proponebat: (& j. a) Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super principali negotio partes duxerint producendos: quos si rursus pars altera vel utraque voluerit reprobare, contra illos probationes admittere procuretis, ita quod ultra non liceat partibus ad probationem testium aspirare: ne, si producantur quartos contra tertios, & sic deinceps, partibus licentia tribuatur, negotium diutius protelari contingat.

(& Et protestans nihilominus attestaciones alterius partis, qua vacante sede Burgienf. dicuntur recepta fuisse, certis de causis nullius esse momenti, causa ipsa per nos non potuit terminari, licet pars altera sententiam cum instantia postularet. Illam igitur ad vos de consensu partium remittentes, d. v.)

C A P. L.

Attestaciones recepta per arbitrum, fidem faciunt in judicio, si testes mortui sunt: si vivunt, est in optine illius, contra quem testes producti sunt, an velit attestaciones recipere, an testes, de novo deponere. Et adde, etiam si attestaciones publicatae sunt. Et hoc ultimum non est in l. fin. C. eod. ubi ponitur casus hujus decre.

Idem Præfesto et magistro G. et R. Laudun. e. Canonici. (an. 1220.)

Presentata s nobis Sueslion. Archidiacon. petitio continebat, quod cum inter quondam R. prædecessorem suam ex una parte, & Capitulum sancti Petri Sueslion. ex altera, super jurisdictione, quam idem Archidiaconus se in dicta Ecclesia ratione Archidiaconatus proponebat habere, questio verteteretur, tandem Cancellarium Parisien. & magistros R. Remen. & P. Briton. canonicos g super hoc arbitros elegerunt: qui cum suscepto arbitrio adeo in negotio processissent, quod productis testibus, & depositionibus publicatis, receptisque allegationibus utrorumque, & actis omnibus redactis in scriptis, sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, unus ipsorum viam universæ carnis ingressus, & alius h in Archiepiscopum Ebrun. i assum-

a Vid. Paul. de Castr. conc. 369. in cap. in casu de quo quaritur. et Joan. Andr. in cap. cum causam qua inter. supr. eod. quem sequitur Alex. Conf. 104. in c. circa primum. vol. 5. b Dio, sancti, desit in omnibus manuscr. c An hac decret. habeat locum in causa summaria, vid. per Butrium in c. veniens. 2. sup. eod. d producere. alit. proponere. e al. London. f Vid. Innoc. in c. ex parte. sup. de arbit. g Clericos, in antiquis sed. h. aliter. i Ebrudun. al. Ebruden.

assumptus, qui distat per duodecim dietas & amplius ab eisdem. Unde cum prædicto R. solo, minime arbitrari valente, videatur arbitrium expirasse; Dicitur. vestra mandata, quatenus causam juxta hujusmodi acta sine debito terminetis: optione Capitulo reservata, ut vel recipiat depositiones eorum, qui superius productorum testimonium contra eos, vel eas respuentes confitentur, ut iidem testes admittantur iterum, salvo jure quod in utroque casu eidem Capitulo competit, tam in personas testium, quam in dicta.

C A P. LI.

Non creditur testi etiam religioso, qui sine juramento deponit.

Idem Honor. III. Pennen. Episcopo. a (an. 1220.

Roma in Marsum.)

Nuper nobis b A. Presbytero supplicante innotuit, ut cum ipse ordinem fratrum Minorum causa probationis infra annum intrasset, Custos ad probandum, quod idem Presbyter professionem fecisset, quosdam ordinis sui testes indixit, qui deposuerunt super hoc (contradictente dicto Presbytero) non jurati: (& infra. α) Respondemus, quod nullius testimonio quantumcumque religiosus existat (nisi juratus depoverit) in alterius præjudicium debet credi.

(α Unde præfatus Presbyter asserbat, eorum testimonium nullum esse, prædicto replicante custode, quod secundum sui ordinis regulam jurare non poterant, nec debeant, sed eorum verbis simplicibus in hujusmodi standum erat: quare nobis humiliter supplicasti, ut quid agendum sit tibi, te redderemus nostris literis certiores. Nos igitur tua s. breviter.)

C A P. LII.

Diligente & sigillatim examinandi sunt testes: supple, etiamsi agitur de vita & miraculis alicujus canonizandi. Abbas.

Idem Corisopon. c & Trecoren. Episcopis.

(an. 1220.)

Venerabili fratri nostro d Episcopo & Capitulo Corisopon. ac universis Abbatibus apud Cisterciens. in generali Capitulo congregatis: (& infra. α) Discret. vestra mandamus, quatenus testes, quos Abbas & Monachi S. Martini Cisterciens. ordinis super vita & miraculis pie memorie M. Abbatis monasterii supradicti duxerint producendos, examinare sigillatim curetis, cum ea diligentia, quæ solet & debet in g receptione testium adhiberi.

(α Multisque Episcopis aliis & religiosis, una cum Abbate & Conventu S. Mauritii monasterii Cisterciens. ordinis Crisopon. diocesis. olim nobis insinuantibus, pia mem. Mauritium Abbatem præfati monasterii divino munere claris coruscantem miraculis, adeo ut monasterium ipsam quadam usurpatione usus, seu potius quadam anticipatione futuri eorum ab ejus nomine forsietur, & humiliter supplicantibus, ut ipsum annumerari sanctorum catalogo faceremus, ut quod populus devota præsumptione, ut sic dixerimus, nunc usurpat, seu etiam divino instinctu anticipat, illam appellando sanctum, & absque auct. Apostol. sed. reverende, rite eandem iussione Apostolica facias, ad gloriam Christi & nominis Christiani, nos eorum devotis precibus, in quantum decuit, annuentes, Ven. fr. n. Episcopo Leon. & dil. fil. Abbati, S. Lupi Crisopon. diocesis. dedimus in mandatis, ut inquirerent super prædicti viri vita & miraculis diligentissime veritatem, & cum nobis fideliter intimarent, ut ea plenius comperta, pro supplicantium desiderio plenius annuere valeremus. Idem Episcopos & Abbas quandam nobis paginam transmiserunt, propriorum sigillorum appensione munitam, in qua multa quidem & magna miracula continentur facta, ut dicitur a Domino, me-

ritis dicti viri, qua licet probata per testes juratos & nominatos in ipsa pagina minuantur, non tamen apparet per paginam sapeditam, quod ipsos testes examinaverunt sigillatim: & quod eos super his, de quibus sunt testificati, ac circumstantiis, cum ea interrogaverunt diligentia, qua solet & debet in testium receptione adhiberi. Unde licet humana devotio prompto debeat affectu honorare, quos dignatio divina benignitatis honorat, tamen esse censemus hoc differre negotium, quam in eo sententiam minus considerate proferre. Nolentes autem deesse superna gratia muneri, sed adesse.

C A P. LIII.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit: supple tu, ex Judicis officio.

Gregorius IX. (an. 1230.)

Cum clamor a validus contra Acherontinen. Episcopum super simonia & aliis criminibus ascendisset, Melliten. & Ruben. Episcopis dedimus in mandatis, ut super his diligenter veritatem inquirent: (& j.) Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuerunt confuse, quod ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus quatenus examinetis eos iterum diligenter, & tam eorum, quam aliorum, quos receperitis testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

C A P. LIV.

Perseverans in crimine, etiam in civili repellitur a testimonio: emendatus vero, non infamis, admittitur in civili, & etiam criminali mora civiliter: fallit in perjurio, qui in criminali repellitur.

Idem.

Testimonium h ejus, cui ab adversa parte opponitur crimen, merito reprobatum in criminali causa, siue civili, in ipso crimine perseveret. Si vero sit de crimine emendatus, & cum non committetur infamia, non est in causa civili, vel etiam cum de crimine, civiliter agitur (præterquam pro reatu perjurii) repellendus. In criminali autem, si in alio judicio instituta accusatione contra ipsum, de crimine convictus extitit, vel confessus: vel si nunc per exceptionem exinde convincatur, aut gravata sit ejus opinio, pro eo, quod quandoque fuit tali modo repulsus, quamvis in hoc casu non excluderetur in causa civili: potest a testimonio (licet egerit poenitentiam) removeri.

C A P. LV.

Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.

Idem.

Ultra tertiam productionem non debent testes ulterius produci in causa: c Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, juramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percunctatus: nec per dolum, aut artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia quos desiderat de novo producere, prius habere nequivit.

C A P. LVI.

Accusatus criminaliter non admittitur in testem contra alium in causa criminali, sua accusatione pendente: nisi in exceptis criminibus.

Idem.

Non debet d quis in criminibus (nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendente accusatione de crimine contra ipsum: cum etiam accusati (nisi prius se probaverint innocentes) ab accusatione ac suspensione ordinum repellantur.

DE

a Murien. al. Penn. al. Morien. vel Remen. b Vid. Guid. Pap. & de materia, quod non credatur testi nisi jurato, vid. Felinum in c. literis. De præf. & Dec. conf. 91. & conf. 110 c Crisopon. & Crisopon. d Vid. Cass. in Catal. glor. m. u. do. p. 3. conf. 47. & 50. e Cisterciens. f In c. Bar. Monachi monasterii S. Maur. Cisterc. & g receptionibus.

a Vid. Archid. in c. ut officium. §. verum. De hæres. libr. 6. & Eymer. in direct. Inquisitor. p. 3. q. 62. & que ibi dixi l. 3. adnotat. scol. 119. Vid. Alb. tract. de statutis. p. 4. q. 71. & 72. & plene per Archid. in c. parvuli. 22. q. 5. Huc refer. Burch. l. 1. decr. c. 184. c. Vid. auct. qui famel. c. de probat. & Vid. Burch. lib. 1. decr. c. 164.

TITULUS XXI.
DE TESTIBUS COGENDIS, VEL NON.

C A P. I.

In causa civili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum: & si se subtrahens odio, gratia, &c. compelluntur.

Alexander III. Papien. electo. (an. 1170.)

Causam a matrimonii, quæ inter M. mulierem & filium R. vertitur, commisit iudicibus terminandam. Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in sua assertionis testimonium invocatos, ne veritatem occultent, diligentius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis iudicibus, vel eorum b nuncio, quem ad hoc miseriat, Ecclesiastica districtione compellas.

C A P. II.

Ubi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis & depositionis sententiam.

Idem Presbyteris Pœntia. (an. 1170.)

Cum super causa e, quæ vertitur inter Præncelinem, Episcopum & Subl. Abbatem, sit testimonium veritum necessarium: mandamus, quatenus perhibitori testimonium veritati, Apostolico vos conspectui præsentetis. Si vero non veneritis, sciatis vos ab officio & beneficio Ecclesiastico Apostolica auctoritate suspensos, Et si nec hie veneritis, excommunicationis sententiam & depositionis poteritis formidare.

C A P. III.

Testis qui timore adversa partis se subtrahit, testificari compellitur: adde etiam in criminali, secundum communem intellectum: & sic aliquid additur ad c. 1. sup. eod. etc. dilectorum. inf. eod.

Idem Genuens d. Archiepiscopo. (an. 1120.)

Super e eo: (et infra. x) Consul. t. r. respond. quod si factum est notorium, non eget testimonio depositionibus declarari, cum talia probationem vel ordinem iudicium non requirant. Verum si non est notorium, & is, qui convenitur, fatum negaverit, testes, qui interfuerint facto, monendi sunt, non cogendi ad ferendum testimonium veritati. Nisi forte timore adversa partis confiteantur iudici eos a terendo testimonio revocari: Licet ad hoc passim possint f de juris humani rigore compelli.

(x Quod certificari desideras, an cum aliquid de aliquo facto manifesto ante iudicem convenitur, hi qui facti interfuerint, cogendi sint ad ferendum testimonium veritati.)

C A P. IV.

Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatori subtrahit. hoc dicit, secundum verum & communem intellectum. Abbas.

Idem. (an. 1170.)

Pervenit ad audientiam g nostram, quod cum I. Prior sancti Laurentii coram te fuisset de simonia & adulterii crimine accusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, juramento adstrinxit, ut non deponeret contra ipsum: (et infra.) Nos igitur attendentes, quod nemo debet adversario instrumenta (quorum appellatione testes continentur) subtrahere: & quod tam ille, qui surripit instrumenta, quam qui adversario parem h advocacionis copiam subtrahit, iniquam offendit a se litem foveri, & experiri debet in

se iudicis auctoritatem elusam: respondemus, ad detegendum tantæ fraudis & calliditatis commentum, ipsam testem merito esse compellendum.

C A P. V.

Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali compellendi sunt testes. h. d. secundum lectionem notabiliorem.

Clemens III. Segobien. Episcopo. a (an. 1190.)

Pervenit b ad nos, quod cum a Laicis enormis & intolerabilis injuria Clerico multis adstantibus & videntibus interatur, injuriantes in causam tracti negant se tantum facinus commisisse: & cum læsus eorum testimonio, qui præfentes extiterant, hoc probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere: (et infra. x) Consul. t. r. quod hi, qui de rebus Ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas nequiverit elici, ad illud sunt per censuram Ecclesiasticam compellendi.

(x Sicque fit, ut Ecclesiastica iustitia depereat, et Clericalis ordo vilescat. Quia vero super his tua nos duxerit f. consulendos.)

C A P. VI.

Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panorm. non places hoc summarium, et ideo summatur sicut c. 1. supra eod.

Idem.

Cæterum, quod super c consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitatur a nobis, cum id tam jus scriptum approbet, quam consuetudo actibus utentium approbata d, si ipsam confiterit odio, vel gratia veritatem suppressere, aut timore.

C A P. VII.

Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur jurare super eo coram delegato: hoc primo. Propter supervenientem infamiam, a testimonio repellitur: hoc secundo. Potest tamen si erravit, in continenti, non ex intervallo, dictum suum corrigere. hoc tertio.

Cœlestinus III. (an. 1195.)

Praterea si testes e publici, quos tua civitas nuncupat synodales, super causa matrimonii coram te, vel tuo Capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, ut in præsentia alicujus delegati iudicis super eadem causa iterato præbeant juramentum, dummodo aliter fiat fides iudici delegato: nisi forte articulus novæ questionis emergat. Hujusmodi f vero testes publico jure possunt propter infamiam a perhibendo testimonio removeri, si eam, postquam in communi recepti fuerant, contigerit contraxisse. Quorum testimonia, si quandoque non studiose, sed in proferendo erraverint, & se in continenti correxerint, reprobari non debent: secus autem erit, si correctioni suæ interposuerint intervallum.

C A P. VIII.

Cum de fama vel visio falsitatis inquiretur, cogendi sunt testes. hoc dicit, secundum Joan. Andr. sed secundum Panorm. nimis restringit textum.

Innocentius III. Priori sancti Fridiani, et Magistro P. Canonico Pisano. (an. 1206.)

Super his g: (et infra.) Cæterum volumus & mandamus, ut super inquisitionis articulis, tam de fame electi, quam literis contra eam sub nomine longe majoris & sanioris partis Capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

CAP.

a Cap. 2. eod. tit. in 1. elect. Vid. Guid. Pap. hic. b Distio eorum, deest in vetust. c Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 8. c. 1. d al. Januensi. alit. Jan. Episc. c Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. et c. 7. part. 8. post Concil. Later. sub Alex. III. f Distio, de, deest in vetustioribus. g Cap. 1. de præsumpt. in 2. compilat. h parem advocacionis seu defensionis copiam al. parsem.

a Segobien. al. Gobiens. b Cap. 1. eod. tit. in 2. compilation. Vid. Jul. Clar. in præf. crimin. §. Imp. quæst. 24. c Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. d Vid. text. in l. 3. et ibi Cyn. C. qua sit long. consuetud. e Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. f Hujusmodi vero testes publici, jure possunt, etc. et in paucis habetur ut in textu. g Cap. 3. tit. de accusat. in 3. compil. Adde hic Guid. Pap.

C A P. IX.

Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.

Cum contra magistrum R. super eo, quod dicitur a sede Apost. falsas literas reportasse, ac per se vel per Procuratorem fuisse usum eisdem, tibi direxerimus scripta nostra: postulasti per sedis Apostol. oraculum edoceri utrum super praefato vitio falsitatis testes compellere debeas nominatos. Nos igitur respondemus, quod testes praedicti, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per cens. Eccl. debes appellat. remota, compellere veritati testimonium perhibere. b

C A P. X.

Non sumatur propter varietatem lectionum, nec etiam dividatur.

Honorius III. Abbati S. Eugenii, & magistro G.

Canonico Senen. (an. 1222.)

Dilectorum filiorum Vultarani Capituli ex parte una, & Episcopi Vultarani ex altera, procuratoribus in nostra praesentia constitutis: (& infra. α) Testes, qui fuerint nominati, praeterquam super criminibus (si se gratia, odio, vel timore subtraxerint) per censuram Ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere.

(α Dil. fil. sis. SS. Cosma & Damiani Diac. Card. concessimus auditorem, coram quo cum per conventionis & reconventionis modum super diversis capitulis, qua sub nulla nostra vobis transmissimus interclusa, lis fuerit legitime contestata, &c.) sic abscessum.

C A P. XI.

Ad detegendam veritatem conjunctionis, coguntur soliti, etiam iurati.

Idem Episcopo Bonon. & magistro B. e (an. 1220.)

Venerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennaten. proposuit, quod cives Cervicene. d. cum M. & L. e quondam Clericis Ecclesiae Raven. quandam praesumpserunt conjunctionem facere contra eum, nihilominus in detrimendum ejus dantes eis quandam pecunia quantitatē: & ad haec celanda se adstringentes vinculo juramenti, unde humiliter supplicavit, ut eum causam super his, & quibusdam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suam probare non possit, nisi testimonio civium praedictorum f. providere ei (ne pro defectu testium precat sua iustitia) dignaremur. Ideoque mandamus, quatenus monitione praemissa per censuram Eccles. appellat. remota cogatis illos, quos videritis compellendos, ut ab hujusmodi juramento absolvant, quos idem Archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos: eos nihilominus (si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint) districtione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

TITULUS XXII.
DE FIDE INSTRUMENTORUM.

C A P. I.

Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali. h. d. secundum ipsius mentem.

Gregorius b (an. 591.)

Scripturam i authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus.

C A P. II.

Corruit instrumentum si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel a Notario sit confectum.

a Nos igitur taliter, &c. b Adde quod de jure civili mal ratur, conc. l. 1. ff. si quis jus dicit, non obrem. c In quibusdam, B. Episcopo, d Cermen. alit. Cermen. alit. Tremen. e al. M. & L. fi. fin. C. de heret. l. quoniam. ff. de quoniam. & l. cum probatio ff. de probat. g dictio, ei, deest. h lib. 2. epist. 3. cap. 42. registri. i Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.

Alexander III. (an. 1166.)

Scripta vero a authentica, si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicujus firmitatis robur habere.

C A P. III.

Rescriptum Apostolicum propter rasuram, in loco non suspecto, non censetur visiosum h. d. secundum mentem.

Idem. (an. 1216.)

Ex literis vestris b accepimus, quod cum causa, quae inter magistrum A. & R. super capella & Ambitoria vertitur, de mandato nostro susceperitis terminandam, praefatus R. literas sibi copiam fieri postulavit. Qui cum eas argueret falsitatis, quia in narratione facti abrase sunt, ubi scriptum est, jura parochialia: (& infra. α) Dicimus, quod propter abrasionem illam judicari falsae non possunt, nec etiam haberi suspectae, praeterquam cum & privilegia in postionibus abradantur, & literae in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi. (α Nos autem inspicentes literas vestras.)

C A P. IV.

Redarguenti privilegium de falso, Judex faciet illud exhiberi coram Judice & paucis, & in loco congruo & securo: & interim stabitur sententia lata per illud.

Idem Eboracensi d Archiepiscopo. (an. 1165.)

Accepimus e literas, quas Abbas sancti Augustini contra Cantuarien. Archiepiscopum transmisit: (& infra. α) Cum privilegia non inspecta non valeant argui falsitatis, & difficile sit & periculosum, ea apud sedem Apost. exhiberi: praecipimus, ut vel exhibeantur eidem Archiepiscopo in claustris praedictorum fratrum, vel in alio loco congruo & securo, usque ad nativitatem proximam sancti Joannis Baptistae. Si vero nec venerit, nec sufficientem responsum miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa ulterius arguendi. Interim autem nolumus illa privilegia vacillare: sed praecipimus sententiam, quae eorum obtentu super statu monasterii lata est, inviolabiliter observari: (& infra.) Jubemus etiam, ut Archiepiscopo in inspectione privilegiorum 12. hominum numero faciatis esse contentum.

(α Nos itaque attendentes, tempus ad proseguendam appellationem praescriptam nullatenus expectandum.)

C A P. V.

Instrumentum vel privilegium, quo quis usitur coram Judice, adversario integraliter legi non debet: sed solum illud capitulum, de quo agitur, edi debet.

Caelestinus III. Abbati sancti g Secundi.

(an. 1194.)

Contingit interdum h, ut dicitis, quod quodcumque cum aliquo litem habetis, privilegium vestrum adversae parti cogimini plenus exhibere: unde accidit, quod occasione unius capituli, super quo convenimini, plurima litigia suscitantur: (& infra. α) Consult. tua taliter respondemus, ut quodcumque super exhibendo privilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti, praesente Judice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso, audiente parte contraria, tantummodo reciterur, ita quod si super uno tantum capitulo i quaestio fuerit, illud solummodo describatur: & adversae parti copia ejus fiat.

(α Et

a Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. b Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. c Ambitiona. al. Aloden. d Male Episcopo. e Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. vid. Guid. Pap. bic. & Perr. Blesens. epist. 101. f etiam. g In Cod. Barb. Fromundi, & ejusdem conventui. h Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. vid. Barr. & Bald. in l. fin. C. de prec. Imp. off. Bart. & Angel. in l. fin. C. de bon. jud. aut. poss. Felin. in cap. 1. sup. de probat. Bald. & doct. in l. incivite. ff. de legib. i al. officio o.

(*a* Et sic evidenter amuli multarum cavillationum argumenta recipiunt, quibus etiam pacem & tranquillitatem vestram impugnant. Quia vero interest nostra Juris suscitandi obviare, & suscitata decidere.)
C A P. VI.

Instrumentum publica manu non confectum, habens sigillum, cujus litera non sunt legibiles, vel scriptura deleta, vel enormem patitur fracturam, non probat. Hoc dicit, prout magis facit ad titulum. Et est casus quotidianus & notabilis pro istis sigillis antiquis. Parnorm.

Innocentius III. Mediolanensi Archiepiscopo.

(*an. 1208.*)

Inter dilectos *a* filios G. Abbatem sancti Donati de Scozula, & B. Procuratorem tuum, super subjectis articulis, diu fuit in nostro auditorio litigatum. Petebat siquidem Abbas nomine monasterii sui a prefato Procuratore tuo, nomine Mediolanen. Ecclesie, restitui monasterio memorato, portum Scozulæ, cum honore, districtu & jurisdictione loci prefati, dicens ad monasterium hæc omnia pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus, qui habitant in curte Berunen. *b* & tenent res monasterii in Granlia: de quibus monasterium obtinuerat in judicio possessorio per sententiam Episcopi Veronen. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: salvo in omnibus jure addendi vel diminuendi, fatagens comprobare omnia, quæ præmissa sunt, ad suum monasterium pertinere. Primo per privilegium Luitardi Comitæ, quondam Episcopi Lucani *c*, qui monasterium ipsum fundaverat, & ei, quæ præmissa sunt, donaverat universa. Secundo per instrumentum sententiae Asperii, quondam Mediolanen. Archiepiscopi, quam ex delegatione Ludovici Imperatoris tulit super his, pro monasterio, contra A. prefati Luitardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertio per privilegia Romanorum Imperatorum & prefertim Henrici, qui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferrebat. Quarto per instrumenta locationum, quas fecerant diversis personis Abbates monasterii memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasterium a 60. annis & citra *e*, & a 30. annis & supra possederat supradicta: & quod fama publica erat, ea omnia prefato monasterio a jam dicto Luitardo fuisse donata. Sed contra privilegium donationis a Procuratore tuo multa fuerunt objecta. Primo, quia ibi maxime apparebat consumptum (*videlicet* in annotatione indicationis *u*) ubi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia cum charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia falsum sigillum vitiose videbatur appositum, eo quod a media parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pilco: nec induta Pontificalibus, sed regalibus indumentis *f*, tenens in manu non baculum pastoralem, sed quasi sceptrum regale, cujus facies non apparebat integra, sed dimidia, tanquam in illa medietate respiceret aliam mediam, quæ tamen tota vacua remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta: quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti similis apparebat: unde non Episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillum, quia *g* in una medietate Cesaris imaginem exprimebat, & in altera medietate præferebatur vel filii, vel conjugis imaginem habuisse: nam in ipso sigillo nullæ aliæ literæ apparebant, nisi quæ nomen proprium cum hæc adjectione, Dei gratia, designabant. Sed cum proprium nomen ipsius Episcopi fuerit Luitar-

du, in nomine proprio quod exprimebat sigillum, deleta fuerant duæ literæ: secunda, quæ erat inter *l*. & *t*. & sexta quæ fuerat inter *r*. & *u*. ita, quod si secunda *o*. & sexta fuisset *i*. proculdubio non Luitardus, sed Lotharius legeretur: quod etiam inde convinci poterat, quod secundum dispositionem aliarum literarum inter *l*. & *t*. non erat spatium, nisi quod potuisset unam literam continere: cum secundum integritatem hujus nominis, Luitardus, inter *l*. & *t*. quæ literæ sunt diversæ: præterea inter *r*. & *u*. tam modicum erat spatium, ut in eo nec hæc litera *d*. quæ majus occupat spatium, sed hæc litera *i*. quæ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rursum cum cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conservationem sigilli, recens erat & mollis. Quod cum diligenter investigatum fuisset, certo certius est compertum, quod sub vetusto sigillo charta fuerat perforata, & per glutinum novæ cæræ, quæ posita fuerat exterius, quasi ad conservationem sigilli, vitiose fuit ipsi charta subjunctum. Eadem falsitatis specie, per vitiosam videlicet appositionem sigilli, cætera fere privilegia Romanorum Imp. præter privilegium Henrici, vel falsa reperita sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici privilegium ad fidem instruendam non videbatur sufficere, quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eo quod erat ex media fere parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi ultima medietas, videlicet, *icus*; nec de cæteris licetis, nisi hæc adjectio, Dei gratia, apparebat, ita quod ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Ludovici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inveniebatur suspectum, tum quia in ipso quadam apparebant litteræ: tum quia subscriptio Notarii videbatur manus alterius fuisse, quam subscriptio *b* instrumenti, quam tamen Notarius in subscriptione profiteretur se instrumentum manu propria conscripsisse. Litera quoque recentior videbatur, quam charta, & aqua videbatur encaustum & infectum, ut antiquius appareret. In omnibus *d* autem Imperialibus privilegiis, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de illa sententia, quamvis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porro si legitimum esset instrumentum sententiæ, per illam tamen sententiam nullum Mediolanen. Archiepiscopatum præjudicium poterat generari, cum ipsa sententia lata fuerit inter alios: & res inter alios acta alii non præjudicet *e*. Nec attestaciones, quæ continebantur in instrumento sententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant eidem Archiepiscopatu nocuum aliquid irrogare, cum inter alias personas, & in alio judicio receptæ fuissent. Cæterum memorati Henrici privilegium, quod non solum confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse, unde rerum dominium donatarum intelligi forte poterat monasterio acquisitum, quamvis ex forma petitionis, quæ in ipso privilegio declaratur, confirmatorius videretur, ut tamen intelligatur eo modo, quo magis posset valere: distinguendum videbatur, ut idem Henricus alia donaverit, & alia confirmaverit: cum eadem legitime nequiverint confirmari pariter & donari: confirmari, tanquam prius habita & possessa: donari, tanquam tunc tradita & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per privilegium illud donata, sed confirmata, cum juxta *f* legum sanctiones, quod meum est, ex alia causa meum

a Capit. 1. cod. tit. in 3. compilat. *b* al. Biniens. *c* Licinien. *d* Ludovici. *e* al. infra. *f* Dicitur, indumentis, deest in nonnullis vetustis exemplis. *g* al. quod.

a Conjecti. *b* superscripto. *c* al. incaustura. est autem incaustum librarium atramentum, de quo Cal. Rhodia. lib. 7. l. 1. et. antiq. cap. 31. *d* etiam. *e* Vid. l. 3. & ibi, Doct. & Barr. *D*. Jud. sol. *f* Juxta sancti. legitimas quod meum est ex una causa amplius meum fieri non possit.

meum fieri non possit, nisi desierit esse meum: (*et infra. α*) Cum ergo privilegium Henrici confirmatorium tantum extiterit, saltem quoad illa, quæ deducta sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum: (*et infra. β*) Per instrumentum vero locationis, nec est utriusque probata proprietates, nec ad plenum possessio, eum ad probationem rei propria sive ad defensionem non sufficit facta locatio: (*et infra.*) Cum autem super his fuisset diutius litigatum quia legitime probata non fuerant, quæ petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem tuum nomine tuo & Mediolani. Ecclesiæ sententialiter duximus absolvendum: quoniam cum obscura sunt iura partium, consuevit contra eum, qui petitur esse iudicari.

(*α* Præsertim cum pars monasterii visa fueris comprobare, tum per privilegium concessionis, tum per instrumentum sententia, vel illa quidem legitime fuerant a Luitardo donata, et illa donatione per totum iudicium est usa. Unde post donationem huiusmodi eidem poterant redonari.)

(*β* Pari modo cetera privilegia Romanorum Imperatorum, etiam si varia fuissent ac sine suspitione reperta, ad probationem tamen invalida probarentur.)

C A P. VII.

Non valent litera super absolutione voti per cruce signatos impetrata, tacita veritate, vel expressa falsitate.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo. (*an. 1208.*)

Quod super his: (*et infra.*) Quævisisti a, quid agere debeas circa cruce signatos, qui dicentes se ab Apostolica sede redire, super absolutione sua ignota Cardinalium sigilla reportant: cum eis super impedimentis expositis non fuisset de levi credendum. Ad quod taliter respondemus, quod si quandoque talibus literas indulgemus, illis, qui personas & facultates eorum plenus noverunt, hoc modo scribimus, ut super impedimentis expositis (inquisita diligentius veritate) statuam circa illos, quod animarum saluti, & succursui terræ sanctæ magis noverint expedire: providentes attentius, ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Unde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem, literas non solum Cardinalium, sed etiam nostras, nec solum dubitas, sed etiam certas constituerit impetrasse, carere volumus impetratis, & eis non obstantibus ad voti executionem compelli.

C A P. VIII.

Si de extravaganti dubitatur, non decretalis sit authentica: aut est juri consona, & tunc iudicatur secundum illum: aut dissena, & tunc Papa consulitur.

Idem Helienfi Episcopo. (*an. 1208.*)

Pastoralis b, &c. (*et infra. α*) Auctoritate presentium duximus statuendum, ut cum aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet, allegatur: si eadem juri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare: cum non tam ipsius, quam juris communis auctoritate procedere videatur. Verum si juri communi sit dissena, secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super ea.

(*α* Quævisisti etiam, quibus indicis fides sit adhibenda Decretalibus, de quorum auctoritate iudex potest non immerito dubitare, cum plures inveniantur in compilatione scholiarum, & allegentur in causis, de quibus per nullam non constitit, nec ipsa per metropoles insinuatæ fuerunt. Quia igitur sæpe contingit, quod etiam coram nobis decretales huiusmodi proponantur, quas esse authenticas dubitamus, f. t. benignius respondentes.)

C A P. IX.

Post publicata, attestations: usque ad conclusionem possunt

instrumenta produci. hoc primo. Consuetudo loci facit instrumentum authenticum. hoc secundo.

Idem Episcopo sancti Andree, & Abbati de Broch. (*an. 1206.*)

CUM dilectus a: (*et infra.*) Ad secundam questionem duximus respondendum, quod utraque pars potest instrumentum etiam post publicationem attestacionum usque ad definitivam sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum. Super tertio vero articulo respondemus, quod si consuetudo illius partiæ obtinet approbata, ut instrumentis illius Regis fides adhibeatur, vos ea secure poteritis admittere: præsertim cum supradictus Rex tantæ fuerit honestatis, quod ipsius instrumenta maximè auctoritatis sint in partibus b Scotianis.

C A P. X.

Falsitatis instrumenti, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.

Idem Petro civi Viterbiensi. (*an. 1206.*)

CUM Joannes e Eremita a te centum & triginta libras Senen. ex causa mutui coram Donadeo & Joan. Judicibus Viterbiens. petiisset, & tu ex adverso proponeres, quod cum idem in centum & octoginta libris tibi pro pretio domus, quam eidem vendideras, teneretur, centum triginta libras ex illis non immerito debebat compensare. Tandem cum super hoc & quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum, Judices attestacionibus publicatis te sententialiter condemnaverunt, ut eidem prædictæ domus possessionem vacuam d traderes, a creditoribus libertatem: (*et infra.*) Cum igitur ab hac sententia ad nostram audientiam duxeris appellandam, & nos tam tibi, quam prædicto Joanni T. Subdiaconum & Capellanum nostrum dederimus auditorem, ex parte tua fuit propositum, supradictæ domus venditionem non puram, sed conditionalem potius existisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis, quod etiam novum esset capitulum, pendebat tamen ex veteri, qui jurati deposuerunt, se interfuisse contractui inter te & prædictum Joannem super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adjecta conditione, ut tu domum ipsam inhabitares libere in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis, ejusdem Joannis nepotibus, remaneret: ejus conditionis intuitu domum ipsam eidem Joanni pro minori pretio vendidisti, cum a G. morandi pro ipsa ducentas libras potuisses habere: anni vero, mensis & diei, quo venditio facta fuit, iidem testes se dixerunt minime recordari. Dicitur vero Joannes venditionem non conditionem, sed puram proposuit existisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: (*et infra. α*) Tabellionem quoque, qui consecraverat instrumentum, & unum ex testibus in instrumento subscriptis ad id probandum induxit: (*et infra. β*) Porro cum dubitatio fuisset exorta, utrius deberet probatio prævalere, pro tua fuit parte propositum: quia etsi eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium, in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur: (*et infra. γ*) Ad hoc autem idem Joan. ex adverso respondit, quod cum intentionem suam per jam dictum fundaverit instrumentum, ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter cele-

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. Vid. Barr. & DD. in l. cum prolatis. ff. de re judic.

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b Scotianis. c C. 1. eod. tit. in 4. comp. d Quando dicatur vacua possessio, Vide per Aug. & Legistras in l. in conventionalibus. §. si quis vacuam. ff. de verb. oblig. gloss. in §. quod autem. In sit. de usucap.

celebratam esse proponat *a*, ne per testes ad hoc a te inductos de certo fuerit tempore facta fides, & ideo non appareat, quod super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum determinato tempore fuisse contractum, huiusmodi probatio videbitur inefficax ad intentionem contrariam elidendam. Verum responsionem istam esse proponendam invalidam: quoniam cum utraque pars a nobis interrogata, fuisset in iure confessio, quod unica tantum venditio super domo contracta fuerit, & ex depositionibus tertium liqueat venditionem conditionalem fuisse: ex utriusque confessione colligitur, eisdem domus venditionem conditionalem extitisse, non puram, non obstantem quod ipsa interrogatio facta fuerit, postquam a partibus extitit in causa conclusum, cum Iudex (qui usque ad prolationem sententiae debet universa rimari) possit interrogare de facto, quotiens dubitationis aliquid *b* occurrit: (*& infra. §*) De consilio fratrum nostrorum pronuntiavimus, venditionem predictae domus fuisse conditionaliter celebratam, & te ob hoc *c* nullatenus obligatum ad traditionem ipsius: super hoc memorato Joanni silentium imponentes. Sententiam vero Iudicis predictorum, qui alias iuste pronuntiavisse noscuntur (cum huiusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit nec objecta) quoad dictum capitulum infirmamus, eam quod alios articulos auctoritate *d* Apostolica confirmantes.

(*α* In quo professeris, se propria voluntate vendidisse ac tradidisse domum ipsam eidem Jo. Heremita, & postea CLXXX. librarum pretium recepisse.)

(*β* Sed licet sabellio venditionem puram extitisse firmavit, prout in serie instrumenti continetur, utrum tamen sub conditione vel pure fuerit contractus initus, dixit se minime recordari.)

(*γ* Satis est etenim, si propter sabellionis auctoritatem, qui suum officium fideliter adimplere presumitur, cum ad hoc ex iuramento teneatur, tanta fidei adhibeatur instrumento confesso, quanta foret duobus idoneis testibus adhibenda: sed cum per quatuor testes omni exceptione majores fuerit manifeste probatum, supradictam venditionem fuisse conditionaliter celebratam, eorum depositiones afferunt instrumentum merito preferendas.)

(*δ* His igitur & aliis tam coram nobis, quam coram praedicto Capellano propositis & plenius intellectis.)

C A P. XI.

Defectus litera non vitiat rescriptum.

Honorius III. (an. 1222.)

EX parte e charissime in Christo filia B. quondam Anglorum f. Reginae fuit propositum: (*& infra.*) Quia rescriptum Apostolicum pro eo quod in hac dictione, spoliarunt, hae figura O. deerat, asseritur vitiosum: mandamus, quatenus hoc non obstante in negotio ipsa ratione praevia procedas.

C A P. XII.

Licite appellatur a Iudice, qui parti hoc praesenti, non facit edi communia instrumenta.

Gregorius IX. Priori sancti Bartholomaei & Decano de Arcubus London. (an. 1232.)

G Perpetuus Vicarius Ecclesiae de Recham. nobis exposuit, quod cum Prior & Conventus de Ledis cum super decimis coram Iudicibus auctoritate Apostol. convenissent, & dictus H. super similibus coram ipsis reconvenisset eosdem, quia dicti Iudices, copiam quorundam

instrumentorum communium, quae habebat pars altera, & per quae intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulati, nostram auctoritatem appellavit. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita revocatio in statum debitum, &c.

C A P. XIII.

Scriptura contraria ab eodem producta, fidem non facit.

Idem. (an. 1230.)

Imputari ei *a* potest, qui contrarias inter se scripturas, in iudicio protulit, fidem sibi adinvicem derogantes, cum in ipsius fuerit potestate, quam voluerat, non proferre.

C A P. XIV.

Si instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum: si non exprimitur necesse est, ut creditor probet id fore debitum.

Idem.

Si cautio, quam a te indebite proponis expositam, indeterminate loquatur, adversarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea. Sed si causam, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, confessioni tuae statui: nisi probaveris te id indebite promississe.

C A P. XV.

Auctoritate Ordinarii potest Notarius tabellionis mortui notas in publicam formam redigere.

Idem I. tabellioni.

Cum P. tabellio morte *b* praeventus, quadam non per fecerit instrumenta, quae in notam redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarii Iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem.

C A P. XVI.

Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate Ordinarii, eandem vim habet cum originali.

Idem.

Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam iustam causam exemplari petantur: Coram ordinario Iudice vel delegato ab eo specialiter praesententur: qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitia repererit, per publicam personam illa praecipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

TITULUS XXIII.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

C A P. I.

Sicut manifeste nocens est pena obnoxius, ita & occulcus, licet postea dicat se joco fecisse.

Salomon in Parabolis. c.

Sicut noxius est, qui mittit lanceas & fagittas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci.

C A P. II.

Ex violenta praesumptione fertur definitus, & est casus notabilis.

Idem d.

Afferre mihi gladium. Cumque attulissent, ait: dividite infantem vivum, & date dimidiam partem uni, & di-

a Infero quod per confessionem rei, ubi debitum est liquidum, admittitur recompensatio. concor. l. Julianus §. offerri. ff. de act. empt. *b* vide l. ubicunque. de interr. act. l. 1. & 2. eod. tit. *c* Haec duo verba, ob hoc, desunt in veterioribus. *d* haec Verba, auctoritate Apostolica desunt etiam. c. vid. Rom. conf. 348. Bald. in l. imperator. ff. de stat. hom. & Jas. in l. si quis mihi bona. d. 129. baredit. f. Anglica. ram. g. Lugdun.

a Vid. Ant. de Busr. in c. in nostra. sup. de testibus. & c. ex senore. sup. de rescriptis. Barr. & Salic. in l. scriptura. c. de fide instrum. Bald. in l. imperator. 1. ff. de stat. hom. *b* Vid. Marb. de assid. super conf. Neapol. in c. Bajulos omnes nos. 13. & seq. Bal. conf. 62. l. 5. Alex. conf. 136. & 151. lib. 1. c. Cap. 26. & c. 1. eod. tit. in 1. compil. d. in iudicio duarum mulierum, l. 3. Reg. c. 3. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.

& dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, ejus filius erat vivus, ad Regem, (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo): Obsecro domine, date illi infantem vivum, & non occidatur: e contrario alia a dicebat: Nec mihi, nec tibi sit: sed dividatur. Respondit Rex & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur, hæc est enim mater ejus.

C A P. III.

Conversatio in adolescentia facit presumptionem in senectute.

Hieronymus super Parabolis, b (an. 390.)

EX studiis suis intelligitur puer c. Quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentia, auditioni sapientum, observantia mandatorum Dei, maxime simplicitati & humilitati videris, hujus munda, & recta opera intellige.

C A P. IV.

Presumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium.

Bonifacius Papa Episcopis Gallia. (an. 422.)

Nullus dubitat d, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur, qui est innocens, quaerit: confitetur enim de omnibus, quisque se subterfugere iudicium dilationibus putat.

C A P. V.

Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare presumitur.

Gregorius in homilia. e (an. 600.)

Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Jesus: Ego demonium non habeo.

Duo quippe illata fuerunt ei: unum negavit, alterum tacendo concessit.

C A P. VI.

Ex prateritis presumitur circa futura.

Idem Maximo Episcopo. g

Mandata caelestia efficacius gerimus h, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas Ecclesias Siciliae tuas vices sedis Apostolicae ministrare decernimus.

Quas non loco tribuimus, sed personæ. Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conversatione tua praesumamus.

C A P. VII.

Ex vicinitate presumitur noxia facti loci vicini.

Idem. i

Quosdam: (& k infra) Aphrica vero, qualiter mortalitate & languoribus vastetur, quanto viciniore estis, credo quod subtilius cognovistis.

C A P. VIII.

Presumitur factum nosum in vicino loco, quod est notum in remoto.

Idem Victori Episcopo. l

Quanto: (& infra.) Latere te in vicino non potuit, quod ad nos longinquo pervenit.

C A P. IX.

Ex prateritis presumitur circa futura.

Hieronymus super Osee. m (an. 390.)

Scribam eis multiplices leges meas. Ex grius datis, & neglectis apparet, quod has negligit.

C A P. X.

Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile.

Alexander III. Decano Cassien. a

(an. 1170.)

Quia verisimile b non est, quod H. Presbyter personatum Ecclesiae R. Capellano concessit, & ab eo eisdem Ecclesiae accepit vicariam: Provideas, ne super hoc probationem recipias, nisi communis loci fama id habeat, vel tales personae appareant, de quibus verisimile non sit, quod debeant degerare. Quoniam saepe contingit, quod testes facile corrupti inducatur ad falsum testimonium proferendum.

C A P. XI.

Per cohabitationem diuinam & famam de matrimonio & contractibus matrimonialibus, ac alia adminicula probatur matrimonium. Panorm.

Idem Genuen. c. Archiepiscopo.

Illud quoque d nobis innotuit, quod cum libera mulier per decem annos & ultra, cuidam servo scienter cohabitaverit, & ab eo fuerit carnaliter cognita nunc ipsum asserit suum non esse maritum. Verum vit eam vendicans in uxorem, ostendit publicum instrumentum, in quo se se conjuges nominant, & per quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse apparet. Mulier vero instrumentum illud asserens vitiosum, ut servo dominus fraudaretur, plures testes produxit, quod ille ab amicis ejus saepe rogatus, ut eam desponsaret, nec desponsasse, nec desponsatum se ipsam firmiter asserbat: vir autem non nisi praedicto instrumentum, & quibusdam testibus, qui viderant eam annulos detulerant, ipsam probavit uxorem: sed mulier de more illarum, quae panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. Verum, quia in hujusmodi dubietate, fama viciniæ magis debet attendi, si fama loci habet, quod vir ipsam in lecto e, & in mensa sicut uxorem tenuerit (cum matrimonio sit maris & foeminae conjunctio, individuam vitae consuetudinem retinens) cogenda est mulier, ut eidem viro affectu ferviat conjugali, praesertim si praescriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimplevit.

C A P. XII.

Per violentam presumptionem probatur carnis copula.

Idem Archid. Genae. f

Literis g fraternitatis tuae receptis nobis innotuit, quod cum P. ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, peteret separari, accusatores matrimonii produxerunt testes firmiter asserentes, quod postquam mulier cum praedicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri ejusdem solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, ea (ut eredeabant) intentione, ut eam cognosceret carnaliter h, viderunt, multis locis secretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis: (& infra. a) Consul. tuae taliter respondemus, quod ex hujusmodi violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia divortii promulgari, ita quidem, ut vir licentiam habeat, mortua illa ducendi aliam, muliere sine spe conjugii remanente.

a Et publica fama consentis, quod post contractum matrimonium se miserunt ad invicem, quod in praesentia tua publice, ut asseris, sunt confessi, quamvis et id post con-

a Illa. b al. Salomon. in parabolis. c C. 20. & c. 4. eod. tit. in 1. comp. Huc spectas. l. is qui. §. divus. ff. de tut. & c. ur. dat. ab his. & §. servos. in gloss. deservunt. Inst. de rer. divis. d Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. e Homil. 18. f Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. Bald. in l. 2. C. de sacr. Eccles. g Greg. l. 2. epist. 4. registri. h Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & c. 1. tit. de offic. vic. in 1. comp. i Greg. l. 7. epist. 123. sive 127. regist. k Cap. eod. tit. in comp. l Greg. in regist. l. 20. epist. 33. & 34. m Cap. 8. & 10. eod. tit. in 1. compil.

a al. Castrensi. b Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. c Jansenfi. d Cap. 14. de spons. in 1. comp. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 40. c. 32. e Nota signa aliquam sicut uxorem tractandi. et vide Bald. inc. Ego N. de jurjur. et in cap. ex transmissa de res. spol. f In quibusdam deest inscriptio, us in 2. comp. g Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. Matth. sing. 116. et Alexand. conf. 15. incipit, Viso processu. h In C. Barb. ut eam cognosceret carnaliter, viderunt, et in secretis, etc.

contractum matrimonium fecisse negarent. Dicitur quoque de muliere prædicta quod de marito se simulans concepit, alienum partum jam baptizatum, ut ferunt, se mentita est peperisse, et rebaptizari faciens virum suum decepit. Procedente vero tempore cum fama empti alieni partus fraudem detegeret, parentibus a quibus eum emerat occulte restituit, postea veneficum potum et alias vias infidias viro parasse eadem mulier perhibetur. Quia igitur nos duxit tua f. consulendos, si ad dissolvendum matrimonium prædicta probationes sufficiant.)

C A P. XIII.

Idem dicit, ut præced. d. cap.

Clemens III. (an. 1190.)

Tertio loco quaestio a hujusmodi nondum tuæ facti explicari, an juvenis sponfam, in quam per verba de præfati consensit, debeat uxorem habere: ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsa profligans b, se a juvene carnaliter præcognitam proponebat: a qua producti testes dixerunt, se pro certo credere, quod illa dicti juvenis dixerit concubina: adjicientes: quod eos insimul viderant per plana & nemora, vias & invia, pluries convagantes: & testimonium vicinæ super hoc recepisse dicebant. Ad majorem vero certitudinem (quia minus sufficienter credidisti esse probatum, quod eadem mulier atterebat) tam ipsa, quam juvenis juramentis adstricti seorsum confessi sunt, quod se invicem carnaliter præcognoverant: licet juvenis nollet ab ea, quam desponsaverat, separari. Nos autem, quæ dicta sunt intelligentes, præsertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi prædicetur a pluribus manifestum, consultius esse credimus, ut matrimonialiter non c. conjugantur, sed solutis sponfalibus separentur.

C A P. XIV.

Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de gravi crimine condemnari.

Innocentius III. Nivernen. Episcopo et Archidiacono Bituricen. (an. 1198.)

Litteras vestras recepimus d, continentis, quod cum causa, quæ venit inter Altihsiodoren. Episcopum, & quosdam Burgenfes de Charitate, quos idem Episcopus de hæresi impetebat, vobis & Abbati Collonenfi, a sede Apostolica delegata fuisset, utraque pars vos duos fub certa pœna sibi arbitros statuerunt, delegata vobis nihilominus potestate reservata: G. autem lator præsentium, unus ex illis, hæresim suam fuerat publica voce confessus, & de fratre suo similiter recognoverat, quod eodem secum laborabat e errore: (et) Nos vero prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negavit: tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illum hæreticum, vel perjurium postea commisit in Deum, purgandum illum de hæresi: quorum utrumque reddit illum valde suspectum: quanquam verissimius f videatur, quod eo tempore, quo tanquam poenitens ab hæresi revertebatur ad fidem, tam grave mendacium non dixisset præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum, non asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxæ. Unde præsumitur, quod cum postea purgavit illum de hæresi, turpiter dejeravit. Quocirca mandamus, quatenus cum propter solam suspicionem (quamvis vehementem) nolumus illum de tam gravi crimine condemnari, talem & tantam

securitatem recipiatis ab ipso, præter juratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis a debet coerceri, discretam ei poenitentiam injungentes, ex qua valeat apparere, utrum in tenebris ambulet, an in luce: utrumque sit vere poenitens, an fecte conversus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoveritis, non finatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnatis.

(æ Qui cum de fide sua coram ven. f. n. Bituricen. Archiepiscopi, conveniretur, eique purgatio faciendâ per eundem VV. qui vero poenitens et catholicus credebatur, esset indicta: tunc ipso VV. fratrem suum, quem publice asseruerat hæreticum, præfatis juramento catholicum esse firmavit, et sic a præfato Episcopo duo contraria proponebatur dixisse: unde ab Episcopo et perjurus et hæreticus censebatur. Ex contrario vero idem VV. proposuit, quod licet de se publice confessus fuisset, nihil tamen de fratre fuerat confessus. Unde bene poterat illum purgasse, maxime cum a duobus Capellanis de Albiniaco, qui conscientiam illius poverat, se dicat audivisse, quod tanquam catholicum poterat illum secure purgare, qui eorum literas postea vobis ostendit. Sed Episcopus super eo, quod de fratre negaverat, propterea eum per ipsum et unum Presbyterum et alium Diaconum coram vobis convicit: unde ipsum prolapsum in hæresim asserbat. Vos igitur in prædictum VV. contrarietates notabiles attendentes, ipsum cum literis vestris ad præsentiam nostram transmisistis, bonis ejus interim annotatis, donec de persona ejus et bonis quod statuendum foret, statueret curavimus, adjicientes, quod cum idem VV. apud vos cum quibusdam instaret, ut purgationem reciperetis ipsius sicut aliorum quorundam: vos juramentum ejus, eo quod sibi contrarius videbatur, admittere nolulistis, purgatione tamen pro eo per manum VIII. bonorum virorum admissa: quia vero vulpecula, quæ molitur vineam Domini demoliri, sagaci sunt studio capiendâ; nam vulpes foveas habent, & volucres cæli nidus.)

C A P. XV.

Non præsumitur incontinentes in senectute, qui in juventute continuit, maxime si est literatus.

Idem Cenadien. Episcopo & Abbate Deciquorum.

(an. 1198.)

Cum in juventute sua b Quinquecensis Episcopus adeo se maturum, honestum & providum exhibuerit, ut ab Ecclesia Romana meruerit pallio decorari, non est de levi credendum, quod postquam ad senilem e pervenit ætatem turpiter abjecerit jugam Domini, fœtores libidinis amplexando: cum labes hujusmodi, quæ nonnumquam in juventute contrahitur, in senectute frequentius expietur. Quis præterea de facili crederet, quod vir præditus scientia literarum, propriæ salutis oblitus, ad eam passionis ignominiam se converteret d, ut cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum? cum etiam secundum sententias ethnicorum naturalem fœdus inter tales personas, nihil permittat sævi criminis suspicari e. Licet igitur Rex Hungariæ eundem Episcopum nobis per nuncios & literas de tali crimine detulisset, postulans, ut malum hujusmodi perniciosum extemplo de Hungarica Ecclesia tolleremus: Quia tamen ejus suggestio non de caritatis radice procedere videbatur, nolimus aures nostras quasi malignis delationibus inclinare. Sed f ut probaremus, si spiritus esset a Deo, Auriens g Episcopo dedimus in mandatis, ut prudenter & caute a Coepiscopis indagaret, utrum præfatum Episcopum crederet tali labe repletum. Qui nobis postmodum rescripserunt, quod eum virum honestæ conversa-

a Cap. 8. tit. de sponfal. in 2. compil. b Quod sit audientis, qui suam turpitudinem allegat ob animæ periculum, evitandum vide Jafon. in l. Jusjurandum, quod ex conventionione & procurator ff. de jurejuran. c Jungantur. e Cap. 1. eod. tit. in 4. comp. e Quid contineatur sub hoc, instr. patet in gloss. super verb. purgando. f videtur, al. videbatur.

a Temporalis, in omnibus vet. lib. & in vet. compil. b Cap. 2. eod. tit. in 3. compilation. c postq. venit ad similem ætatem, &c. d converteret. e vid. l. ut vim. & ibi gloss. & Douç. ff. de justis. & jur. l. al. Sed ut preberemus spiritus, si essent ex Deo, &c. g Jansenf.

versatione esse crederet, personam illius multipliciter commendantes.

C A P. XVI.

Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cum idoneus praesumatur.

Idem a Archiepiscopo & Praeposito Mediolan.

(an. 1200.)

DUdum b Archiepiscopo Mediolan. dedimus in mandatis, ut c. Scholagem a Presbytero sancti Victoris in Clericum ejusdem Ecclesiae recipi faceret, & in fratrem i. c. (& infra.) Sed Presbyter memoratus Archiepiscopo declinans examen, asseruit, quod nequaquam sufficiebant duobus Clericis facultates Ecclesiae memoratae, adjiciens, quod praedictus C. non erat idoneus ad illius Ecclesiae beneficium obtinendum: (& infra.) Causam vobis duximus committendam ita, ut ex illa clausula, scilicet si persona fuerit idonea, quae nostro rescripto reperitur inserta, eidem Scholari probandi idoneum nulla necessitas imponatur: cum prima facie praesumatur idoneus, nisi aliud in contrarium ostendatur.

TITULUS XXIV.

DE JURE JURANDO.

C A P. I.

Agere potest ad relaxationem juramenti, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis. h. d. quoad intellectum, & est casus notabilis. Abbas.

Gregorius III. d. universis Christianis.

(an. 735.)

EX administrationis: e (& infra.) Mandamus, quatenus creditores ad juramenta super usuris sibi solvendis praestita, relaxanda sub contradi. app. ab Ecclesiastica districtione cogatis.

C A P. II.

Non valet juramentum praestitum a Prelato de non repetendis rebus Ecclesiae. Vel sic: A juramento mescoloso fit absolutio per Judicem Ecclesiasticum.

Gregorius in Registro. f.

I. Pervenit ad nos g Laudicem. Episcopum ab Ar. Commite rebus suis spoliatum, & jurare compulsam, quod non repeteret sic ablata. Cognita igitur contumelia, valde doluimus: asserentes ipsum Episcopum nullius juramenti vinculis super hoc posse constringi: quem tamen absolvimus, quia nefandissima coactione juravit.

C A P. III.

Non dejerat, qui juramenti implementum in melius commutat. Et non adstringitur quis juramento ad implendum, quod juravit, si ab alia parte non impletur, ejus respectu praebuit juramentum.

Idem Regi Francorum.

II. Pervenit ad nos: (& infra.) Non enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu ei, etiam si promissum tantum juramento, vel fidei obligatione, interposita conditione firmasset, aliquatenus teneris, si constet, eum conditioni minime paruisse.

(& Quod cum jam pridem ad partes Alvernica, &c.)

a Archiepiscopo. b Ex hac Decr. collige, quemlibet praesumi bonum, de quo art. praeter. Fel. vid. Alex. conf. 127. incip. Salvatoris in 3. volum. c vide Angelum. d In duobus vetustissimis, novus in ceteris 3. habetur; in uno ostendit quod rectius videtur. Hic capus inordinate et praepositor sequentibus est praepositum, cum sit ex sec. compil. sequentia ex 1. e Cap. 4. eod. tit. 2. compil. f al. ex Registro Gregorii. g Cap. 9. eod. tit. in compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 17. c. 7. h Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. Sed neque hoc c. dicit Ant. August. se invenire in reg. B. Gregor. vide B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. et q. 88. art. 2. et 32.

C A P. IV.

Positur forma juramenti septem capitula continens, secundum quam jurant Papa Episcopi: sed hodie omnes accipientes dignitatem a Papa sibi jurant. Hoc fit pro summario et divisione.

Idem Petro Subdiacono.

EGO a N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto b Petro, sanctaeque Romanae Ecclesiae, dominoque meo Papae C. ejusque successoribus canonice intrantibus. Non ero neque c in consilio, neque in facto, ut vitam perdat aut membrum d, vel capiatur mala captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad ejus e damnum nulli pandam, Papatum sanctae Romanae Ecclesiae & regulas sanctorum patrum adjutor ero ad defendendum & retinendum (salvo ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam: nisi praepeditus fuero canonica praedicatione. Legatum Apostoli. sed. quem certum esse cognovero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Limina Apostolorum singulis annis aut per me, aut per certum nuncium visitabo: nisi eosum absolvas f licentia. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta g Evangelia.

C A P. V.

Non tenetur Clericus Episcopo suo obedientiam juramentum praestare, nisi ratione administrationis sibi concessa.

Urbanus Papa. (an. 228.)

NULLUS Episcopus Clericos suos (nisi forte, quibus b Ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio) sibi jurare compellat.

C A P. VI.

Qui se obligavit ad usuras solvendas, solvere non cogitur, nisi juraverit: quo casu cogitur, sed repetit.

Alexander III. Episcopo Vigilen. (an. 1180.)

DEBITORES i ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent. Si vero de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt domino reddere juramentum. Et cum usurae solutae fuerint, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica severitate (si necesse fuerit) compellendi.

C A P. VII.

Debitor, qui juravit creditoribus nullum gravamen super re pignoratam inferre, donec solverit debitum, non audisur repositus pignus, volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integraliter solvere, et deinde rem cum fructibus inde perceptis exposcere. h. d. & est casus notabilis.

Idem Rothomagen. Archiepiscopo et ejus Suffraganeis.

AD nostram noveritis audientiam pervenisse k, quod cum P. quibusdam hominibus certam summam pecuniae mutuaasset, quasdam ab eis possessiones & redditus recepit in pignore, ipsos juramentis religione adstringens, quod super illis, donec solverent sibi pecuniam, nullum ei gravamen inferrent. Licet autem de possessionibus illis & redditibus nondum sortem, deductis expensis, receperit l, tu tamen, frater Archiepiscopo, cum propter hoc excommunicationis vinculo adstrinxisti: (et infra.) Ideoque mandamus, quatenus recepta a praefato P. sufficienti, cautione, quod vestro debeat parere mandato, absolvatis eundem. Deinde debitores ejus, qui praedictas possessiones & redditus contra juramentum subtraxisse dicuntur, si ita est m, eos Eccle-

2 Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. b al. beato. c dicitio, neque, abest. d Quid appell. membri veniat, Bartol. in l. 2. ff. de pub. jud. Auth. sed novo jure. e de serv. ff. de 89. dist. c. singula. e eorum. f al. absolvas. g Sancta Dei. h Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. i Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 15. c. 4. k C. 3. eod. tit. in 1. comp. l vid. l. 1. cum nor. C. de fructu lit. expen. in Cod. Barb. Si ita est: per censuram Ecclesiasticam cogatis.

Ecclesiastica censura cogatis, ut hæc restituant, nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia persolvatur. Cum autem ei pecuniam, sicut juraverunt, persolverint: vos ipsum ad restituendum, quicquid (deductis expensis) ultra sortem recepisse confiterit, inducere studeatis: & si communitus non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis eundem.

(*Exinde vobis literas nostras cogimur destinare, præsertim cum ille, sicut asseri, sorte sua velit esse contentus.*)

C A P. VIII.

Si Juramentum per metum extortum servari potest sine interitu salutis aeternæ, servandum est: Ecclesia tamen Romana consuevit a tali juramento absolvere.

Idem Alexand. III. Senon. Archiepiscopo.
(an. 1180.)

SI vero a aliquis quenquam gravissimo metu sub religione juramenti suum jus retutare coegerit, ipsumque sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti: an alter eorum, vel neuter id habere debeat: Duximus tibi respondendum quod non est tutum, quemlibet contra juramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis aeternæ: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra juramentum proprium, ne auctores perjurii videamur. Verum aliquando in Rom. Eccles. a pluribus præd. n. factum esse recolitur, quod Clerici, qui coacti ministerium Eccles. abjuraverunt, de juramento absolutiois beneficium meruerunt, & ad coelegendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant, permitti sunt in eadem Ecclesia ministrare.

C A P. IX.

Monachi, qui pro debito monasterii jurans stare in obsequio, & fidejussores, qui juraverunt creditorem indemnem servare, juramenta servare coguntur.

Idem b Sardinensibus Episcopis.

EX rescripto e, quod nobis est præsentatum, innouit, Abbatem Triemen. cum Petro super summa octo millium solidorum taliter convenisse: (& j.) Super hæc prædictus Abbas, quosdam ex Monachis obsoles dedit, qui de observanda conventionem juraverunt, ut si ipsi deficerent, alii Monachi loco eorum in obsequio ponerentur. Insuper si fidem dicti Monachi non servarent, Abbas dedit eidem V. & ejus uxorem fidejussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam Abbatem, quam e Monachos, quam V. & uxorem ipsius monere curetis, ut sicut juraverunt, eandem conventionem faciant adimpleri, alioquin Abbati & Monachis ingressum interdicatis Eccles. & in terra præfati V. & uxoris ejusdem, usque ad dignam satisfactionem, inhibeatis divina officia celebrari.

C A P. X.

Perjurus est & ab Ecclesia removendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum juramentum.

Idem London. & Vigorien. Episcopis.

QUærelam f R. Canonici Linconien. accepimus, quod cum V. Clericus ei duos bifantios nomine Eccles. de statuta se annuatim soluturum, interposito sacramento firmasset, per biennium ab hujusmodi pensionis solutione cessavit. Quoniam igitur non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine perjurii irretiti, mandamus, quatenus si vobis confiterit memoratum V. contra juramentum suum non necessitate, sed voluntate, ab ejusdem pensio-

nis solutione a cessasse, ipsum a præscripta Ecclesia removentes, eam præfato R. restituere minime differatis.

C A P. XI.

Si præsentatus juras præsentatis de antiquo consuetudine, & postea contrarium juras instituenti, vales secundum & non primum, tamen ab Ecclesia removetur.

Lucius III. Norvicen. Episcopo (an. 1181.)

TUA nos duxit fraternitas b consulendos, cui standum sit juramento, cum Clericos Religiosi jurisjurandi religione constringunt ad majorem solito pensionem solvendam vel præstandam aliquid beneficii, præter solitam pensionem: cum autem instituuntur ab Episcopis, jurant, quod antiquam pensionem & solitam non augebunt. Tuæ igitur consult. breviter respondemus, quod cum posterius juramentum ratione & Lateranensi Concilio d auctoritate juvetur, primo præjudicat, quod de cupiditate processit. Cæterum justum est, ut Clerici pro perjurio, quod vitare non possunt, ab Ecclesiis perpetuo excludantur.

C A P. XII.

Episcopi de perjurio graviori, quam alii sunt puniendi h. d.

Urbanus III. Archiepisc. Pisan. (an. 1186.)

CUM e quidam. (& j. α) Consul t. r. quod in Episcopos, qui suum transgressi sunt juramentum, est tanto gravior vindicandum, quanto majori præminent dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari.

(*α Episcopi Sardinia, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut tenebantur, juramento adstricti, non solverint: & quidam Episcopus ipse in die dedicationis Ecclesie ordines, cum dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebraverit: et quidam etiam juraverunt aliquando, quod fratri vel sorori. patri aut matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare, a nobis quid de hujusmodi faciendum sit, tua f. requisivit. Nos igitur.*)

Illicitum est juramentum de non prebendo subsidium conjugibus h. d.

§. i. Illi vero f, qui jurant non loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere: absolventi sunt ab illius observantia juramenti, cum illicitum sit, & contrarium rationi: injuncta tamen eis de hoc, quod male juraverant, poenitentia competenti.

C A P. XIII.

Non vales juramentum Monachi claustrum abjurantis et sibi de hoc gravis poenitentia imponitur.

Idem.

Sicut ex literis tuæ discretionis cognovimus, R. Prior monasterii tui, iracundiæ calore succensus juramento firmavit, quod in claustrum ejusdem monasterii, quo se vinculo professionis adtrinxit, non esset cum G. Monacho ulterius moraturus: (et. j. α) Respondemus, quod non licuit Monacho supradicto temerarium b juramentum facere, maxime cum fidem professionis frangeret, & stabilitatis tuæ propositum evacuaret. Ideoque circa eum tua sollicitudo provideat, quod talis ei poenitentia injungatur, ut alius quilibet exemplo ejus deterritus, simile, aliquid facere pertimescat: ipse vero in claustrum, quod licite abjurare non potuit, cum stabilitate perpetua suam poenitentiam exequatur.

(*α Quærenti ergo tibi, quid super hoc circa eundem Monachum sit agendum.*)

C A P. XIV.

Vasallus, qui juravit Præfato, successoribus jurare non cogitur.

Cic-

a Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. p. 17. c. 1. vide c. ad audientiam, supra. b Sardin. & Cabilon. Episc. c Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alexand. III. p. 17. c. 3. d al. G. al. N. e in antiq. & Monachos. f Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alexand. III. part. 1. c. 6. vide Corset. sing. 93. lit. E. in verbo Emphyteuta.

Jur. Canon. Tom. II.

a cessare. b Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. c saliter. d Conc. Lat. sub Alexand. III. c. 7. §. prohibemus. Habes infr. de cens. c. prohibemus. e Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. f Vide Sorum lib. 7. de just. et jur. q. 1. art. 7. g C. 5. eod. tit. in 2. comp. h Vide B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. et Sor. l. 3. de just. et jure q. 1. art. 7.

Clemens III. *VV. a Regi Sicilia. (an. 1190.)*

Veritatis *b* amica simplicitas: (& infra. *α*) Respondemus, ut hæredes tui, qui nobis vel alicui successorum nostrorum iuraverint, aliis iurare minime compellantur: catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, homagii *c*, & fidelitatis puritatem, nihilominus ac si iurassent, omni tempore teneantur absque tergiversatione aliqua fideliter observare.

(*α* Nullis verborum fallaciis, nullis appetis ambiguitatum involveris offuscari. Eapropter, filii charissime in Domino, audito quod in magnitudinis tuae presentia quaestio mota fuerit, utrum ex tenore nostri rescripti colligeretur, quod singuli tuorum hæredum singulis nostris successoribus fidelitatis prestare debeant & dominii iuramentum (Intellecta etiam expressione vel expositione dil. fil. n. A. tit. S. crucis in Hierusalem & P. tituli S. Laurentii in Damaso Presbyterorum Cardin. sed. Apostol. Leg. qua ad nos fuit sub sigillorum suorum rostitutione transmissa: a sano intellectu eorum nolumus aliquatenus dissentire, Serenitati regia duximus intimandum, quod cum intentio nostra non sit, ut intolerabile tibi sit tuisque heredibus imponere, saliter in hoc articulo tibi.)

C A P. XV.

A iuramento per metum extorto Ecclesia solet absolvere: & ejus transgressores ut peccantes mortaliter non puniuntur. Coelestinus III. d. Prudensensi Episcopo.

(an. 1194.)

Verum *e* in ea quaestione, quæ quinto loco ponitur, an a sacramenti vinculo absolvantur, qui illud invitati pro vita & rebus servandis fecerunt: nihil aliud arbitramur, quam quod antecessores nostri Rom. pont. arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramentis nexibus absolventur. Cæterum ut agatur consultius, & auferatur materia pejerandi *f*, non eis ita expresse dicatur, ut iuramenta non servent: sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

C A P. XVI.

Si is, cuius mandato stare iuravi, aliquid tibi precipit contra iuramentum per te prius licite factum, illud servare non tenor. h. d. inhærendo verbis literæ.

Innocentius III. *g. H. & S. & M. civibus Venetis.*

Veniens *b* ad presentiam nostram A. nobis exposuit, quod olim cum M. Maurien. i alternatim convitit inferendo certavit: propter quod cum graves inimicitias incurrisset, quidam, qui partis utriusque amatores extiterant, suggererunt prædico A. ut in satisfactione injuriarum vestro iuraret obedire mandato. Cumque idem *k* non crederet se tale quid commississe, propter quod ei aliquid grave deberet imponi, iuramentumque illud sub tali confidentia præstitisset, ipsi sub iuramenti debito præcepit, ut nunquam curiam Ducis intraret, nisi cum omnibus per edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur: (& j. *α*) Verum quia idem A. qui dicti Ducis est Consiliarius, & in jure suo multis Ecclesiis, quarum est Advocatus, ex promisso teneret adesse, nequaquam taliter iuravisset, si mandatum illud sibi contrarium præcivisset: noveritis nos Patriarchæ Granden. mandasse, ut si mandatum prioris iuramento licite factio repugnet, ipsum auctoritate nostra denunciet non servandum. *l*

(*α* Aut nisi per nobilem virum R. Comitem & H. Mauriæ. qui absentes esse dicuntur, ipsum consingeret relaxari.)

a al. Guilelmo. b Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. c al. hominii & fidelitatis puritatem, &c. d al. Brunienf. Archiepisc. e Pars c. cum non ab homine. sup. de jud. & c. 6. eod. tit. in 2. compil. f perjurandi. g Henrico Vitali & Leonardo Marco Maurim. h Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. i Mauriæ. k Cumque idem A. non credens se tale, &c. l observandum.

C A P. XVII.

Qui iuravit Ecclesiam defendere, & requisitus sine justa causa recusat, perjurus est, nec eam defendit appellatio.

Idem magistro Appollinari. (an. 1206.)

Brevi sciscitatus a es quaestione, utrum ille, qui iuramento tenetur: si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus duxerit appellandum; perjurii reatum incurrat. Respondemus, quod in hoc articulo appellante, perjurio talis appell. non excusat, imo (nisi difficultas exiit, propter quam requisitus non possit Ecclesiam subvenire) culpa perjurii potius irretit non.

C A P. XVIII.

Jurans scienter illicitum, non indiget absoluteione, sed tenetur illud non observare. Si vero iuravit ignoranter, debet illud observare, si aliquo licito modo est observabile. Si autem iuravit licitum, quod putabat illicitum, debet observare iuramentum, sed de anima depravato agere penitentiam.

Idem illustri Regi Aragonie. (an. 1205.)

Quanto personam *b* tuam: (& infra. *α*) Quidam Consiliarii tui (imo porius deceptores) tuam animam induxerunt, ut iurares interposito assensu populi, usque ad certum tempus parvis tui conservare monetam, quæ tamen circa mortem ejus fuerat legitimo pondere defraudata. Cum autem adeo sit diminuta & minoris valoris effecta, quod grave propter hoc scandalum in populo generatur, tu quod egeras e indifferente cupiens revocare, ac necessitati populi satisfacere, ab observacione iuramenti prædicti postulasti suppliciter a nobis absolvi. Super quo diligens indagator potuisset facile inveni, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda: quoniam cum iuramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum fuisse illicitum, & nullatenus observandum, & pro eo esset tibi penitentiam injurgenda: cum iuramentum non, ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Si vero legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit & usquequaque servandum. Et ut irreprehensibiliter observetur, consulimus & mandamus, ut reprobata moneta, quæ a legitimo pondere fuerat defraudata, alia sub nomine parvis tui monetæ cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, secundum eum statum, quem tempore parvis tui habuisti meliorem, ita quod antiqua moneta, quæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & iuramentum servari. Verumtamen si monetam ipsam in præstatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, & tua super hoc conscientia te remordeat, tuum humiliter confitere peccatum, & satisfactionem iunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

(*α* Inter alios Christianos Principes sinceriori charitate diligimus, tanto Serenitati Regia diligentiori sollicitudine volumus præcavere, ne quid ei, quod absq. imminet, quod vel in periculum anima tua, aut detrimentum terre valeat redundare. Et tenore siquidem literarum tuarum & plurimum Prælatorum, nec non & aliorum multorum in regno tuo consentientium nobis innovit, quod adversus inimicos Christianitatis, qui pro magnitudine sua potentie terram Hispania tunc temporis occupabant, in auxilium charissimi in Christo fil. n. regis Castellæ illustris, cum armorum multitudine festinare.)

C A P. XIX.

Non valet iuramentum præstitum in præjudicium juris superioris.

Idem

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compilatione. b Cap. 4. eod. tit. 3. compilat. c In Cod. Barbat. vegetas indifferente, discrete cupiens &c.

Idem Consulibus & populo a Tuderino.

(an. 1204.)

Venientes ad sed. Apostol. Consules vestros super his, quæ ad nos de vobis sapius referuntur, & commone curavimus, & aliquantulum asperere convenire. Cum enim & appellationibus interpositis ad Apost. sed. tenemini humiliter, & devote deferre, cum & leges etiam seculares post sententiam beneficium appellationis non denegent aggravatis, vos sententias appellatione suspensas executioni mandatis. Verum iidem Consules nobis exponere curaverunt, quod cum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus firmant proprio sacramento, quod super mutuis & plagiaris secundum vestra civitatis consuetudinem judicabunt, & intra 28. dies, quæ judicaverunt, exequentur. Unde salvo hujusmodi juramento vos non posse super his appellationibus deferre dicebant. Quia vero non minus Judices secundum leges, quam Consules vestri secundum consuetudinem vestra civitatis judicare jurarunt: & ideo sicut Judices contra leges, sic & Consules vestri contra consuetudinem possent & subditos aggravare: mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis, deferatis, cum prædictam juramentum vos exculare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum. Cum ergo postquam S. Iacob præsentium ad sed. Apost. a sententiis G. Judicis appellavit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, in possessionem rerum, de quibus quæritio vertebatur, appellantis adversarium inducentes: volumus & mandamus, ut possessionem ipsam restituatis eidem: alioquin noveritis nos Episcopo Nucерino d. mandasse, ut vos ad id Eccles. cens. compellat.

C A P. XX.

Jurans usuras non repetere, potest juramento non obstante ex nova causa repetere. h. d. secundum intellectum notabiliorum.

Idem Pisano Archiepiscopo. (an. 1205.)

11. AD nostram e noveris audientiam pervenisse, quod cum I. & G. Petro usuras non modicas percolvisent, juramento firmaverunt, quod nec per se, nec per alium prædictas usuras repetere, vel apud Ecclesiasticum Judicem, sed etiam secularem super his deponerent quæstionem. Cumque creditor conderit testamentum suis præceptis hæredibus, ut omnibus, qui probarent se dedisse usuras eidem, ipsas ei restituere procurarent. Unde cum prædicti I. & H. usuras repetere non attemptent propter hujusmodi juramentum, & hæredes prædicti P. eis negligant satisfacere de usuris: Mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis publice in Ecclesia proponi facias, vel proponas, ut qui super hoc noverint veritatem, procedant ad testimonium proferendum: & si per dicta testium vel alia documenta tibi confiterit, de præmissis, hæredes illius, ut usuras, quas a prædictis pater eorum accepit, restituant universas, Ecclesiastica censura compellas.

C A P. XXI.

Juramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, ut non obvies juri, alias tanquam temerarium non obligat contra juris observantiam.

Idem Napolitano Archiepiscopo. (an. 1206.)

111. AD nostram f noveris audientiam pervenisse, quod a te quasi per extorsionem tale fuit præstitum juramentum, quod in omni causa deberes ordinem judicarium observare. Verum quoniam secundum traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent g:

a Al. Tridentino. b C. 5. eod. tit. in 4. comp. vide Guid. Pap. hic. c possunt. d Roccantino. e Cap. 6. eod. tit. in 3. comp. Vide R. Thom. 2. 1. q. 78. art. 3. & Sotum lib. 6. de just. & jur. q. 1. art. 4. f C. 7. eod. tit. in 3. comp. g Vide l. si vero §. qui pro rei. ff. qui satisfaciunt cog. & leg. 2. & Bart. ff. de gub. r. n.

nec in eis est ordo judicarius observandus, qui debet in aliis observari: nec tu quando sub præmissis tenore jurasti, habebas in mente, ut propterea venires contra canonicas sanctiones, alioquin non juramentum, sed perjurium potius extitisset, nec esset aliqua ratione servandum. Nos juramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quod consonet canonicis institutis, frat. t. auctoritate præsentium intimamus, quod in manifestis & notoriis ratione juramenti præmissi non credimus te teneri servare subtilitatem ordinis judicarii, quam in his non servari per omnia ipsa juris ratio postulat & requirit. Unde videbitur subtiliter intuenti de ordine judiciorum procedere, ut in præmissis non per omnia ordo judicarius observetur. Quoniam & secundum approbatum intellectum recte possit intelligi, quod jurasti, ut in omnibus causis ordinem judicarium observare, in illis videlicet, in quibus est ordo judicarius observandus. Sic ergo faciens & juramenti tenorem servabis, & instituta canonica non omitens.

C A P. XXII.

Si unum juramentum uni debitum alteri præstatur, illicitum est: & eo non obstante, cui debetur, præstandum est.

Idem Judici Carolitano. a

EA te a credimus discretionem vigere, ut intelligas per te ipsum, quod onus non remittitur, sed augeatur, cum cuiquam improvide solvitur, quod alii ex debito est præstandum. Sane cum Archiepiscopus Turritanus a te nomine nostro juramentum fidelitatis (sicut a nobis mandatum acceperat (exegisset, illud exhibere in ejus manibus distulisti, asserens, quod Pisano Archiepiscopo salvo Apostolicæ sedis honore hujusmodi præstare juramentum. Cum igitur nobis & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere teneris, si præstitum juramentum ei, quod a te nobis tanquam debitum est præstandum, contrarium reputes, illicitum judicabis: & illicito non obstante, quod licite, imo ex debito petitur, exhibebis: vel si præstitum præstando contrarium non existit, illud sine difficultate præstabis.

C C P. XXIII.

Qui juravit stare mandato alicujus, non tenetur parere, si prædictis illicitis, ut quod filius exheredes, vel uxorem abjures.

Idem d. Matrino Episcopo. (an. 1204.)

QUINTAVALLIS e nostris auribus intimavit, quod pro offensa, quam filia ipsius aliis mulieribus irrogavit, quod earum mandato pareret, præstitit juramentum: quæ tale illi sub debito juramenti dedere mandatum: quod si quando filii f aut uxor illius aliquid factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis objicerent, idem filias & filios exheredaret, & ad se propriam removeret uxorem. Quocirca mandamus, quatenus cum licitum fuerit juramentum, sed mandatum illicitum, prædictis, ut revocent mandatum illud, injungas, alioquin eum ad mandati observationem illius denuncias teneri.

C A P. XXIV.

Ex causa levi & temeraria conjuges etiam quoad totum, & mutuum cohabitationem, se separare non possunt, etiam cum juramenti interpositione.

Idem Archiepisc. Tarracon. (an. 1206.)

TUA nos duxit g fraternitates consulendo, qui tibi super hoc sit faciendum, quod B. & A. uxore ejus ad injuriam juraverunt, se nunquam mutuo pectaros: idem vero nunc repetit illam instantem: eae contrario affirmante quod

a Al. Karsalitin. b Cap. 8. eod. tit. in 3. comp. c nomine Ecclesiæ. d Salatrino. e C. 9. eod. tit. in 3. comp. Vid. Bald. in Authen. generaliter. C. de Episc. & Cler. f filia. g Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. Vid. Sot. lib. 4. sentent. dist. 22. q. 1. art. 3.

K 2

quod prius se faceret a Sarracenam, quam rediret ad eum: (C. 1. a.) Nos igitur fraternitati tuæ respondentes, mandamus, quatenus utrumque ad continentiam servandam moneas & inducas: quia si promittere voluerint & servare, utrumque dimittas sine alio commorari: alioquin si vis noluerit continere, tu illum ut revertatur ad ipsum, & tanquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam appell. rem. compellas: cum & temerarium fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium utriusque sit commissum.

(a Sed adulterium cui adhasit, postquam recessit ab eo, libenter dimitteret, & castitatem promitteret, & iuraret.)

C A P. XXV.

Is qui iuravit cum muliere contrahere, propter supervenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest: propter præcedentem non. h. d.

Idem b. Genens. Archiepiscopo. (An. 1207.)

Quemadmodum e si vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quam mulier antea commisset, non posset eam dimittere: sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi d. iuramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet in legem illa conjugii non peccaret. Ita si quis iuraverit se ducturum aliquam in uxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in conjugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit.

Alioquin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in uxorem: quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem, licite potest uxorem a sua cohabitatione dimittere: longe fortius ante conjugium celebratum propter eandem causam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam: quia turpius ejicitur, quam non admittitur hospes e. Non obstante in alterutro casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, ut is qui iuravit, ad utramque sine transgressione se possit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquam ei turpius eveniret: nunquid vir teneretur eam ducere in uxorem? profecto ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.

Si vir iuravit non accusare uxorem, temerarium est iuramentum: sed si specialiter de adulterio hoc iuravit, denunciare poterit, sed accusare non debet.

Illud autem iuramentum est proculdubio temerarium, si vis iuret uxori, quod eam super nullo crimine accusabit, quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro absque contumelia creatoris, vel ut ipsum traheret ad infidelitatis errorem: tunc incontinentanter deberet illum impetere apud Iudicem suum, ut eam, nisi penitus resipisceret, omnino dimitteret, secundum canonicas sanctiones. Quod si expresse iurasset, quod eam super adulterio non impetere, etæternè servandum huiusmodi iuramentum? Cum Scriptura f. restetur, quod patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris: & secundum regulam Evangelii g, si primo & secundo correctæ respicere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, ut tanquam

ethnica & publica deinde vitaretur; nec per hoc liberaretur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. Sed nunquid vir non potest dimittere uxori peccanti non solum leprosa, sed etiam usque ad septuagies septies, secundum Evangelicam veritatem? a Tutius ergo in hoc casu videretur, ut propter iuramentum religionem vir accusare desisteret uxorem ad divortium celebrandum: quamquam denunciare eam possit ad penitentiam peragendam.

C A P. XXVI.

Licite ex causa necessaria etiam per religiosos iuratur. Idem Abbati & Capitulo Castellionis.

(An. 1206.)

ET si Christus b præcepit secundum Evangelicam veritatem: *Sis sermo vester, est, est, non*: ut affirmatio vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrecente malitia, simplici assertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adjunctum, quod *amplius est, a malo est*: a malo quidem, non tam culpæ, quam pœnæ: nec exhibentium, sed exigentium iuramentum: nam incredulitas huiusmodi magis est pœnæ, quam culpæ: unde non dixit, *malum*: sed dixit: *a malo*. Licet enim iuramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificientia creatoris. Quare cum in Evangelio e præmississet: *Dico vobis, nolite iurare omnino*: statim subjunxit: *neque per calum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est: neque per Hierosolimam, quia civitas est Regis magni: neque per caput tuum, quia non potes unum capillum facere album aut nigrum*. Et quamvis non sit per creaturam iurandum: si tamen iuret per creaturam, servandum est, quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur: quia teste veritate, qui iuratur in celo, iuratur in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Iacobus d quoque non simpliciter prohibet iuramentum: sed voluntatem iurandi, cum ait: *Ante omnia, fratres mei, nolite iurare*, quoniam e ad iuramentum non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna: & tunc potest sine culpa iurare, dummodo illos tres s. comites habeat iuramentum, de quibus Propheta ait g: *Et iurabunt, visis Dominus, in veritate, & iudicio, & iustitia*. Quod autem Iacobus h subdit: *Neque per calum, neque per terram, neque per quodcumque aliud iuramentum*: iurare verat per quamlibet creaturam, quodcumque sit illud: alioquin non dixisset Apostolus i: *Homines per maiorem suum iurant, & omnis controversia eorum ad confirmationem suis, est iuramentum*: in quo patienter ostendit, per quem fit iurandum, cum ait: *homines per maiorem suum iurant*, id est, per Deum & cur fit iurandum, ut videlicet omnia controversia finis sit iuramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apoc. k Joann. stantem super mare & super terram, levavit manum suam ad calum, & iuravit per viventem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Evangelio, quam est est, non non: cum sæpissime dixerit: *Amen dico vobis*: quod ipse, secundum Lucam exponens, cum præmississet l, *Amen dico vobis, quia nemo Propheta accepit esse in patria sua*: consequenter adjunctum: *In veritate dico vobis, quia multa vidua erant in diebus Helia in Israel*. Apostolus quoque iurabat, cum diceret m: *Testis est mihi*

a Vide Covarruv. lib. 4. var. ref. c. 9. b Ia antiq. Januensis. c Cap. 11. eod. sit. in 3. comp. Vid. Mag. & Doll. d sacramento. e Vid. l. pen. ff. de cond. ob tur. caus. & l. generaliter & l. si plerumq. per Bart. ff. de verb. obligat. f Lewis. 18. g Matth. 18.

a Matth. 18. Luc. 17. b C. 13. eod. sit. in 3. compil. Vid. B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. & Sor. l. 8. de just. & iure q. 2. art. 2. Matth. 5. c Adde, an testis iurans per S. Jacobum. vel alium deponat, ved. Cyn. in l. testium C. de test. d Jac. 5. e quoniam ad iurandum, & f B. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. g Hier. 4. h Jac. 5. i Hebr. 6. k Apoc. c. 2. m Luc. 4. m Rom. 2.

mibi Deus: & iterum a: Quotidie morior per gloriam vestram, fratres: quæ Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset jurare, profecto Dominus non jurasset, cum tamen in Veteri Testamento legatur b: Quia juravit Dominus, & non penitebit eum; & rursum c: Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum, imo & præcipit in Veteri Testamento d: Redde Deo e juramenta sua. Quædam enim prohibentur, quia per se mala sunt, ut furtum, adulterium, & hujusmodi: quæ non sunt aliquatenus faciendæ. Quædam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequentes & multum, ex his mala sequuntur: ut vinum per se malum non est, & tamen prohibet Apollolus dicens f: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini, luxuria generatur. Sic & juramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium sæpe contingit: sicut in Ecclesiastico legitur g: Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo ejus plaga. Quemadmodum ergo Paulus indulset, propter necessitatem discipulo suo Timotheo h, ut utatur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates: sic profecto cum necessitas exigit, pro revera, licita & honesta potest secure jurari, quia cessante causa, cessat effectus i. Licet ego debeatis esse viri perfecti, ut quantum potestis, juramenti vinculum evitatis: volentes tamen indemnitate vestri monasterii providere, ne propter defectum testium, sui juris sustineat læsionem: presenti vobis pagina indulgemus, quatenus vos & monasterii vestri Conversi possitis in causis ejusdem (deficientibus aliis testibus) pro ipso perhibere testimonium veritatis.

C A P. XXXVII.

Juramentum contra utilitatem Ecclesiasticam præstitum, non tenet.

Idem Episcopo Amelien. (an. 1204.)

Sicut & nostris est auribus intimatum, Ecclesia Tuderina vacante, ipsius Canonici, & Episcopus cum eis, dum esset in minoribus ordinibus constitutus, juramenta quædam in damnum Episcopalis juris fecerunt, priusquam de Pontificis electione tractatus aliquis haberetur: (& infra. α) Pro juratione incauta imponi fecimus Episcopo poenitentiam congruentem: (& infra. β) Quia i non juramenta, sed perjurya potius sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur: mandamus, quatenus ab ipsis Canonici inquiras super præmissis diligentius veritatem: & si ea inveneris esse vera, quod in damnum Episcopalis juris receperis taliter attentatum, in statum debitum, appellatione remota, reducas.

(α Quæ utrum servari debeant, cum ex eis contingeret præsertim reditus Episcopales minuari, vir providus & discretus olim nos duxit idem Episcopus consulendus. Nos igitur salutis ejus paternæ sollicitudine providere.)

(β Et nihilominus attendentes, quod juramentum non ut esset iniquitatis vinculum fuerit institutum, &c.)

C A P. XXVIII.

Juramentum præstitum super actu a lege infirmato principaliter favore jurantis, licet secundario in favorem publicum, necessario est observandum, si non vi, nec idolo suis præstitum, & in alterius præjudicium principaliter non redundat. h. d. multum singulariter considerata nulli capituli.

a 1. Corin. 15. b Psal. 109. c Psal. 131. d Levitic. 19. Matth. 5. e Domino. f Ephes. 5. g Eccles. 23. h 1. Timoth. 5. i Vid. l. 1. generaliter. C. de Episc. & Cler. & l. si pater. C. de hered. instit. k Cap. 3. tit. de constit. in 3. comp. Vid. Guid. Pap. l. al. quia vero.

Jur. Canon. Tom. II.

Idem Beluacensi Episcopo. (an. 1206.)

Cum contingat a interdum, quod constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donationibus propter nuptias consentiant, ne ulterius contraveniant proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contravenire nitantur: utrum hoc eis liceat, a nobis tua frat. requisivit. Nos autem f. t. r. x. quod et si mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones, ne tali tamen prætextu viam contingat perjuriis aperiri: mulieres ipsæ servare debent hujusmodi juramenta, sine vi & dolo sponte præstita, cum in alterius præjudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis æternæ.

C A P. XXIX.

Movens bellum injustum compellitur resistere, que per violentiam occupavit, & eos absolvo, a quibus indebito juramenta extorsit. h. d. usque ad ver. Juramentum.

Idem.

Sicut: (& infra.) Si contiterit b, quod prædictus H. injuste bellum moverit contra I. ipsum H. inducere studeatis, ut universa per hujusmodi violentiam occupata restituantur conquerenti, eam a præstito sibi juramento prorsus absolventes. Quod si acquiescere noluerit, ipsum ad hoc (si præmissa veritate nitantur) cogaris per sententiam excommunicationis, terram ejus interdici sententia supponentes.

Non adstringitur quis juramento ad implendum quod juravit, si ab alia parte non impletur, cujus respectu præstitum est juramentum.

§. r. Juramentum autem, quod I. se asserit præstitisse, si de assensu factum est utriusque, cum non ligat, qui præstitit, dum ille cui præstitum fuerit, servare negligit, quod promissit.

C A P. XXX.

Clerici non habentes temporalia a Laicis, non tenentur eis prestare juramenta fidelitatis.

Idem in Concilio generali. c (an. 1215.)

Nimis de jure divino d quidam Laici uti tempore nituntur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia vero secundum Apostolum e, servus suo Domino stat aut cadit, sacri auctoritate Concilii prohibemus, ne tales Clerici personis secularibus præstare cogantur hujusmodi juramenta. f

C A P. XXXI.

Qui jurat non esse contra aliquem, potest in causis propriis & Ecclesia sua esse contra eum. h. d. secundum intellectum glossæ.

Honorius III. A. & C. Canon. Antiochenis.

(an. 1221.)

Pœnitio g vestra nobis exhibita continebat, quod Ecclesia Antiochena vacante, Princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra eum, a vobis juramentum extorsit, quod contra ipsum de cætero non esset: (& j. α) Interpretatione h congrua declaramus, vos juramento hujusmodi non teneri, quin projuribus & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiam specialibus i vestris legitime defendendis, contra ipsum Principem stare libere valeatis, coercendo vos a machinatione duntaxat, per quam idem Princeps deberet læsionem personæ vel sui amissionem incurere Principatus.

(α Cum autem dicitur Princeps adeo adversus ipsam Ecclesiam

a Sup. eod. tit. in 4. compilatione. b Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. c Laseran. sub Innocent. III. d Cap. 8. eod. tit. in 4. compilat. e Rom. 14. f Juramentum. g Nota quæ conditione intelligantur in juramento, de quibus Arsin. in §. aque. Infit. de except. Jas. in l. si convenerit. ff. de jurisd. omni. jud. h In uno: Hoc autem in interpretatione congrua. i Specialibus, legitur in omnibus scriptis, licet in aliquot vulgaris mendose legitur spiritualibus.

cleram frequentes habeat quaestiones, nec vos ipsi deesse Ecclesiam sine ipsius detrimento potestis, nec eidem auditis adesse, ne videamini contra dictum facere juramentum. Quare nobis humiliter supplicastis, ut vobis super his paternam providere sollicitudine dignaremur. Nos igitur utilitati Ecclesiae ejusdem, et saluti ac fama vestra, et honori dicti Principis pariter providentes.)

C A P. XXXII.

Cum agitur de usuris, potest Judex in qualibet parte litis ex officio sua defensionibus probationibus exigere a partibus juramentum de veritate dicenda. Et eadem ratio non idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundum Panormitanum.

Idem Archidiaconus & Magistro G. Canonico Tulen. (an. 1220.)

EX literis a vestris acceptimus, quod super causa usurarum vobis pro G. contra E. ab Apostolica sede commissa, non potuit per testes ab ipso G. parte productos de sortis quantitate liquere, licet de obligatione pignoris constitisset: unde expedire videtur, quod exigatur & dicenda veritate a partibus juramentum, cum ex fama quasi notorium habeatur, praefatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata, fortem & amplius percipisse. Ne igitur ex hujusmodi juramenti defectu iustitia (occulta veritate) succumbat: mandamus, quatenus partes ad praestandum hujusmodi juramentum per cens. Eccles. appell. remota cogans.

C A P. XXXIII.

Si postus in dignitate aliena bona dignitas, non valet alienatio, & ipsas revocare debet, non obstante juramento de non revocando: maxime si prius jurat non alienare. h. d. secundum verum intellectum. Panormitanus.

Idem Colossen. b. Archiepiscopo & eius Suffraganeis. (an. 1220.)

Intelleto jam dudum, quod charissimus in Christo filius noster Hungariae Rex illustris, alienationes quasdam fecerit in praedictum regni sui, & contra Regis honorem: Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes praedictas, non obstante juramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare. Quia cum teneatur, & in sua coronatione juraverit, iura regni sui & honorem coronae illibata servare, illicitum profecto fuit, si praestitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum: & propterea penitus non servandum.

C A P. XXXIV.

Si mulier juravit aliquem esse suum maritum, & succubuit, quia aliter non probavit, non datur, nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

Gregorius IX. Episcopo Cenoman. (an. 1232.)

Mulier, quae in iure praestito juramento asseruit virum talem in ipsam per verba de praesenti matrimonialiter consensisse, probationes alias non habenti, viro ab ejus impetratione per sententiam absoluto, non debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne auctor perjurii videaris: nec hoc ei dicimus prohibendum: ne forte si falsum juraverit, matrimonium contingat legitimum impediri: sed suae conscientiae est potius relinquenda.

C A P. XXXV.

Qui juravit servare statuta edita, & postea per illud juramentum aliter non jurando promisit servare edenda, seu postea edita, non tenetur ex juramento ad noviter edita. h. d. secundum verum intellectum.

^a Vid. Guid. Pap. bic. & Beat. Thom. 2. a. quaest. 78. art. 3. ^b Colon. alit. Colocen. in omnibus. ^c Vid. leg. prohibere. §. quod plane. per Bartol. ff. quod vi aut clam. ^d Juramentum non debet deferri ei, quem credimus in cursurum perjurium. l. 2. de ind. viduitat. sol.

Idem.

Clericus qui juravit se statuta in Ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem juramentum, statutum, quod postmodum subfucatum est, fideliter observare: Licet transgredi non debuerat, quod promissit, non tenetur ad illius observantiam ex debito praestitit juramenti.

C A P. XXXVI.

Juramentum litis derisorium a Judice delatum, sine justa causa recusari non potest: delatum vero a parte, licite recusatur & refertur: in actione tamen famosa non licet reo referre. hoc dicit, usque ad §. sanc.

Idem H. Judici.

Juramentum a te parti delatum, nisi iusta de causa non potuit recusari. Quamvis, quod in iudicio a parte parti deferretur, recusari possit licite, ac referri. Nec liceat convento famosa actione referre hujusmodi juramentum.

Actore nihil probante, reus est absque omni onere absolvendus: si vero praesumptio est pro eo, deferretur reo juramentum, vel ipsi actori consideratis personarum & causa circumstantiis. h. d.

^{s. i.} Sane si actor *b* omnino in probatione defecerit, reus debet (& si nihil praestiterit) obtinere. Praesumptione vero faciente pro illo, reo deferri potest, ad ostendendam suam innocentiam, juramentum, nisi Judex (inspectis personarum & causa circumstantiis) illud actori videat deferendum.

TITULUS XXV.

DE EXCEPTIONIBUS.

CAPUT I.

Si Testis de crimine contra eum excepto convincitur, vel alias convictus apparet, repellitur a testimonio, sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale. Coelestinus III. (an. 1195.)

Denique *c*, quod in dicta & personas testium (& infra. ^α) Si crimina testibus obijciuntur, de quibus non fuerant hactenus accusati, sed tantum per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur: cum (sicut canonica instituta declarant) testes absque alia infamia, vel suspensionem, vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. Quod si sola crimina, de quibus alio tempore convicti vel confessi fuerunt, testibus obijciuntur, a testimonio repelli possunt: quia sicut Stephanus Papa *d* & alii Pontifices & multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi prius se probaverint innocentes. Ceterum si de criminibus ad solam exceptionem objectis, testes convicti fuerit sive confessi, poena ordinaria multari non debent, cum accusatio in ipsos, secundum juris ordinem non procedat. Sufficit ergo si a perhibendo testimonio repellantur, praestitum ubi crimen quod eis obijcitur, causam de qua agitur, contingere non videtur.

(c. Quibus ante juramentum vel depositionem nihil obijctum fuit, post asserationes publicatas possent opponi, hoc in Romana Ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscas, ut ante juramentum vel depositionem & post, in dicta & etiam personas testium legitima exceptio possit opponi, &)

C A P. II.

Reo excipiente de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio.

Inno.

^a Vid. Guid. Pap. bic. ^b Vid. Barr. in l. 1. d. de except. ^c Spec. tit. de prob. Salic. & alios in l. qui accusare. ^d C. de edendo. ^e C. 1. eod. tit. in 1. compil. ^f Epist. 2. Refert. Burch. lib. 1. Decret. c. 164. ^g scilicet Felix, Calixtus & Damasus, quorum refert Burch. de hac re dicta l. 1. Decret. c. 169. 171. & 172.

Innocentius III. *Archid. Richemundia.*
(an. 1208.)

A Nobis ex parte tua a fuit quæsitum b, utrum is, qui excommunicatus in locutione vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere, cum ille communionem huiusmodi replicet contra eum.

Nos igitur inquisitioni tuæ t. r. quod ipse ab accusatione illius poterit removeri, cum primus a communionem fidelium sit exclusus, secundus vero tantum a sacramentorum participatione sit remotus. c

C A P. III.

Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit. h. d. Joan. Andr.

Idem *Audicen. Episcopo.* (an. 1209.)

CUM Ecclesiasticæ d provisionis officium: (& j. α) Mandamus, quatenus Jac. facias Præbendam illius de qua per C. præd. noscitur investitus, pacificam possessionem gaudere, cum exceptionem illam, quod præfatus Jac. in alia Ecclesia beneficium possidet, ei non possint opponere, quos constat varia beneficia in diversis Ecclesiis obtinere.

Cæ Pro quæstione siquidem, qua inter dilect. fil. Novarien. Capitulum & I. Clericum super Præbendam Novarien. Ecclesia versabatur, tam nuncii Capituli, quam idem I. ad sedem Apostolicam accesserunt: & dum in nostra & fratrum nostrorum presentia foret utraque partium constituta, pro ipso Jac. fuit saliter in nostro auditorio allegatum, quod cum placuisset bon. mem. cc. Pp. n. Jac. Præbendam Novarien. Ecclesia, qua fuerat magistri B. de sin. ad preces quorundam Cardinalium conferre, & ipsum de illa manu propria investire, de Apostol. sed. mandato fuit postmodum in corporalem ipsius possessionem inductus, quoniam non permiserant cum Canonicis possidere. E contrario vero Novarien. Canonici respondentes, exceptiones quamplurimas allegabant, quibus ipsum Jac. a perceptione Præbende repellere omnino iussendebant.)

C A P. IV.

Judex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis.

Idem *Episcopo Helien.*

PASTORALIS: e (& j.) Quoniam per dilatorias exceptiones malitiose nonnunquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tuæ t. r. respondendo decernimus, ut intra certum tempus a Judice assignandum, omnes dilatoriæ f proponantur: Ita quod si partes extunc voluerint aliquas opponere, quas non fuerint protulæ, nullatenus audiantur g: nisi forte aliqua de novo sibi competens exorta fuerit: vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat juramento, se postmodum ad illius notitiam pervenisse.

C A P. V.

Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest, sed reconvenire non potest.

Idem *Monachis Farsen.* h (an. 1207.)

CUM inter i Priorem & Conventum de Argentolio k ex parte una, & nobilem virum S. de Malleone l diocesis Pictaviensis. ex altera super damnis & aliis coram vobis ex delegatione nostra quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eo quod duos ex vobis habebat suspectos,

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. b requisitum. c Dicitio, sit, deest in pluribus. d Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. e Supra de off. Jud. delegat. c. pastoralis. require qua sunt hic decisa cap. 3. eod. tit. in 8. compilat. Vid. Bald. in l. 2. ff. quod vi aut clam. f Vid. l. fin. c. de except. g Vid. text. in auth. qui semel. cum ibi notat. C. de probat. h Hac duo postrema verba desunt in antiquis. i Cap. 2. eod. tit. in 4. compilat. k Argentorio. l ab Malis.

procurator monasterii allegavit parti ejusdem nobilis (cum esset vinculo excommunicationis adstrictus) exceptionem huiusmodi beneficium interdictum: (& j. α) Inquisitioni vestra duximus respondendum, quod prædicto nobili legitima defensio in iudicio reservatur, & maxime Judicis a recusatio, cum periculosum sit coram suspecto Judice litigare, ac suspectis Judicibus sed. Apostol. causam de certa conscientia b non committat: unde in talibus non excommunicati favor attenditur, sed æquitas judicantis, cum non debeat claudicare iudicium: ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copiam denegeretur, si actore sic condemnaretur multoties absolvendus. Porro cum excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdicti debet eidem appellationis remedium si contra iustitiam condemnatur, qua ratione in uno eodemque negotio ipsi alia legitima subrahantur suffragia, non videmus. Cæterum non sic in reconventionem sentimus: ne quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur.

(α Cum enim excommunicatus non reportet ex contumacia commodum, valeat conveniri, si exceptionis liberum posset habere progressum vel recursum, traheretur multoties in favorem, quod est in adium introducum. Unde postulatis sedis Apostolica oraculo edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeatis.)

C A P. VI.

Excipiens non videtur fateri ea, que in exceptione includuntur. Et exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi.

Idem *Monachis Farsen.* c (an. 1208.)

CUM d venerabilis frater noster I. Sabinen. Episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli S. Anastasii Presbytero, & P. sanctæ Lucie Diacono. Cardin. quos sibi & R. procuratori vestro concessimus auditores, Ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus & pertinentiis petivisset, asserens eadem ad se in spiritualibus & temporalibus pertinere. Idem nondum Episcopi intentione fundata præpropere e sic respondit: quod etsi dicta Ecclesia dudum fuerit Ecclesiæ Sabinen. subiecta, eam tamen non poterat Episcopus vendicare, quam ex permutationis causa Farsen. monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theodosius Episcopus cum suorum Sacerdotum assensu prædictam Ecclesiam sancti Viti, pro quibusdam Ecclesiis & rebus aliis in cambium vestro duxit monasterio concedendam.

Ad hæc Episcopus proposuit memoratus, intentionem suam per huiusmodi permutationem esse fundatam: cum enim pars vestra responderit, se dictam Ecclesiam ex permutatione facta per Sabinen. Episcopum obtinere, confiteri per consequens videbatur, se credere, quod dicta Ecclesia tempore permutationis pertinuit ad Ecclesiam Sabinen. cum permutatio inter contractus bonæ fidei computetur, nec cum alio, quam cum Domino, vel cum eo, qui habebatur loco Domini, legitime valeat celebrari: (et infra. α) Porro memoratus Episcopus ad probandum, quod jam dicta Ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitabatur ostendere, quod tam dictam Ecclesiam, quam molendina, terras, & jalla bona ejus, Sabinen. Episcopi diutius possederunt, de illis pro sua voluntate, arbitrio disponendo: (& infra. β) Intelleximus supradictum Episcopum intentionem suam minime fundavisse per testimonium depositionis, vel procuratoris supra-

a Vid. Hostien. in sum. tit. de recurs. §. qua sint iusta causa. b al. scientia. c Farsen. al. Franesen. In quibusdam ita: Innoc. III. Archid. Richemundia. d Cap. un. tit. de Confess. in 4. compilat. Vid. Dyn. in cap. exceptione. De reg. jur. Adde Roman. in l. cum mulier. ff. sol. matrim. e al. prope. f videbatur.

supradicti responsionem, quia exceptionem objiciens de intentione partis advertit, non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumentum ex adverso exhibitum, cum in eo Theodosius Episcopus, a quo permutatio facta proponitur, non dicatur Episcopus Sabinen. quamquam in transcripto, tuo procurator utebatur, appositum fuerit Sabinen. per vitium falsitatis. Licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsavit, quia tamen delictum personam in damnum Ecclesie redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum etiam post objici potest exceptio falsitatis, cum falsorum instrumentorum praxtextu lata sententia, usque ad XX. annorum spatium valeat a retractata veritate comperta; nolumus ut per id monasterio vestro præjudicium generetur.

Quia vero nobis constitit, supradictam Ecclesiam sancti Viti constitutam esse in diocesi Sabinen. Episcopale jus in omnibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, illis duntaxat exceptis, quæ per authentica scripta ei notificantur esse subtracta, cum per privilegium vel præscriptionem legitimam nullatenus probaretur exempta.

Verum quia dictus Episcopus, qui eandem Ecclesiam vendicabat, munus per præscriptionem legitima non ostendit, quamquam probaverit Episcopum Sabin. bona ejusdem Ecclesie aliquanto tempore possidisse: vos ab impetitione Episcopi quoad temporalia ejusdem Ecclesie sententia litem duximus absolvendos.

(*α* Adjiciens etiam, quod si confessioni stare vellet, in quantum contra eos facere videbatur, instrumentum tamen hujusmodi contra se minime admittent, quia nec tabellionis auctoritate, nec subscriptionis testimonio dignoscitur esse falsum. Sed ad hæc pars vestra respondit, quod cum procurator in motum exceptionis id objicent, non videbatur de adversa partis intentione fuisse confessus, quia juxta legitimas sanctiones, qui exceptione utitur, non estimatur de intentione adversarii confiteri, adjungens, quod etsi permutatio tempore canonium foren. crederetur Ecclesiam dictam S. Viti ad Sabin. Ecclesiam pertinere, prædictus tamen procurator ex certis causis seu verisimilibus conjecturis credulitatem suam per modum peritæ taliter informare, ut crederetur eandem Ecclesiam ad Sabinen. Ecclesiam tunc temporis non spectasse.)

(*β* Super his igitur & aliis propositis coram supradictis Cardinalibus, deliberatione cum fratribus nostris habita.)

C A P. VII.

Si exceptio jurisdictionis exclusiva, propter quam vis appellatum, probatur vera, Judex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. h. d. intelligendo, quod isti erant Judices appellationis: & est notabilis intellectus. Panorm.

Honorius III. Abbati S. Huberti & sancti Martini Leodiens. b (an. 1220.)

Olim: (*α* infra. *α*) Super vero ex parte Gu. fuit propositum, quod literis præd. n. Treveren. Archiepiscopo præsentatis, idem VV. excipiendo proposuit, quod auctoritate ipsarum respondere minime tenebatur, quia ultra duas dietas extra suam diocesim trahebatur in causam: & quia dictus Archiepiscopus una exceptionem admittere recusabat, vocem ad nos appellationis emittit: (*β* infra. *β*) Porro procurator partis ex adverso respondit, quod idem Guil. ultra duas dietas extra suam diocesim minime trahebatur, cum ipse Archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat ultra, quam provisum est per constitutionem Concilii generalis: (*γ* infra. *γ*) Disc. v. mandamus, quatenus si procurator dicti Guil. probare poterit exceptionem, quam coram Archiepiscopo proposuit super dicto, vi-

delicet, se in causam trahi ultra duas dietas contra constitutionem Concilii generalis: vos appellationem dicti, Guil. legitimam decernentes, negotio supersedere curetis.

(*α* Fuit nostris auribus intimatum, quod cum sel. mem. s. Pp. p. n. mandavisset ven. fr. Archiepiscopo Trever. ut compositionem inter nobiles viros L. Comitem Delof. & VV. de Hollandia cruce signatos Trever. diocesi. super raptu nobilis mulieris uxoris ejusdem Comitum, terris & rebus aliis amicabiliter ratam faceres observari; dicto vero VV. nitente venit contra dictam compositionem, et se ad Apostolicum diffugium convertere: idem Archiepiscopus appellationi ejus non deservens, quam frivolam esse decrevit, in præfatum VV. qui alibi erat vinculo excommunicationis adstrictus, specialiter propter compositionem prædictam excommunicationis, et in terram suam interditi sententiam promulgavit. Cumque postmodum dilecti. fil. G. dicti G. procurator, nostras ad vos super executione sententiarum ipsarum literas impetrasset, et H. procurator VV. præfati in audientia publica contradixisset eisdem, ven. fr. n. Alban. Episc. et dilecti. F. G. S. M. in Cosmi Diacon. Cardin. quos procuratoribus antedictis auditores dedimus, quia per ea, quæ ab eisdem fuerunt proposita coram eis, constitit manifeste, dictum VV. excommunicationis vinculo esse innodatum, procuratorem ejusdem VV. ad imperandam literas vel contradicendum admittendum non esse sententia litem decernentem, literis, quas ad vos procurator dicti Comitum impetraverat, abstinuit. Nos quidem ad instantiam procuratoris Comitum supradicti alterius partis astutiam metuentes, vobis dedimus in mandatis, ut in commissio vobis negotio juxta formam in prædictis nostris literis expressam, ratione prævia procederetis, literas decernentes carere viribus, si quas forte a nobis super præmissis pro ipso VV. in præjudicium ipsius Comitum per subreptionem consigit impetrari, quæ plenam de prædictis non faciamus mentionem.)

(*β* Sed præfatus Archiepiscopus appell. contempta mandavit ven. fr. n. Treveren. Episcopo, ut compositionem prædictam faceret per cens. Ecclesie. firmiter observari: adjectum etiam fuit ex parte præfati VV. quod dictus Comes appellationem frivolam mentiens, antedictam, excommunicatus ad nos existens, veritate tacita literas impetravit supradictas, quando pro parte ipsius VV. suis humiliter supplicatum, ut cum idem, ac terra sua, necnon et alia bona sub Apostol. sed. protectione consistat, super hoc sibi providere misericorditer dignaretur, non obstante sententia, quam incurrerat, cum Ludovico in Angliam transferendo, cum ipsum absolverimus ab eadem. Nos igitur eidem excommunicationis vinculo absolute, providere volentes, Abbati S. Laurentii consuevit per nos literas dedimus in mandatis, ut si rem invenirent taliter se habere, revocato in irritum quicquid invenirent post appellat. hujusmodi attentatum, causam audirent, et sine debito terminarent, alioqui partes ad examen nostrum remitterent, appellatorem in expensis legitimis condemnantes.)

(*γ* Adjecit etiam ipsius Comitum procurator, quod sepe dictus VV. auctor. jam dicti prædecessoris, alia est excommunicatione ligatus, de qua in literis ad jam dictum Abbatem S. L. et ejus judices directis nullam fecit mentionem. Unde petitio supradicti Comitum procurator, ut eas ob causas jam dictas decerneremus irritas et inanes. Quia vero in tanta contrarietate proponendum de veritate nobis constare non potuit.)

C A P. VIII.

Pro defensione sua Ecclesia potest qui opponere exceptionem excommunicationis, perjurii, vel aliam legitimam exceptionem, nec per replicationem excommunicationis vel perjurii repelli potest.

Idem Archid. Transilv. et Officiali, et I. Canonico Taronen. (an. 1222.)

Dilecti filii S. & P. ac C. Canonici Ecclesie sanctæ Mariæ, transmissa nobis b petitione monstrarunt, quod

a Lateranen. sub Innocens. III. cap. 37. b Dilecti, nobis, hæc in malis.

a Arg. lequerela. C. ad L. Corn. de Falsis. & c. 9. sup. de probat. b De materia hujus decret. quatenus agit de diata, vid. Bartol. in leg. 1. si quis caus. Inolam in continuis. ff. de verb. obligat. Alexand. cons. 22. Incip. consideratis verbis statuti in 4. volum. c. ipsius Comitum.

quod cum M. Canonicus ejusdem Ecclesie ipsos coram delegatis a nobis traxisset in causam, super eo, quod se opponunt electioni a quibusdam Canonicis a Granden. facta de ipso in Priorem Ecclesie supradicta: iidem proposuerunt, quod dictus M. non debeat audiri: eo quod excommunicatus erat, & perjuri crimine irretitur. Cumque dictus M. prefatis G. & P. perjurium, & S. excommunicationem in modum b exceptionis & replicationis obijciens, eorum exceptionem elidere niteretur: procurator eorum proposuit, quod ejus super hoc probatio recipi non debebat, quia & si obiectum prefatis Canonicis perjurium probaretur, non essent propter hoc a defensione sua Ecclesie repellendi. Adjecit etiam, quod contra excommunicationem dicto M. in modum exceptionis obiectam, excommunicatio supradicti S. replicari non poterat: quia exceptio ipsi M. opposita & probata, eundem repelleret ab agendo: replicatio vero supradictum S. nequaquam a defendendo repelleret, si etiam probaretur: (et infra. α) Ipsi vero Judices interlocuti fuerunt, quod prius probationes reciperent super replicatione premissa c, propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus si res ita se habet, revocato in irritum, &c.

α Quare petebatur, ut omnes probationibus hujus replicationis, in quibus etiam si probaretur, labor, ut praestentur, consumeretur, inanes probationes reciperent, quas ad probandum obiecta ipsi M. dicerent producendas.)

C A P. IX.

Si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Ecclesie retardatur, sit absolutio ad cautelam.

Gregorius IX. l. 1. & M. Canonicis Pragen.

(an. 1232.)

Apostolica sedis d. (& j.) Sate vobis apud sedem Apostolicam constitutis, quaedam suspensionis & amotionis a beneficiis sententia fuerunt in modum exceptionis obiecta. Quas licet proponeretis vos posse nullas esse per testes idoneos & instrumenta probare: Ne tamen ordinationem Pragen. Ecclesie, propter quam veneratis, hujusmodi objectionis obstatulo contingeret retardari: Sententias ipsas relaxavimus ad cautelam.

C A P. X.

Excommunicationis exceptione non obstante valet rescriptum impetratum in causa appellationis, licet de excommunicatione lata post appellationem a gravamine non faciat mentionem. hoc dicit, & secundum hoc est casus not. & singularis: per quem forte posset colligi una regula, quod de innovato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem: Parnorm.

Idem Decano Lincolnensi. (an. 1223.)

Dilecti e in Christo filii Priorissa & Conventus de Campesha nobis significare curarunt, quod cum inter ipsas ex una parte, & priorem & Conventum de Burchella ex altera, super quibusdam decimis & rebus aliis, pro quibus conveniebantur ab illis coram Abbate S. Benedicti & ejus collegis, auctoritate Apostolica quaesio verteretur, & ipsa ad nos ex sufficienti gravamine appellarent, ac nuntium suum ad appellationem miserint prosequendam: prefati Judices postmodum tulerunt excommunicationis sententiam in eisdem. Nostris ergo litteris super appellatione prefata, non facta mentione de

excommunicatione, per eundem nuntium ad Priorem de Angles & suos conjudices impetratis, pars adversa ex eo se appellasse proponens, quod ipsi Judices exceptionem excommunicationis praedicta, contra ipsas ab eadem parte propositam admittere denegarunt, ad Priorem de Gernemoe, & suos conjudices nostra super hoc literas impetravit: coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quod cum post appellationem legitimam dicta sententia lata fuerit, & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati Judices exceptionem partis contrariae (sicut nec debebant) admittere noluerunt: sed cum dictus Prior de Gernemoe & conjudices sui talem exceptionem non reciperent eandem, ipsa ad nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statutum debitum, quicquid post hujusmodi appell. inveneris attentatum, in eodem negotio juxta prioris mandati nostri ad praefatum Priorem de Gernemoe & conjudices suos directi tenorem, pravia ratione procedas.

C A P. XI.

Per exceptionem excommunicationis a prosecutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet. h. d. & est casus singularis, quatenus dicit de actore.

Idem Abbati sancti Salvatoris Papien. et Vercellen. Praeposito.

(an. 1230.)

Significaverunt a nobis Capitulum de Tornacens. quod cum P. in suum Archipresbyterum elegerit, Mediolanen. Archiepiscopus praesentatam sibi electionem renuens confirmare, quendam Zephum Clericum in Archipresbyterum instituit Ecclesie supradicta: quare ipsi ad sedem Apostolicam appellavit, Praeposito sancti Stephani causam ipsam super his dicimus commississe: qui electionem ipsorum confirmans, & pronuncians jus eligendi ad ipsum Capitulum pertinere, partem adversam ab impetitione ipsorum abolvit, a qua sententia partes ad sedem Apostolicam appellantes, causam ipsam vobis obtinere committi. Sed a parte altera exceptione excommunicationis opposita contra Capitulum memoratum, vos minus provide attendentes, quod praetextu excommunicationis opposita a prosecutione appellationis non debeat quis excludi: cum omnis legitima defensio excommunicato in iudicio reservetur: partem adversam non esse cogendam ad respondendum eisdem, perperam decrevistis: propter quod dictum Capitulum nostram audientiam appellavit: (et j.) Mandamus, quatenus si est ita, exceptionem hujusmodi non obstante, in eodem negotio procedatis.

C A P. XII.

Reus in qualibet parte liti excommunicationem contra actorem obijciens auditur: et si malitiose distulerit, in expensis condemnatur, et dato, quod non excipiat, ipse Judex publice excommunicatur repellit.

Idem.

Exceptionem a excommunicationis in dilatoriis proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte liti opponere minime prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam e in periculum animae suae excommunicato communicare cogatur. Qui si eam omiserit, ut actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus d. a reus publice, etsi hujusmodi exceptio non opponitur, nihilominus est officio Judicis repellendus.

CAP.

a Al. Graciacensis Ecclesia. b Hac duo verba, exceptionis & c, defuncti in antiq. manuscr. c Vid. l. circa. cum nos f. de probat. d De absolute ad cautelam, vide Specul. tit. de sentent. 9. ut autem. Adde Joan. de Anania cap. 1. j. de malefic. & Alberic. in l. a precedente. C. de dilas. e De mater. videlicet an & quando valet rescriptum impetratum per excommunicat. vid. Card. Consil. 3. tit. de rescript. & Consil. 12. de reg. Felin. in c. 1. sup. de rescript.

a Al. Significavit. Vid. Petr. Duham reg. 270. In c. excommunicatus non potest. b Vid. Bellamer. Dec. 226. et Gomez. in comp. utriusque sign. Cal. ne quis. d De materia vitandorum excommunicatorum vid. Fel. in c. Rodulfus, de rescript.

C A P. XIII.

Non competis exceptio rei iudicata reo absoluto, quia non possi debas.

Idem Gregorius IX. (an. 1224.)

Adversario a tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motæ litis rem petitam ab ipso sine dolo deserat possidere, si eam modo possideat, tibi petenti denuo, rei iudicatæ exceptio non obstat.

C A P. XIV.

Vales rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non feceris mentionem.

Idem.

Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum b Narbonen. qui a iudicibus ex sufficienti gravamine ad Apost. sedem appellans, ad vos super appellatione sua nostras literas reportavit, eis ex causis alio tempore impetrati rescripti vinculo fuerit excommunicationis adstrictus, de quibus ibi mentio non habetur, ad prosecutionem per eandem literas appellationem prædictam decrevimus admittendum. Quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem suam proficui, & super ea literas impetrare.

TITULUS XXVI.
DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

C A P. I.

Episcopus contra Episcopum locum per se conversam ad fidem, præscribit triennio: sed cum vacat Ecclesia, vel est schismate, non præscribitur contra ipsam.

Ex Concilio Africano. c. (an. 402.)

Placuit, ut si quisquam ad aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, si eum per triennium nemine repente tenuerit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuerit e Episcopus, qui posset repetere, & tacuit: si autem non fuerit, non præiudicetur matrici Ecclesiæ, sed liceat, cum locus accepterit Episcopum, ex ipso die intra triennium repetere. Item si fuerit Episcopus ad catholicam fidem ex Donati & parte conversus, non ei præiudicetur præfinitus tempus: sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum, qui ad ipsam cathedram pertinebat.

C A P. II.

Duobus modis summatur: Primo sic: Taciturnitas Prælati non nocet Ecclesiæ, donec sit præscriptum. Secundo sic: In rebus inuasis non currit præscriptio. Joan. Andr.

Ex Registro Gregor. & Italia Patriciæ. (an. 600.)

Nihil h. prodest: (& j. a.) Nihil cum scandalo, nihil eum forali strepitu, vobiscum nos velle de causis pauperum definire, vobis scripisse meminimus. Sed illud vos scire credimus, taciturnitatem, atque patientiam nostram futuris post me Pontificibus in rebus pauperum præiudicium non factum.

(a Gloriosissima sanitas & pulchritudo corporis superflua, si vultus later intrinsecus: atque illa magis cavenda est discordia, cui satellitum pax præbet exterior. Illud vero, quod in epistolis nostris revocare in memoriam nostram excellentia vestra studiose contendit, scriptum esse vobis.)

C A P. III.

Per quietam & sinceram possessionem triginta annorum, præscribit Ecclesiæ rem privati. h. d. prout loquitur in præscriptione Ecclesiæ active, & iste intellectus tenendus est.

a De intellectu hujus decreti. vid. Anton. de Barr. in c. 1. de re iud. b De mater. hujus decreti. vid. Philip. in cap. olim. sup. de refer. c Canonum & acc. collectorum ex Carthagenensib. Conciliis, hic numeratur cent. finus vigesimus primus. d Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. e suis. f Aug. lib. de bar. c. 59. tom. 6. g lib. 2. c. 96. epist. 57. h C. 3. eod. tit. in 1. compil.

Gregorius. (an. 593.)

Sanctorum & Patrum sanctiones statuentes confirmaverunt, & nos irrefragabiliter confirmamus, ut omnes possessiones ad singulas provincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos possessa sunt quiete & sincere absque synodali proclamatione perpetuo teneantur.

C A P. IV.

Quartadecimaram & funeralium præscribitur contra Episcopum si quadraginta annorum spatio non solvatur, & cathedralis Ecclesiæ interim non vacavit.

Alexander III. Salernitano Archiepisc. b (an. 1180.)

De quarta decima & c. oblationis defunctorum Clericus ab impetitione Episcopi quadragenaria præscriptione temporis se posse tueri videtur. Nisi forte interim pastoralis sedes caruisset pastore, qui iura Ecclesiæ suæ exigere debuisset. Nam Romana Ecclesiæ tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit.

C A P. V.

Possessor mala fidei non præscribit.

Idem. d (an. 1180.)

Vigilanti studio & cavendum est, ne mala fidei possessores simus in prædiis alienis: quoniam nulla antiqua dierum possessio juvat aliquem mala fidei possessorem, nisi respuerit, postquam se novit aliena possidere: cum bonæ fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim legislator solum propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali vel quadragenali præscriptione vigorem legis imposuit f. Nobis autem tam in rebus cognitis, quam latentibus placuit non habere vigorem.

C A P. VI.

Una Ecclesiæ in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas præscribit.

Idem Mauritano g Episcopo. (an. 1170.)

Ad aures b nostras pervenit, duas Ecclesiæ litigasse super decimas, quas una earum in alterius parochia annis XL. possedit: (& infra. a) Tux fraternitati tenore præsentium innotescat, quod de jure divino & humano melior est conditio possidentis. Quia quadragenali præscriptio omnem profusam actionem excludit.

(a Ac per hoc ejus actionem parat esse extinctam: alio vero volens eas jure parochiali evincere, præscriptionem non debere sibi obesse proponit. Ideoque quid juris sit in hoc casu, tua nos duxit f. consulendos.)

C A P. VII.

Laiis spiritalia possidere non possunt, ergo & per consequens, nec præscribere, h. d. & quotidie allegatur.

Idem Parmensi Episcopo. (an. 1172.)

Causam i qua inter Regin. Archid. & Nobilem virum G. super decimis vertitur: (& infra.) Ideoque f. r. p. a f. p. mandamus, quatenus causam ipsam debito sine decidas, non obstante præscriptione temporis, vel concessione Ecclesiastica seculari personæ, si idem G. opponere eam voluerit: quia cum Laii decimas detinere non possint, eas nulla valent præscribere ratione.

(a Experientia tua, de qua multum confidimus, commisitimus audiendam & mediante justitia terminandam.)

C A P. VIII.

Si contra præscriptionem XL. annorum, qua sola currit contra Ecclesiam, apponatur interruptio, uterque probabit. Idem.

a Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 38. c. 7. in regist. Greg. nondum inveni. b al. Salernitano. al. Salernitanen. c Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. d al. Clemens IV. e Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 38. c. 1. f Vid. l. fin. C. de præscr. long. temp. g al. Mauritano o h C. 9. eod. tit. in 1. compil. Bald. in trañ. de præscr. id. l. p. 5. part. principalis. q. 4. 14. i Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. & quare Laiis decima non censur. B. Thomas: & ibid. Cajet. 2. q. 2. 87. art. 3.

Idem. a (an. 1172.)

Lud è autem te scire volumus & tenere, quod adversus Ecclesiam minorem præscriptionem, quam quadraginta annorum Rom. Eccles. non admittit, licet quidam canones comprobent tricennalem: & Ecclesia se potest adversus Ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri de re illa, quam inconcusse, quadraginta annis noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione inter partes fuerit mota questio, ab utraque parte testes recipi debent: & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit.

C A P. IX.

Finis prædiorum Ecclesiasticorum, quadraginta annorum spatio præscribuntur.

Idem. (Syracusano Episc. an. 1174.)

Quia indicante c. Abbate C. competimus, inter eum & Abbatem sanctæ Lucie gravem esse exortam de finibus questionem: agrimensores definitionem illam præfeximus finiendam.

Hortamur igitur, ut ad loca, de quibus est contentio, accedentes, eam in vestra faciatis præsentia terminari. Quadraginta tantum annorum præscriptione utriusque partii servata.

C A P. X.

Tempore hostilitatis non currit præscriptio.

Lucius III. de Massandane & de Dorcesre Abbatib. & Magistro A. de VV. de Fordis. (an. 1181.)

EX transmissa à conqueisione Abbatis & Monachorum de Haben. accepimus, quod cum Ecclesia de Camerone ad jus eorum pertineat, & homines de Sibon. & Vinton. Ecclesiarum parochiani sint ipsius Ecclesie: Clerici, qui prædictas habuerunt Ecclesias, minutatim omne jus parochiale, præter jus funerandi, matriæ Ecclesie subtraxerunt: (& infra.) Dicit. vest. mand. quatenus decimas & oblationes cum aliis conventioibus memoratæ matriæ Ecclesie præscriptione hostilitatis tempore non currente) restitui faciatis.

C A P. XI.

Procuraciones, quæ debentur legatis & nunciis Apostolica sedis, præscribi non possunt.

Innocentius III. Abbati de Cenedo. (an. 1220.)

Accedentes e ad præsentiam nostram Præpositus sancti Nazarii, & A. Canonicus sancti Stephani, Syndici & Procuratores Primitierii & Clerici f. Mediolan. de ordinariis majoris Ecclesie graviter sunt conquesti, quod cum ipsi Legatos & Nuncios Apost. sed. devote recipiant & procurant: dicti ordinarii procurare ipsos renuunt, & procurantibus g. ad expensas subsidium impertiri: (& infra. a.) Volentes autem, ut quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur; Mandamus, quatenus, nisi dicti ordinarii per speciale privilegium Apost. sed. a præstantis procuracionibus offenderint se immunes (etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non impenderint: cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare) ipsos ad procuracionis sarcinam ordine debito subeundam teneri decernas.

(a. Unde Clerici Mediolanen. grave querebantur sibi præjudicium generari, cum enim per civitatem ipsam sæpe contingat transire facere nuncios nostros & legatos, quando in eorum procuracionibus pauciores existunt, tanto facientes amplius prægravantur, & quanto per plures onus esset procuracionis divisum, tanto a faciendis facilius portaretur. Quo siquidem ordinarii, cum pro eis & aliis vigilare iugiter non

a al. Urbanus tertius. b Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. Bald. tract. de præscr. in 5. parte principali. c Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. unde ita respondenda est inscriptio: Idem Syracus. Episcopo. d Cap. 2. de capell. monach. unde restituenda est inscriptio, quando videlicet currat præscriptio. vid. Specul. tit. de app. §. nunc fore vider. Adde late per Ripam tract. de peste. e Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. f al. Clerici Mediol. in aut. g al. expensas velunt subsidium, esse.

cessimus, & spiritualia sicut Deus dederit omnibus ministravimus, in huiusmodi se iure speciali tueri satagant, non videntur: præsertim cum & Apostolus dicat: Si vobis spiritualia seminavimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus: & infantia nostra quotidiana sit omnium Ecclesiarum sollicitudo, sicut plenius norunt præfentes pariter & remoti.)

C A P. XII.

Subditus non præscribit obedientiam contra Prælatum: Idem de Costa, & de S. Donato Prioribus.

(an. 1210.)

Cum non liceat a capite membra recedere, non sufficimus admirari, quod sicut referente Bracaren. Archiepiscopo nobis est intimatum, licet Ecclesie vestre in ipsius sint diocesi constituta, vos tamen obedite sibi tanquam Episcopo b vestro contumaciter recusatis: (& infra. a.) Ideoque mandamus, quatenus præfato Archiepiscopo & Ecclesie Bracaren. obedientiam & reverentiam debitam, sicut alii Clerici suæ diocesis faciunt, impendatis, præscriptione temporis non obstantem.

(a. Cum igitur orimen ariolandi sit repugnare, & scelus idololatria nolle acquiescere, sustinere nolentes, quod subditi Prælati suis non obediant ut tenentur: de communi f. n. conf.)

C A P. XIII.

De iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus currit sola centenaria præscriptio.

Idem Nobili viro Marafeloni. (an. 1212.)

Ad audientiam c. Apostolatus nost. pervenit: (& infra. a.) Proponeretur ex parte tua Alexandrum Pap. præd. nost. in castro Palatioli concessisse singulis annis 40. solidos denariorum Papient. quos Rom. Eccles. ibi consuevit recipere annuatim: insuper comestiones, banna, placita, forisfacta, & omnia iura, quæ ibi Apostolica sedes haberat. Sed ea tibi ratione nulla debere castellanum eiusdem castri constantissime assererat. Ad quod probandum inducebas prædicti Papæ privilegium, & librum Eccles. Rom. censualem: hoc etiam nitebaris probare per testes, qui dicebant se vidisse præscriptum censum nunciis Rom. Pont. a 50. annis, & infra fuisse solum. Sed inter alia fuit adverso responsum, quod nec privilegium, nec liber censualis, tibi aliquid commodi assereret, cum privilegio usus non fueris spatio annorum 30. & liber censualis suspectus existeret: quia non fuerat in camera nostra receptus, ac Scrinarius alio modo scripsisset dicta testium, quam dixissent. Nos igitur magis auctoritatem privilegii, quam depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus, & licet non in nostra, sed in Cardinalis sancti Hadriani camera sit inventus, qui f. eum, quando camerarius fuerat, de camera B. Petri suscepit, nec credentes ipsum Scrinarium (cum iuratus sit officium suum fideliter exequi) aliud scripsisse, quam a testibus diceretur: Respicentes insuper (quod est longe validus) ipsum negotium tangere principaliter Rom. Eccles. contra quam non nisi centenaria præscriptio currit: in solutione prædicti census & aliorum petitorum eodemnavimus partem adversam, injungentes eidem, ut tibi, non tanquam tibi, sed tanquam Eccles. Rom. (cujus auctoritate debes percipere, ejus etiam propter prædicta beneficia vassalus existis) sine difficultate persolvat.

(a. Te conquerente, quod quadam iura de castro Palatioli a sel. rec. Alexand. Papa p. n. tibi concessa castellanum ejusdem castri tibi reddere denegabant. Porro se ac dil. fil. Leonis consulemque illius castri propter hoc in nostra præsentia constitutos audiri fecimus diligenter.)

CAP.

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. vid. Rom. singul. 500. incip. Curialis de Florentia. b Archiepiscopo. c C. 3. eod. tit. in 1. compil. Anchar. consil. 310. & Paul. Cast. consil. 280. incip. In factis præsentibus a assererant. c Libro censuali Ecclesia in loco non suspecto servato creditur. l. 1. ff. si cert. per. Bar. f al. quia.

C A P. XIV.

De centenaria prescriptione, qua solum currit contra Romanam Ecclesiam, tempora schismatum deducantur.

Idem Innoc. III. *Hel. & Gu. Abbasibus.*

(*an. 1212.*)

CUM a vobis: (& j. α) Licet igitur tam legali, quam canonica sit definitio statutum, ut contra Rom. Eccl. quæ gaudet privilegio specialis, non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vindicare; tempora tamen intercedentium schismatum, quæ secundum juris ordinem cursum præscriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita de ipsa computatione deduci.

(α *Aliis literis dedimus in mandatis, ut in causam, quæ inter Ecclesiam Hildensem. ex una parte, & Ecclesiam de Gand. et Eccl. Roman. ex altera dignoscitur agitari, testes ad probandam prescriptionem recipere debeatis. Insinuatio præsentium vobis duximus declarandum, quod postquam præscriptio contra monasterium supradictum et libertatem ipsius dicitur inchoata, scissura prium schismatum adversus Rom. Eccl. intervenit.*)

C A P. XV.

Praelatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis sui diocesis totum jus Episcopale: subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia cathedralis.

Idem *Helic. et Rossen. b. Episcopis.* (*an. 1212.*)

Auditus & intellectus e mentis causæ, quæ vertitur inter Vigorens. Episcopum, & Abbatem de Hevescam super Ecclesiis in valle de Hevescam, quas Episcopus assertit ad se diocesana lege spectare, Abbas autem eas esse ab ejus jurisdictione prorsus exemptas: (& j. α) Verum tanto tempore probantur per testes ab Abbatibus de Hevescam pleno jure possessæ, ut videantur in eis Episcopale jus legitime præscripsisse: (& j. β) Quocirca mandamus, quatenus inspectis privilegiis Th. & Of. Regum, quæ Abbas super præmissa libertate assertit se habere, si per illa constiterit, quod vallis de Hevescam sit ille locus, quem C. præd. nost. libertate donavit, absolvat Abbatem ab impetitione Episcopi super Ecclesiis memoratis: & adjudicent illas Abbati pleno jure subiectas, Episcopo super illis silentium imponatur. Quod si Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo intra quadraginta annos sedes Episcopalis vacavit: & si per tantum temporis vacasse constiterit, ut illo subducto, non sit quadragenaria completa præscriptio, vos in illis Ecclesiis jus Episcopale adjudicetis Episcopo, & super illo perpetuum silentium imponatur Abbati. Si autem exceptionem hujusmodi Episcopus non probaverit: quia tamen interruptionem probavit circa processionem pentecostalem in villa & Ecclesia de Mortana, & receptionem ac procuracionem Archidiaconi, nec non solutionem denariorum S. Petri in valle de Hevescam, circa cognitionem quoque causarum matrimonialium d. & capellani suspensionem in prædicta villa de Mortana, & interdictum capellarum in præfata villa de Hevescam; vos super his jus Episcopale adjudicetis eidem, si tamen circa suspensionem & interdictum hujusmodi intra quadraginta annos interruptio facta fuit: in cæteris ei silentium imponentes, quæ Abbas præscripsisse probatur.

(α *Cognovimus evidenter Ecclesias illas per privilegia Rom. Pontif. non esse ab Episcopali jure subtractas, nisi forte vallis de Hevescam sit ille locus, quem a duobus Regibus, Rendo videlicet & Osa, libertati donata bon. mem. C. pp. libertati donavit sicut in ipsis privilegio consistitur.*)

(β *Nisi forte per tantum temporis spatium Vigorens.*

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. b al. *Racrosen. c Capit. 5. eod. tit. in 3. compil. vid. c. auditis sup. de in integr. rest. ubi Doctores. Bald. in tract. de præscr. in 3. p. 6. p. principalis q. 1. Felin. in c. irrefragabili. sup. de offi. ordinarii. d. Hodie Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 29.*

Ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subducto præscriptio minime sit impleta.)

C A P. XVI.

Non potest subditus contra superiorem visitationem, aut procuracionem ratione visitationis debita, in seipso præscribere: quamvis alius in personam alterius præscribere possit utramque.

Idem *Parisiensi Episcopo.* (*an. 1212.*)

CUM a ex officio sui debito Senonen. Provinciam visitaret Archiepiscopus Senonen. per Parisien. diocesim transitum faciens, ad Abbatem sancti Maglorii, Prioris de Castres, & quorundam aliorum Ecclesiarum ejusdem diocesis, necesse habuit declinare: a quibus cum procuracionem sibi debitam postularer, ipsi eam inhumaniter negaverunt, ad suæ negationis defensionem hoc solum allegantes, quod non eminerant se procuracionem hujusmodi predecessorum eorumdem Archiepiscoporum exolvisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam: (& j. α) Nos igitur præmissam allegationem eorum nullam penitus reputantes, cum contra procuracionem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi nequiverit, quemadmodum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi, etsi alius contra eum præscribere possit utramque b. Mandamus c, quatenus sententiam, quam in hujusmodi contemptores de antiqua Metropolis consuetudine tulit Archiepiscopus memoratus, usque ad satisfactionem condignam facias observari, quia secundum Apostolum: *Qui spiritualia seminavit, non est magnus, si metas carnalia, cum nemo cogatur suis stipendiis militare.* Si quid enim aliud, quam superius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiscopi obijcere voluerit & probare, nos eis faciemus justitiam exhibere.

(α *Idem vero Archiepiscopus propter procuracionem sibi minus rationabiliter denegatam illius auctoritate rescripti, quod super hoc a sede Apostolica impetravit, ab officiorum executione suspendit: eisdem postmodum, quoniam suspensionis sententiam non servabant, vinculo excommunicationis adstringenti, quod totum in ipsis Archiepiscopi literis prospeximus contineri, quo eandem sententiam pœtebat aut. Ap. confirmari.*)

C A P. XVII.

Qui alieno nomine possidet, non præscribit, nec etiam is, qui propria, nisi habeat bonam fidem & justum titulum, si præsumptio est contra eum. hoc dicit, secundum Joann. Andr. addita suppletione Panormitani.

Idem *Pisano Archiepiscopo.* (*an. 1212.*)

SI d diligenti: (& infra. α) Cum judicatus Calaritanus ad jus & proprietatem B. Petri pertinet, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te vel Ecclesia tua a Marchione Massæ Judice Calaritano fidelitatis exigere juramentum: (& j. β) Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit, plenus circumspicimus, non intelleximus te vel Ecclesiam tuam super hoc aliquo jure subnixam, cum auctoritatem sedis Apostolicæ non ostendas, per quam a Judicibus Calaritanis, tui & antecessores tui fidelitatis exegeritis juramenta: nec præscriptione aliqua munitaris, cum secundum confessionem tuam e nec Ecclesia Pisana, vel tu fueris in quasi possessione juris exigendi hujusmodi juramentum, quod f per sedem

a Cap. 6. eod. tit. in 3. compil. De materia procuracionis & visitationis, vid. Concil. Lateran. sub Alexandr. III. cap. 4. et sub Innoc. III. cap. 33. addo Concil. Oxoniense c. ut singulari, et Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 23. et Bernard. Diaz. reg. 396. incip. Procuratio seu visitatio. b utrumque c al. ideoque mandamus. 1. Corin. 9. d Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. Bona fides qualiter probetur, vid. Innocent. et Inol. in cap. fin. infr. eod. Oldrad. cons. 245. Paul. de Cast. cons. 152. Bald. in l. fin. C. de edict. Divi Hadr. sol. c. An confessio præjudicialis noceat Eccles. Cyn. in 15. q. in l. 1. c. de confess. Barz. in l. certum. 5. sed an et ipsos. ff. eod. f alia: quod pro sede Apostol. Caserum omnes manuscrip. habent us. impressum est.

sedem Apost. ab ipsis Judicibus receptum fuisse fateris, per quod constat Ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse, cum pro ea ministerio tuo & antecessorum tuorum exactum fuerit, & præstitum juramentum & is etiam possidere dicatur, cujus nomine possidetur. Si vero dicatur, quod nomine tuo & antecessorum tuorum, & non nomine nostro & Ecclesie Romanæ fuerit juramentum exactum, posse inferri, quod juramentum præstitum de conservando jure & honore sedis Apost. fuerit violatum: unde licite retineri non possit, quod contra juramentum hujusmodi fuerit scienter obtentum: quia etiam secundum hoc locum præscriptio habere non possit, cum in præscriptione rerum Ecclesiasticarum bona fides & justus titulus exigantur: & si etiam locum potuisset habere præscriptio, non credimus centenariam præscriptionem (quæ sola currit adversus Rom. Eccl.) posse probari.

(*α Penes animo, quid illa tabernaculi archa significet, in qua cum sabulis virga simul & Manna sunt jubente Domino recondita, nequaquam nos tibi subscripsisse dure & asperè repusares, cum in pectore Rom. Pont. qui universis Ecclesiis Prælati præstare Deo auctore dignoscitur, & virga correctionis & Manna debeat esse dulcedinis, ut altero foveat humiles & devotos, & reliquo rebelles ferias, & punias delinquentes. Hinc est, quod illius vulneribus sauciati, quem Samaritanus duxit in stabulum, vinum adhibetur & oleum, ut nisi ammonitionis & exhortationis oleo delinquentium vulnera foveantur: vinum Ecclesiastica severitatis subsequatur. Licet igitur ex his, quæ præmissimus, contemptis monitis nostris & mandatis, quibus nisi sumus fraternitatem tuam frequenter inducere, us dil. fil. n. VV. Marchionem Massa, Judicem Calaritanum juramento fidelitatis absolvens, quod exhiberi tibi & Ecclesie Pisana fecisti, ut eo non obstante nobis & Ecclesie Rom. jurares, non solum asperitate verborum, sed executione forsitan potuissent in te procedere Ecclesiastica disciplina.)*

(*β Super eo verè articulo taliter respondisti, quod ab eo tempore, quo fuisti assumptus ad Præsulatus officium, juramentum fidelitatis pro sed. Apost. ab ipsis Judicibus recepti: sciens te per Archiepiscopum Villanum prædecessorum tuum, virum magna auctoritatis & honestatis, qui longo tempore in curia Rom. existis Cardinalis, ipse quoque plenus novis consuetudinibus, & statuta, & omnes antecessores tui, qui fuerunt viri magna auct. sic te antiquam consuetudinem tenuisse pariter, & fecisse, cum nihil tibi vel ipsis hactenus ab Apost. sed. fuisset obiectum.*

C A P. XVIII.

Abbas in capellis præscribere potest jura Episcopalia, obtinet tamen in his solis, quæ præscripsit. h. d. quoad titulum. Idem Episc. Lucano. (an. 1212.)

Cum olim, frater Episcopo, cum Abbate & Monachis sancti Salvatoris de Fichero, super Plebe Falamazana & adjacentibus capellis ipse in nostra præsentia litigando, institutionem in eis, & alia ad jus Episcopale pertinentia vendicares, ad fundandam intentionem tuam jus commune principaliter allegabas, cujus auctoritate dicebas, universa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diocesi tua constituta, ad te tantum ad diocesana Episcopum pertinere, arbitrium e præterea super hoc promulgatum a Pistorien. Episcopo, Archipresbytero ac Primicerio Lucanis allegans. Ad eundem autem intentionem tuam, Abbas Greg. VII. Papæ prædecess. nostri privilegium exhibuit, quod prædictum arbitrium multo videbatur tempore præcessisse: per quod tam monasterium, quam plebs & capellæ prædictæ videbantur libertati donatæ: (et infra.) A horum quoque Rom. Pont. dictus Abbas privilegii

utebatur post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis privilegia sibi concedere videbantur: (et infra.) Quia prædictus Abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus Plebani & Clericorum, baptismo, & poenitentia in levioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione ac divinis officiis celebrandis, tam in plebe, quam in capellis prædictis, in excommunicando atque interdicendo, & etiam absolvendi legitima præscriptione munitum: Abbatem ipsum ab imperitione tua super jam dictis articulis, duximus absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super aliis omnibus, quæ ad jus Episcopale spectare noscuntur, juxta tenorem arbitrii eundem Abbatem, quoad plebem & capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

C A P. XIX.

Qui præscriptione completa privilegium contrarium impetrat, et utitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat completa, malam fidem habet: et ideo non præscribit.

Idem Innoc. III. (an. 1210. Roma.)

Veniens ad præsentiam nostram Abbas sancti Martini de Pannonia: (et j.) Petiit a vobis postmodum idem Abbas, ut Vespriem. Episcopus non impediat vel faciat impediri, quo minus omnes, qui in Simagien. parochia vel comitatu consistant, de omnibus quæ possident, decimas sibi solvant: sicut in privilegiis Paschalis Papæ præd. nost. & sancti Regis Stephani continetur. Præfatus vero Episcopus postulavit, ut decimas Simagien. Comitatus intra suæ diocesis terminos constitutas, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceremus, nisi aliquo jure speciali se ipsas possidere monstraret: (et j.) Christma vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum. Ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines promovendi fuerint, Clerici Ecclesiarum vel capellarum ipsius monasterii, quod est in Vespriem. diocesi constitutum, a Vespriem. Episcopo postulabant: si quidem catholicus fuerit, & gratiam sedis Apost. habuerit, & egratissime pravitare aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quem maluerint, Præfule catholico suscipiendi ea liberam habeant facultatem: sicut in privilegio dicti Paschalis, & Alexand. Papæ prædecess. nost. perspeximus contineri. Non obstant privilegio Clementis Papæ, per quod privilegii suorum prædecessorum non extitit derogatum, cum de his nullam fecerit mentionem, præsertim cum & ipse Clementis privilegium illud concefferit, falsis institutionibus non solum Romanæ Ecclesie, sed ipsius etiam Legatorum. Nec obstat poterat præscriptio, quam idem Abbas in suam subsidium opponebat: quia si consummata erat, quando ab Alexandro Papa privilegium impetravit, juri præscriptionis renunciasse videtur, præsertim cum coram vobis privilegio illo sit usus, quod suæ intentioni (quantum ad hunc articulum) contradicit. Si vero non consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo: post impetratum hujusmodi privilegium bonam fidem non habuit: & ideo secundum canones non præscripsit.

C A P. XX.

Nec in foro canonico, nec civili, valet præscriptio cum mala fide.

Idem in Concilio generali. c. (an. 1216.)

Quoniam d. omne, quod non est ex fide, peccatum est: Synodali judicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica, quam civilis. Cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienam.

TITU-

a exigatur. b C. 8. eod. tit. in 3. compil. Vide Guid. Pap. hic. c. ab utraque scilicet parte approbatum. Supr. de arb. ea ex parte. d Haec verba, prædecess. nost. in omnibus manuscr. desunt.

a Cap. 1. De privil. in 4. compil. b Vide l. univ. C. de The. saul. l. 20. c sub Innoc. III. c. 41. d Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. Vide Mathe. si. sing. 23. incip. nota quod omnes leges.

TITULUS XXVII.
DE SENTENTIA ET JUDICATA.

C A P. I.

*Sententia lata contra leges vel canones, non tenet; nec ab ea opus est appellare. Panorm.
Gregorius Joanni Archiep. primæ Justinianæ.
(an. 600.)*

Sententia a contra leges canonice prolata, licet non sit appellatione suspensa, non potest tamen sublitere ipso jure.

C A P. II.

*Lites debent celeriter terminari.
Idem b Joanni Ravennati Episcopo.
(an. 595.)*

Jurgantium e controversias ceteri sententia terminare & æquitati convenit, & rigori.

C A P. III.

*Sacerdos sine justa causa non est deponendus.
Idem. d. (an. 596.)*

Non potest ququam a Sacerdotali gradu (nisi iustis ex causis) concors Sacerdotum sententia submovere.

C A P. IV.

Iuste quis petio sententiam a Papa confirmari, si iuste & rationabiliter suis lata.

Leo Papa. e. (an. 450.)

EA, quæ juxta Ecclesiasticum morem iuste & rationabiliter fuerit definita, nostra quoque sententia roborentur.

C A P. V.

*Judex deputatus super executione sententia, admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententia, non ad effectum; ut super ea pronunciet, sed ut negotium ad superiorem, qui judicavit, transmittat, si illam probabilem repererit. h. d. notabiliter.
Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.
(an. 1160.)*

De cetero noveris f, quod si sententiam a nobis latam præcipimus per aliquem executioni mandari, & fraus intervenierit, non est facultas executori de toto negotio cognoscendi, sed deserti quaestiones, quæ incident, ad sedem Apostolicam oportebit.

C A P. VI.

Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.

Idem Norwicen. Episcopo.

Cum aliquibus q est adjudicata possessio, non sufficit eis dare pignora, nisi corporali possessione latentur.

C A P. VI.

Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem judicatas; unde quandocunque revocatur, cum constat de errore.

Idem eidem h, & V. Archidiacono.

Lator i præsentium sua nobis insinuatione monstravit, quod cum quandam mulierem legitime desponsasset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cujus occasione debitum ei subtraxit. Consanguinei vero mulieris hoc molestum habentes, quaestione moverunt, proponentes, quod mulierem invitam & renitentem, nec ataris aptæ matrimonio existentem duxisset uxorem; & quoniam idem vitam cupiebat agere dissolutam, demum utriusque studio interveniente,

fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur matrimonium canonicè contracta, levitate quadam dissolvi, mandamus, quatenus si vobis constiterit eos per iudicium Ecclesiæ non fuisse legitime separatos, Ecclesiæque deceptam, ipsos a faciatis sicut virum & uxorem infimul permanere.

C A P. VIII.

Retrahitur sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra Ecclesiam.

Idem T. & Clericis S. Anastasia Veronæ.

(an. 1170.)

Cum causa b, quæ ventur inter vos, & G. & A. Laicos super domo quidam eis ab Archiepiscopero vestro vendita, ad examen I. Apost. sed. Legati delata fuisset, post appell. ad nos interpositam, & receptas inducias, quoniam intra terminum tibi filii T. ad eam prosequendam præfixum iter non arripueras, contra te sententiam proferens: memoratis G. & A. prætaxatam domum secundum Veronæ civitatis consuetudinem adjudicare curavit: deinde cum causa fuisset ad nos per appell. delata, Brixien. Episcopus delegatus a nobis sententiam contra vos (spera forma canonum) secundum eandem consuetudinem, sicut præfatus Legatus fecerat, promulgavit. Nos autem considerantes, quod licet usus vel consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi præjudicat, præscriptam sententiam revocavimus, & vos ab impetitione absolventes illorum e, vobis & Ecclesiæ vestræ domum adjudicavimus supradictam. d

C A P. IX.

Sententia iniqua retractatur per superiorem, licet causa fuerit appellatione remota commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla. h. d. intelligendo, quod ponat duos casus.

Idem Eboracen. Archiepiscopo. (an. 1171.)

Inter ceteras e: (& infra.) Item cum aliqua causa appell. rem. committitur, & sententia fertur iniqua, eam evacuari oportet: nec ei debet stari, si iniquitatem continet manifestam.

C A P. X.

Sententia lata contra absentem non consumacem in causa matrimoniali, non valet. h. d. intelligendo, quod hæc mulier non fuit contumax. Panorm.

Clemens III. (an. 1190.)

Tenor literarum f tuarum ostendit, quod cum inter R. & M. mulierem quaestio matrimonii verteretur, & Theatino Episcopo commissa fuisset, idem eundem R. muliere absente ab impetitione ipsius absolvit. Cæterum eadem mulier a nobis ad te literas impetravit, ut de causa cognosceres, & eam sine debito terminares; (et infra.) Dicitur vero R. a te revocatus ad causam infirmitate præterita & non affuit: sed quia nocte sequente aliam sibi copulare præsumpsit, in eum excommunicationis sententiam promulgasti: a qua postmodum absolutus ad te veniens, ostendit literas Episcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipsius absolutum fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad probandum, quod idem R. eam desponsationis annulo b publice subarrasset: & tu quid super his agere debeas, postulas edoceri. Ideoque inquisitioni tuæ taliter respond. quod (non obstante illicita absolute, quam Episcopus fecit) in causa procedas, eidem R. sub poena excommunicationis actius interdicens,

a Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. b Scilicet Greg. Joan. Episc. Ravenn. l. 2. c. 18. ejusd. regist. c C. 3. eod. tit. in 1. comp. d Scil. Greg. l. 2. c. 47. epist. 8. regist. & c. 4. eod. tit. in 1. comp. e Leo I. epist. 88. & c. 6. eod. tit. in 1. compilar. f Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 49. c. 12. & cap. 7. eod. tit. in 1. comp. g C. 8. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 36. c. 2. h al. Norwic. Episc. T. & V. Archid. i C. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 11.

a al. eos. b C. 10. eod. tit. in 1. compil. ubi talis est inscriptio, Theobaldo. c al. eorum. d supradictum. e C. 17. tit. de appell. in 1. compil. vid. l. cives. C. de appell. qua videtur contraria. Adde gloss. & doct. ibid. f C. 5. eod. tit. in 1. comp. g prætextu. al. prætextu. al. descentu. h Hinc præsumitur matrimonium contractum. Felin. in c. illud. supr. de præsumpt.

dicens, ne ad eam, quam superinduxit, accedat, priusquam fuerit causa decisa.

(*α Quia causa coram memorato Episcopo pro commo- sione terra non poterat definiri.*)

C A P. XI.

Sententia divortii in causa matrimoniali rite lata, ad solam conjugum confessionem asserentis contrarium, non revocatur, sed interim ei statur, donec legis de contrariis doceatur. Ita summatur, ut aliquid de novo asserat. Panorm. Idem.

Confanguinei a E. latricis presentium, sicut tuis literis intimasti, compaternitatem inter ipsam & virum suum legitime probaverunt, ita quod inter eos sententiam divortii protulisti: predicto vero E. cum sit tibi postmodum confessus, quod ejus commater in veritate ante sententiam non fuisset, sed post separationem compaternitatem cum eo contraxit, & tandem ad secundas nuptias convolvit: (& j. a) Fraternitati tuæ respond. quod propter solam confessionem mulieris non est recedendum a sententia per judicium Ecclesie rationaliter promulgata, nisi legitime in contrarium probaretur.

(*α Quia igitur ratum suum nunc recognoscens, consilium nostrum super hoc expesit: tu ipse a nobis in hoc postulasti responsum.*)

C A P. XII.

Si Papa contra pronunciationem suam confers beneficium, hoc sacro, subreptis dicitur collatio, & non tenet. Innocentius III. Archidiaconus & Sacrista Magalonen.

(*an. 1212. Roma in Gothiam Gallia.*)

Cum olim e Magalano, Episcopus P. de Castro novo, ad vacantem Archidiaconatum ejusdem Ecclesie nominasset, I. Præposito, ut nullus ibi (nisi prius duplici sibi voce concessa) insinuetur per appellationem interpositam inhibente, Episcopus dictum P. de Archidiaconatu per suum anulum investivit. Præpositus vero alium ad eundem Archidiaconatum nominare præsumpsit. Tandem C. prædecessor noster, quod factum fuerat ab utraque parte cassavit: pronuncians, quod aliquibus scriberet, ut tam Episcopum, quam personas ad ordinandum concorditer Archidiaconum moneret, & eorum forte monitis non admittis, hoc ipsi exequi non differrent. Post hæc vero dictus prædecessor noster G. qui nondum ad Diaconatus erat promotus officium, præter conscientiam Procuratoris Episcopi apud sed. Apost. tunc morantis, ipsum Archidiaconatum contra pronunciationem suam contulit, sicut credimus circumventus. Nos igitur inherentes vestigiis prædecess. nost. dicentium, sententiam Rom. sed. cum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari: quod de predicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem Episcopo in illusionem donationis Apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum revocamus: & ei licet absenti, cum de subreptione liquido constat d., super dicto Archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus sapiedictum Archidiaconatum (plena omnium vestrum, qui præsentis fuerint in Ecclesia, interveniente concordia) ordinate curetis.

C A P. XIII.

Vales sententia contra jus litigatoris lata, si sub ea intra 10. dies non fuerit appellatum. Vel sic & aliter; Per sententiam, a qua non fuit appellatum, potest Ecclesia subici Prælato inferiori Episcopo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere. Idem Abbas & Conventus S. Zenonis Veron.

(*an. 1213.*)

a C. 6. eod. tit. in a. comp. vide Guid. Pap. b. Distio, sed deest in pluribus manuscr. c. C. 2. eod. tit. in 3. comp. vide Rom. & Aret. in l. purum. ff. de acquir. hered. Arch. conf. 413. incipit. viso dicto puncto & Lambert. in tral. de jure patron. l. x. p. 2. q. 3. art. 8. d. vide Barr. in l. quod iussit. in fin. ff. de re jud.

Cum inter vos a pro Ecclesia vestra & Archiepiscoporum & Clericorum S. Proculi, super subiectione ejusdem Ecclesie questio verteretur: ex parte vestra fuit propositum, quod dicta Ecclesia monasterio vestro pleno jure deberet esse subiecta: videlicet in institutione, destitutione; investitura Archiepiscopati, & ejusdem fidelitate, ipsius & fratrum obedientia, correctione, representatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litanis, & aliis similibus, per qua plena subiectione declaratur: ad quod probandum instrumentum publicum concessionis B. quondam Veronenis Episcopi pars vestra in medium producebat, quam concessionem successor ejus G. ratam habuit, & etiam confirmavit. Super his quoque Rom. Pontificum, quam Patriarcharum Aquilegen. privilegia & confirmationes induxit, quorum unus de subiectione plenaria in privilegio suo evidenter expressit, quod sub testimonio R. b. quondam Veronen. Episcopi, qui ejusdem Ecclesie Archiepiscopus exiit, factum fuerat & completum, & in eodem a Priore sancti Zenonis mandavit sua vice subscribi. Adjecta etiam pars vestra, quod inter B. c. quondam Abbatem ejusdem monasterii, & sancti Proculi Archiepiscopum & fratres ipsius procedente tempore de fidelitate & obedientia manuali, controversia fuit exorta, ad qua duo illi se duntaxat teneri negabant, & super his testes producti fuerant: tandem præatus G. Veronen. Episcopus quendam Cardinalem sequens, a quo idem fuerat judicatum, quod vel Archiepiscopus dimitteret Ecclesiam, aut Abbati obedientiam reponmitteret, sententia diffinitive ejus sententia (cum nulla fuerit appellatione suspensa) in rem transit judicatum: (& infra. a) Quamvis forte dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus, nec privilegiis, qua de ipso causam & originem acceperunt: attendentes tamen, quod quantum ad litigantes ipsos jus ex sententia factum fuit, postquam in rem transit judicatum, etiam si contra jus litigatoris lata fuisset, cum contra jus constitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus prævalente, qua præsumitur d. rite per omnia celebrata: diffinitum, ut Archiepiscopus S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præster Abbati sancti Zenonis.

(*α Quam asserbat nullo posse juris remedio attentari, a cujus prolacione usque ad hæc tempora 50. annorum est elapsus spatium, per quod probatur, quod monasterium S. Zenonis præfatam Ecclesiam pleno jure possideret, & quod dictus Archiepiscopus & fratres ejus præteritis & presentibus obedientiam Abbati S. Zenonis fecerunt. Cum itaque hæc qua præmissimus & similia multa præfati auditores nobis & fratribus nostris prudenter & fideliter resullissent: nos communicato f. n. consilio.*)

C A P. XIV.

Sententia contra actorem lata, nihil iniqui continens, venit in causa appellationis confirmanda: licet per attestaciones videatur pro actore fuisse probatum: dummodo pro sententia concurrant præsumptiones, de quibus hic in litera, & secundum hunc intellectum est hic casu singularis valde.

Idem Canonice Novarien. (an. 1170.)

Causam e, qua inter vos & A. Clericum super præbenda Novarien. Ecclesie vertebatur, Laudan. Episcopo de consensu partium f. commisit terminandam, qui pro vobis contra dictum A. diffinitivam sententiam promulgavit: a qua fuit ad nostram audientiam appellata.

a Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. an scilicet sententia lata contra jus litigatoris valeat. Felin. in c. novit. supr. de jud. Barr. in l. pen. ff. de iust. & jure. b. B. c. In C. Barb. quod inter quendam Abbatem ejusdem monasterii & S. Archiepiscopi. c. d. Al. præsumuntur. c. Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. f. Et quia de partium consensu fuit datum. Judex, non poterat recusari, nisi nova causa superveniret. supr. de offic. delig. cap. insinuante.

pellatum: (& j. α) Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum, quod contra formam mandati nostri dictus Episcopus sententiam promulgavit, sicut per attestaciones nitebatur probare: quia tamen Judicis animus non semper ad unam probationis speciem inclinatur, & ipsa sententia nihil continebat iniquum, & ei Judici de communium partium assensu fuerat causa commissa, qui ut sententiam ferret post examinationem causæ, ab utraque parte fuerat requisitus: sententiam ipsam curavimus confirmare.

(α) *Dicto igitur A. et magistro I. et A. Procuratoribus Ecclesie vestrae, in nostra propter hoc presentia constitutis. Idem A. probare multipliciter nitebatur, sententiam inique lasam fuisse, ac propter hoc debere non immerito retrahari: dictis Procuratoribus vestris defendentibus sententiam et eam petentibus confirmationis nostræ presidio communiti. Nos igitur auditis qua fuerant hinc inde proposita, et diligentius intellectis, habito cum fratribus nostris super his diligentius tractatu.*

C A P. XV.

Si sententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum; tempus decendit ad appellandum curris a tempore sententiae, non autem a die finiti termini. hoc primo. Quadrimestre tempus, quod a lege datur condemnatis in personali, potest a Judice ex causa arctari, et sponse terminum arctatum recipiens, non potest post decendum appellare, licet non constet Judicem ex causa terminum abbreviasse: hoc secundo. Ab executione sententia non appellatur, nisi in executione modum excedatur: hoc tertio. h. d. evacuando medullam cap. secundum Panorm.

Idem Constantien. a Episcopo. (an. 1172.)

Quod ad consultationem: (et infra. α) Quia postulasti, utrum appellationi sit Clerici deferendum, qui purgationem indicam sibi per sententiam, & ad ipsius receptionem terminum competentem b, puta viginti dies vel amplius, sine contradictione c recipiens, & ad diem veniens consequenter appellat, causam non exprimens appellandi: nec sit locus nisi fuscipiendæ purgationi & executioni sententiæ, a cuius prolacione & purgatione in juncta ultra decendum d dicitur effluxisse. Taliter duximus respondendum, quod cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat judicaturæ, qui ad provocacionis subsidium intra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegavit: cum per hoc videatur per interpretationem juris latæ sententiæ paruisse, præsertim ubi causa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipsius sententiæ ideo convenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum: quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio sponte recipit terminum breviorum imputari e sibi potest & debet: cum ex hoc videatur amplius beneficium contempnissse: unde talis non audietur appellans, nisi forte adversus eum modus executionis canonicus excedatur.

C A P. XVI.

Sententia potest probari per testes: licet non deponant de causis, quæ solent Judicem movere ad sententiandum.

Idem Decano, Cancellario & C. Canonico f
Lundonen. (an. 1172.)

Sicut nobis g intimastis, cum causa, quæ inter H. Subdiac. & B. Presbyterum super quinque frumenti modis vertebatur, ipsi Subdiacono per annos singulos exolvendis, vobis commissa fuisset, & restitutionem sibi fieri postularet: Subdiac. supradicti adversarius se ad hoc non teneri respondit, cum alia vice super hoc conventus fuerit, & sententia iterum absolutus: quod ostendere voluerit duorum testimonio, ex quorum depositione

constitit, quod magister A. auctoritate Episcopi Lundun. ipsum absolvit ab impetitione Subdiac. memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi nude prolatum fuerat, cum de causis, quæ Judicem movere solent ad sententiam proferendam, nihil dixerint, quid tenendum sit sedem duxistis Apost. consulendam. Cum autem in plebiscis locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quod omnia, quæ Judicem movent, non exprimentur in sententia proferendis: vobis taliter respondemus, quod cum ex depositionibus testium prædictorum constiterit sententiam a Judice suo prolata, propter auctoritatem judiciariam præsumi debet omnia legitime processisse. a

C A P. XVII.

Ab eadem sententia potest appellare, nedum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest: & poterit sententia quoad reum nil de suo jure docentem confirmari: respectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

Idem Astorcen. Episcopo, (& Abbati scilicet) sancti Ildori Legionen. (an. 1171.)

Cum super b controversia, quæ inter Auren. Episcopum & monasterium Cella novæ super statu ipsius vertebatur, pro Episcopo diversæ sententiæ latæ fuissent: nuncius Oueten. Episcopi per eas Oueten. Ecclesiam lasam graviter querebatur, ad quam proponebat monasterium pertinere: (et j. α) Cum ex parte monasterii nihil rationabile fuerit propositum & ostensum, quare sententia pro Episcopo promulgata debuerat irritari, eam quantum ad monasterium duximus confirmandam: (et infra.) Mandamus, quatenus si constiterit app. pro Ecclesia Oueten. rationabiliter interpositam, & ad eam prosequendam nunciium ejus c intra tempus legitimum destinatum fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionem Oueten. Ecclesia detrimentum incurrat: alioquin (sicut jus postulat) executioni absque Oueten. Ecclesiæ præjudicio demandetur: cui, quæ præmissa sunt, non præjudicent, quo minus suam valeat consequi rationem, cum res inter alios acta non noceat regulariter aliis d, juxta constitutiones canonicas & civiles.

(α) Postquam igitur hac et similia nobis ex fratribus nostris presari Cardinales fideliter rerulerunt: quia constitit nobis per delegacionem literas a duobus missas, cum tertius interesse nequiverit, sicut et ex ipsius assertione tenuimus ap. sed. Ap. constituti fuisse processum, & contra ipsorum sententiam ex parte monasterii nostri nihil rationabile fuit propositum et ostensum, quare debuit irritari, eam communicato s. n. con. quantum ad monasterium ipsum duximus confirmandam, sibi perpetuum in hac re silentium imponentes. Caserum, quia super appellatione Oueten. Ecclesia non potuimus elicere veritatem, causam ipsam vestro duximus examini commissendam. f. s. per. a. f.)

C A P. XVIII.

Si citatus ad sententiam, ex legitima causa Judici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retrahatur eo probante legitimum absentia causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retrahatur sententia: nisi prius doceat de ipsius iniquitate. h. d. & est verus & not. intellectus, secundum Panorm. quem alii doctores non clare dilucidant.

Idem.

Cum Bertholdus miles e curiam suam sive fundum Nusnestanen. P. militii pignori obligasset: eodem P. subdito de medio, A. nepos ejus, qui successit eidem, vacante Ecclesia ejusdem loci asserens quod jus patronatus cum

a Antea male Constantino. b Vid. leg. generaliter. cum not. per Doct. C. de reb. cred. et jurejur. c condicione. d decennium. e imputare. f Laudunen. g C. 6. eod. tit. in 3. comp. Vide Alex. et Jansen. in l. 2. C. de bon. poss. sec. tab.

a Facis ad hoc l. 1. C. de profess. qui in urb. Constan. et l. 1. cum nos. C. de legib. b Cap. 7. eod. tit. in 3. compil. An et quando tertius possit appellare, vide Card. in Clem. 1. de caus. poss. et depr. c Vide l. a sentent. in princ. cum §. seg. ff. de appelli. d Vide l. Lucius ff. de his qui nos. infam. et l. res inter alios. al. est, l. Modestinus. ff. de except. e C. 8. eod. tit. in 3. comp.

eum universitate tranſiſſet in eum, D. Clericum ejuſdem loci Archidiacono ad ſupradictam Eccleſiam præſentavit: qui de conſenſu Epitcopi ipſum inſtituit in eadem; in poſſeſſionem eum induci faciens corporalem. Prædictus vero Bertholdus, dominus fundi, T. Sacerdotem memorato Epitcopo præſentavit: ſed ipſum Epitcopus non admittit. Cum autem dictus T. adverſus memoratum D. ſuper prædicta Eccleſia depoſuit quaſtionem, Remen. Epitcopus a Apoſt. ſedis Leg. Judicibus negotium delegavit: ad quem cum atteſtationes utrinque receptas per partes poſtmodum remiſiſſent, & præſato D. cum ſuis atteſtationibus accedente, dictus T. nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum comparere curaret, ipſe atteſtationibus inſpectis Clericus memorati ipſum ab impetitione ſæpediti T. ſententialiter reddidit abſolutum: eidem T. imponens ſilentium ſuper Eccleſia memoriata. Poſtmodum autem idem Presbyter ad Archiepiſcopi præſentiam intra breve tempus accedens, juſtam cauſam abſentia allegavit: Archiepiſcopus vero Argentino electo & Altræ Sylvæ, & Tudebernon. b. Abbatibus dedit ſuis e literis in mandatis, ut ſi juſtam abſentia cauſam ille oſtenderet coram eis, prædictam ſententiam nullius decernerent eſſe valoris, & cauſam ſine debito terminarent, alioquin facerent ſententiam obſervari. Verum dicto electo & præſatis Abbatibus committentibus aliis vices ſuas, ipſi ſubdelegati reſtes ſuper prædicto articulo reſerunt: a quibus dictus Clericus vocem ad nos appemiſit: (& infra e) Licet autem juſtam cauſam abſentia minus ſufficienter Presbyter probaviſſet, netamen præjudicaret opinio veritati, R. Diaconum Card. eis conceſſimus audire: qui cum nobis omnia fideliter retuliſſet, ex tenore ſententia Archiepiſcopum invenimus circumventum, tum quia continebatur in illa, quod per atteſtationes ipſius Clerici fuerat ſufficienter probatum, quod præſatus A. in poſſeſſione juris patronatus exiſterat, cum eundem ad prædictam Eccleſiam præſentavit, cum tamen per atteſtationes illas nihil aliud oſtentum fuerit, niſi quod pro quodam jure quod de illa Eccleſia conſuevit exhiberi patronis, prædicti P. & A. annuatim decem ſolidos acceperunt: tum etiam d quia in eadem ſententia dicitur, quod dictus T. in probatione defectit, cum per atteſtationes ſuas appareat, ipſum ſuam intentionem ſufficienter probaſſe: tum etiam quia cauſam non recepit ſufficienter inſtructam, cum unius tantum partis atteſtationes receperit, quæ parum faciebant ad cauſam. Unde ſententiam ipſam diximus irritandam, memorato T. adjudicantes Eccleſiam ſupradictam, cum per atteſtationes nobis conſtitit evidentem, ipſum a vero patrono fuiſſe ad ſæpeditam Eccleſiam præſentatum.

(Cum igitur utraq; pars cum atteſtationibus ſignatis ſigillis prædictorum Judicum ad noſtram præſentiam acceſſiſſet.)

C A P. X I X.

Papa in ſententiis, quas proſert, ordinem juris ſervat.

Idem Præſentia Epitcopo, Apoſt. ſedi. Legato, & de Capemberti, & de Celd. Abbatibus in Colo-nienſi & Monaſterienſi diaceſi conſtituit. (An. 1172.)

IN cauſis e, quæ ſummi Pont. judicio deciduntur, & ordo juris & vigor æquitati eſt ſubtiliter obſervandus. Cum in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter judicare. Niſi forte cum aliquid (cauſa neceſſitatis & utilitatis inſpecta) diſpenſative duxerit ſtatundum.

a Archiepiſc. in plur. antiq. & ita legend. Juſto, eſt autem in Gallia is Archiepiſcopatus, cui multi ſubſunt Suffraganei. b al. Tuderſino, al Tudeben. c vox, ſuis, in antiq. deſt. d dictio, etiam, deſt in antiq. comp e Cap. 9. eod. tit. in 3. comp.

Jur. Canon. Tom. II,

C A P. X X.

Secunda ſententia in diverſa inſtantia contra primam lata, tenet mero jure, nec debet infringi, etiam ſi in juſta; ex quo ab ea non fuerit appellatum, præſertim ſi prima ſententia ſecundis Judicibus non fuit oſtenſa. h. d. Panorm.

Idem Convenit ſancti Loodii. a (An. 1172.)

INter monaſterium b ſancti A. Rothomag. & veſtrum, ſuper modo eligendi Abbatem, in monaſterio veſtro fuit quaſtio agitata: (& infra.) Cum conſtitit nobis primam commiſſionem non fuiſſe per ultimam revocata, tum quia cauſa ſuſpicionis in jure propoſita ſerivolæ videbantur: quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingreſſum opponere debuiffent e, quibus coram delegatis eidem ſubeundo judicium renunciaſſe videntur: tum etiam quoniam de privilegiis Apoſt. ſedi & proceſſu negotii coram primis Judicibus nihil in ſecundis literis dicebatur, quod ſi fuiſſe expreſſum obtinere d minime potuiſſent: Non obſtante ſententia, quæ pro monaſterio ſancti A. dicebatur fuiſſet prolata, quæ tamen nobis oſtenſa non fuit: cum ſi a prædictis Judicibus fuiſſet oſtenſa, ea poſthabita contrarium ſtatuiſſent: alioquin eam obſcientibus imputetur, cum ſub pretextu novorum inſtrumentorum lites non debeant inſtaurari: Factum priorum Judicum ratum & firmum habemus, & eorum ſententiam confirmantes, electo a vobis nos ipſi munus benedictionis (ſalvo jure diocæſani) curavimus exhibere.

C A P. XXI.

Tenet ſententia contra privilegium oſtenſum vel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum vel ſupplicatum.

Idem Epitcopo, Decano & Cancellario Pariſienſi.

(An. 1170.)

Suborta e inter Melden. Epitcopum & monaſterium Attrabatense ſuper ipſius monaſterii ſubjectione materia quaſtionis, & procuratoribus partium litigantibus coram nobis, quia per confeſſionem partis adverſæ conſtitit eundem Epitcopum, quaſi poſſeſſionem obedientia in eodem monaſterio habuiſſe, ipſum reſtituendum decrevimus ad eandem. Verum quia privilegium Innocentii Papæ præd. noſt. libertatem monaſterii plenariam exprimebat, Decano Sueſſion. & ſuis judicibus dedimus in mandatis, ut Epitcopo in quaſi poſſeſſionem obedientia reſtituto, niſi contra privilegium rationabile aliquid objiceret & probaret, ſuper ſubjectione monaſterii ſibi ſilentium imponere procuraret. (& infra.) Judicibus autem cauſam inſtructam remittentibus, quia cognovimus efficaciores Epitcopi rationes, ſubjectionem eidem adjudicavimus memorati monaſterii, ut ibidem habeat tanquam diocæſ. Epitcopus poteſtatem, ita tamen ut nullum per hoc Apoſt. ſedi præjudicium generetur, quo minus, ſi voluerit, ſuam juſtitiam proſequatur. Nimirum ſi præſati Innocent. privilegium Alexandro fuit in judicio præſentatum, & ſi ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reprobaſſe. Si vero non fuit coram eo exhibitum, pretextu privilegii de novo repetiti prædicta non debet ſententia retractari.

C A P. XXI I.

Sententia a qua fuit appellatum, retractatur, ſi conſtat reſtes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptos.

Idem

a Alias: S. Leuſfridi de cruce. b C. 10. eod. tit. in 3. comp. vil. vide l. Imperatores. cum gloſſ. ff. de re jud. Alex. conf. 193. Paulus de Caſtro conf. 325. incip. in cauſa, qua verſatur. c vide l. 1. & ibi Cynum & deſt. Cod. de dilin. d obſervari. e C. 11. eod. tit. in 3. comp. f alias ita: ſententiam contra ipſum, illud intelligitur, &c. alias ita: ſententiam contra illud intelligitur, &c. in omnibus tamq; deſunt illa duo verba paulo infra: coram eo.

L

Idem Alex. III. S. Maria in Cagi & Vallis
secreta Abbati. a (an. 1174.)

CUM I. & A. b Canonici sancti Dion. Remen. ex parte Apofolatus referarint, quod Abbas eorum super dilapidatione, perjurio, simonia, & quibusdam aliis erat multipliciter infamatus: nos Cathalan. Epifcopo, & ejus collegis dedimus in mandatis, ut ad Ecclefiam perfonaliter accedentes, tam in capite, quam in membris corrigenter corrigenda, & ftatuenter quæ ftatuenda viderent: (& j.) Judices autem Abbatis & Canonicoꝝ juramenta recipientes, Abbatem ab administratione ipfius Ecclefie per fententiam removerunt, correptione membrorum dilata, quam tunc non poterant expedire A qua fententia, cum procurator prædictus ad noſtram audientiam appellaverit, propofuit dictam fententiam reprobendam, tum quia Judices lite non conteſtata in ipfo negotio proceſſerunt, tum quia juramenta confpiratorum contra ipſum recipientes (depoſitionibus coram partibus minime publicatis, nec eſſentis eidem) ad fententiam procedere præſumpferunt: (& j.) Quia vero de confpirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides: mandamus, quatenus ſi vobis conſiterit, quod illi confpiratores fuerint, quorum conſtat a Judicibus juramenta recepta, quod Abbas probare voluit coram eis, & eorum dicta Judices fecerit tantummodo, cum per alios ea probata non eſſent, fententiam protulerunt, vos irritantes proceſſum eorum in negotio juxta prædictam formam comprehenſam in prioribus literis procedatis. Si vero eos confpiratores fuiſſe nequivit comprobare, vel licet de hoc conſtaret, appareat tamen illos nihil ſuper his depoſuiſſe, pro quibus idem Abbas ſuit amotus, vel etiam ſi aliqui ſuper his depoſuerint, ea tamen per aliorum dicta fuerant ſufficienter oſtenſa, proceſſum ipſorum Judicum confirmetis: quia licet adverſus Abbatem non debuerint confpiratores admitti, juramenta tamen ipſorum de veritate dicenda ſuper ſtatu ipſius domus recipi poterunt: ut per ipſorum dicta ſuper aliis fides poſſit haberi, quæ Abbatem minime contingebat, præſertim cum tunc probatum non eſſet, eos confpiratores fuiſſe.

C A P. XXIII.

Damnatus in aſſione injuriarum infamis eſt, & per Papam poſſit fama reſtitui. h. d. prout communitur ſummatur.

Idem H. de Caſtro Guarri. (an. 1174.)

CUM te a Bartholomæo injuriarum aſſione convento, eo quod diceris equum ſuum non eſſe minoris pretii, quam capillos ipſius, Judices, qui ſuper hoc cognofcebant, te in decem ſolidos condemnaveſſent, tu timens ne ipſorum fententia te notaret infamia ſ, beneficium reſtitutionis ad famam a ſede Apoſtolica imploraſti. Nos autem conſiderantes, quod nulla fuerit vel minima facta injuria, volumus te per g prædictam fententiam infamia non notari.

C A P. XXIV.

Revocata fententia propter defectum jurisdictionis, ut quia unus ex Judicibus publice excommunicatus erat, vel propter juris ordinem non ſervatum, iterum de principali quaritur.

Idem (an. 1174.)

AD probandum b, quod procurator domine: (& j.) Vos autem interim agnoſcatis de confirmatione ſen-

tentiæ, quæ lata eſt a Judicibus delegatis de electione cuſtodis, ut eam (ſicut de jure fuerit faciendum) confirmare vel infirmare curetis, ita ut ſi pro eo, quod unus ex delegatis Judicibus, qui eandem ſententiam protulerunt, excommunicationis vinculo eſſet publice innotatus, quando ſententia lata fuit, ſicut per Metropolitanos literas perhibetur, aut ex alia juxta cauſa eandem ſententiam conſiterit infirmandam: ipſa caſſata, de ipſius electione cuſtodis iterum cognofcatis.

C A P. XXV.

Res inter alios judicata, aliis non nocet: ſallit in eo, qui paſſus eſt illum ligare, cui ſecundo loco compeſcebat aſſio, vel deſenſio, vel a quo cauſam in jure judicare habuit.

Gregorius IX.

QUAMVIS regulariter aliis non nocet a res inter alios judicata: Ei tamen, qui cum ſibi primum de ea re actio vel deſenſio compeſcebat, ſuſtinetur ſequentem agere: Ac illi etiam, qui paſſus eſt eum, a quo cauſam habuit, experiri, eſt præjudicium generatum.

C A P. XXVI.

Si duo ordinarii pronunciant contraria, tenet ſententia pro reo: ſallit in quatuor caſibus hic contentis, & ſimilibus. Si vero delegati diſcordant, delegans eſt aduendus. Si arbitri, neutra tenet.

Idem. (an. 1174.)

DUOBUS b Judicibus (ut acceptimus) diverſas ſententias proferentibus, ſi ex jurisdictione ordinaria ceſſerunt, tenet pro reo, non pro actore ſententia, niſi in cauſa favorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, pro ipſo fuerit promulgata. Si vero ex delegata potestate, utraque penat ſententia ex arbitrio delegantis. Quod ſi ex compromiſſo, neutra debet habere vigorem.

TITULUS XXVIII.

DE APPELLATIONIBUS, RECUSATIONIBUS, ET RELATIONIBUS.

C A P. I.

Collatio beneficii facta poſt appellationem ex probabili & veriſimili cauſa interpoſitam, eſt ipſo jure nulla.

Alexander III. Excom. Epifcopo & Decano

Luundenen. (an. 1180.)

Illi d filii Prior & Clerici de Giſebergien. gravem & querimoniam tranſmiſerunt, quod Eboracen. Archiepiſcopo Apok. ſed. Legatus, eundem Priorem poſt appellationem ſuſpendit, ſuas Eccleſias interdixit, & Canonicos (ſi eidem tanquam Priori obedirent) excommunicatos denunciavit: (& j.) Super quibus ſi veritate per idoneas perſonas & formam loci ſolicite inquiſita, inveneritis Eccleſiarum conſeſſiones factas, ut Prior & Canonici maliſiſe diſtulerint eas (quantum ad fe pertinet) ordinare, in irritum revocetis eandem.

C A P. II.

Appellatio generalis, reſpectu cauſa non valet.

Idem Archiepiſcopo Remen. (an. 1180.)

Inter cætera f (& j.) Super eo, quod Abbas Sancti Apollinaris in claſtro a te appellationem interpoſuit generalem ſuper omni cauſa, quæ adverſus eum aliquo tem-

a al. in Cagia. al. Datag. al Vallis ſeren. ſeu ſecres. Ord. Pramonſtr. Suſſonenſis Diocæſis. b T. 12. eod. tit. in 3. compilas. c Hunc ſens. Innoſ. dicit eſſe ſingularem, quod aſſeſſationum publicatio eſt de juſtitia, non autem de ſubſtantia. Male legitur pro eidem, eiſdem, cum de ſolo Abbate ſermo fit. d al. Vuorim. al. Idem R. militi. c C. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Bart. in l. infamem. ff. de pub. jud. f vid. l. Athletas. ff. de his qui nos. infam. gal. propter dictam. h C. eod. tit. in 4. compil. vide Anſt. de Burr. in c. fraternitatis. ſup. de ſeſt.

a Vide l. res inter. C. quando res jud. non noc. b Cum plures Judices proferunt diverſas ſententias, qua prævalent, vid. Alexand. in l. ſi duo ex tribus. & l. ſi in tres ff. de recept. arb. c De hac materia vide Conc. Trident. S. ſ. 13. de reform. c. 1. & S. ſ. 24. de reform. c. 20. d Poſt Conc. Later. ſub Alexand. III. p. 10. c. 10. c. 1. & c. 1. eod. tit. in 1. compil. e al. gravem ad nos querimoniam. f C. 1. eod. tit. in 2. comp. & Poſt Conc. p. 19. c. 2.

tempore posset moveri, ipsum exinde redarguimus, nec hujusmodi appellationem duximus admittendam.

C A P. III.

A correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur. h. d. inspecta mente literarum.

Idem *Abeati S. Petri.* (An. 1180.)

AD nostram: (& inf. α) Quia a vero remedium appell. non ideo est invenitur, ut alicui a religionis & ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitia & atrocitatem exhibere: Mandamus, si quando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellat onis convolverit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem ordinis cortigas & castiges. b

(α *Noveris audientiam pervenisse, quod si quando subditos tuos vis pro suis excessibus secundum regulam B. Benedicti & institutionem sui ordinis corrigere & castigare, isti ut malitiam suam liberius valeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt.*)

C A P. IV.

Si appellans intra terminum, a Judge a quo appellavit, vel a seipso statutum, appellationem non prosequitur, sententia vel iudicio illius stare compellitur.

Idem *Norwicen. Episcop.*

Personas Ecclesiarum c: (& inf. α) Si quis d ad nostram audientiam appellaverit, & appellationi suæ prolixum terminum præfixerit, tu ei diem, iota quem Apostol. sedem convenienter possit adire, assignes: ad quam si venire contempserit, tu illum extunc iudicio tuo super iis, quæ in questione verentur, sine contradictione aliqua stare compellas. Si autem quisquam appell. suæ præfigat terminum congruentem, nec tamen causam ad diem appell. fuerit profecutus, ipsum nihilominus extunc sententia tue (sicut de alio duximus) appell. remota parere contingas.

(α *Ecclesiarum in tua diocesi consistentium, ita tuis & dominorum fundi authenticis scripturis præmunias, ut cum aliquam personam Ecclesiarum illarum decedere forte contigerit decedentis filius vel vicarius, seu alias quilibet, personarum Ecclesia vacantis viro idoneo conferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non possit. Quod*)

C A P. V.

Appellans ad prosequendum habet annum, & ex causa biennium, nisi iudex moderetur. Et si intra id tempus non prosequitur, rata manet sententia: vel redit ad primum, si ante sententiam appellavit. h. d.

Idem *Remen. Archiepiscopo.*

CUM sit c Romana: (& inf. α) Fraternalitati tuæ duximus respondendum, quod si ante sententiam, vel postea fuerat appellatum, hujusmodi appellantis f. annus indulgetur: aut ex necessaria & evidenti causa biennium: nisi forte iudex a quo appellatum fuerit, secundum locorum distantiam, & personarum, & negotii qualitatem præcisius tempus fuerit moderatus. Intra quod si is, qui appellaverit, causam appell. non fuerit profecutus, tenebit sententia, si post sententiam appellaverit, & a causa sua cecidisse videtur: nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si vero a gravamine & ante litis ingressum fuerit appellatum, hujusmodi audietur appellans, quoniam sacri canones etiam extra iudicium passim appellare permittunt: nec solent hujusmodi dici appellationes, sed provocaciones ad causam. Si autem ante sententiam quis appellaverit, cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse.

a Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 10. c. 4. b Conc. Trident. Sess. 13. de reform. cap. 1. §. cum igitur, a C. 4. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. pars. 10. cap. 4. Jun. cap. 20. sup. de testib. d. si aliquis. c C. 5. eod. tit. in 3. compil. & post Concil. pars. 10. cap. 16. f al. appellationibus.

(α *Ecclesia caput & magistra omnium Ecclesiarum disponente Domino constituta, & ad eandem consultationes, & quaestiones de diversis mundi partibus merito referantur, quod eam super variis quaestionibus consulis gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est quod scripsit presentibus.*)

Qui de crimine impetrat, appellare potest, nisi sit notorium. h. d.

§. 2. Præterea si raptor sit, vel violentus detentor alienæ rei, qui appellat, hujusmodi appellatio facta in iudicio apud Ecclesiasticas personas solet audiri, nisi forte manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quæ abientem & irrequisitum Apostolus a excommunicavit.

C A P. VI.

Coram iudice a quo appellavi in una causa, possum in alia conveniri, nisi eum recusem ut suspectum.

Idem *eidem.* (An. 1180.)

I. **A**D hæc b si in una causa quis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur aut conveniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam iudicis, a quo in alio negotio appellavit, eum potest, si voluerit, tanquam suspectum vitare: alioquin debet ejus stare iudicio, maxime si suus ordinarius iudex existat.

C A P. VII.

Si a iudice inferiori unus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem iudicis inferioris, saltem allegaturus appellationem suam: alias valebis processus a minori, nisi sciveris appellationem interjectam ad Papam.

Idem.

SI duobus c coram suo iudice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellaverit: & ille, qui ad suum iudicem appellavit, ad diem appellationis veniens, te ad eum appellasse proponit, eo tacito quod adversarius ejus ad audientiam Romani Pontificis appellat: si legitime citatus nec venit, nec responsum misit, aut etiam alias parere contemnit, tenebit excommunicationis sententia in eum pro contumacia promulgata, nisi iudex cognoverit eum ad audientiam Romani Pontificis appellasse.

A civili iudice, qui non est de temporali jurisdictione Ecclesie, non appellatur ad Papam. hoc d. usque ad finem.

§. 2. Denique quod quaris, si a civili iudice ante iudicium, vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum, an hujusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his, qui sunt nostræ temporali jurisdictioni subjecti, in aliis vero etiam de consuetudine Ecclesie teneat, secundum juris rigorem credimus non tenere.

C A P. VIII.

Lapsus biennii non præjudicat appellanti, quo minus ex causa legitima audiat, saltem per beneficium institutionis in integrum. h. d. secundum uberiorem intellectum.

Idem *Plabano & Clericis sancti Nazari de*

Albia. d. (An. 1774.)

EX ratione: (& infra) Verum si appellationem biennio elapso interpositam a sententia contra vos prolata, profecuti non estis: dummodo prosecutionem ipsius per impotentiam vos confiteri omisisse, nolumus quod iustitiæ vestræ debeat præiudicium generare. e

CAP.

a 2. Cor. 5. b Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lar. sub Alexand. III. pars 10. cap. 15. c C. 7. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. pars. 10. c. 7. d Albarosa. alias, Albar. C. 8. eod. tit. in 1. comp. vid. Joan. de Anania consil. 2. & Angelum consil. 39. c generari.

C A P. IX.

Si reus post citationem vel notitiam literarum ivis ad curiam, delegatus in causa procedat: alias non. hoc dicit, cum c. suggestum. j. eod.

Idem Vigorien. a Episcopo. (An. 1175.)

Meminimus b: (et inf.) Caterum cum aliquam causam contingit tibi appellat remota committi: & versa pars post citationem iter arripuerit ad sed. Apost. veniendi, non minus poteris in negotio secundum juris formam procedere. Quod si ante citationem iter arripuerit, non est aliquatenus procedendum.

C A P. X.

Superfedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non possit. h. d. in harendo litera.

Idem. (An. 1180.)

I Super eo c quod sollicitudo tua quaesivit, prudentie tua duximus respondendum, quod si de aliqua exceptione quaestio oritur, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito superfedendum: & si principalis causa sine illa terminari non poterit, ei nihilominus superdeatur.

Non obstante appellatione ex falsa causa interposita, post iudex ad usuriam procedere. h. d.

§. 1. Si autem adversa pars d de falsi suggestionem in appellationem prorupit, non est sententia super hoc differenda.

C A P. XI.

Etiam pro minoribus, seu levioribus causis appellari potest.

Idem.

DE e appellationibus pro causis minimis interpositis, volumus te tenere, quod eis, pro quacunque levi causa fiant, non minus est, quam si pro majoribus fierent, delendum.

C A P. XII.

Secundum canones appellatur etiam ante sententiam: secundum leges non, nisi in quibusdam casibus: hoc primo. Et appellatio, et recusatio aequiparantur in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationalis, ita et in recusatione: hoc secundo. Et tempus assignatum iudici ad causam decidendam incipit currere a tempore praesentationis rescripti: hoc tertio, secundum verum intellectum.

Idem.

I Super eo f: (et j. α) Sacri canones ante & post litis contestationem, & in prolatione sententiae, & post, singulis facultatem tribuunt appellandi, leges autem seculares appellationem (nisi in casibus) ante sententiam non admittunt. In causis quoque Ecclesiasticis, ubi appellationis remedium tollitur, sicut appellationis, ita recusationi non est aliquatenus deferendum g. Si autem intra certum tempus litis decidenda committitur, extra terminus incipit currere h, cum iudices contigerit literas recepisse.

(α Quod interdum iudices delegati ab altera partium tanquam suspecti recusantur, hoc tua prudentia praesentibus literis innotescat, quod)

C A P. XI I.

Conventus super injuria Clerici, vel super adulterio, appellare potest, nisi sit notorius. h. d. cum c. feq.

a Vigorien. b Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. part. 10. cap. 8. integra clausula extat in c. b. qui Cler. vel. vov. in 1. comp. et post Conc. p. 21. c. 3. c Cap. 10. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. p. 10. c. 9. d videl. si uteris. cam. nor. C. de hie. strum. c. 11 eod. tit. in 1. comp. et post Conc. p. 10. c. 13. eod. tit. in comp. et post Conc. p. 10. c. 12. g videl. si quis ex. et ibi Bart. ff. de jurisd. om. iud. h. Distio. currere, dicit in omnibus a. sig.

Idem.

Pervenit a ad nos, quod cum Clerici se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel alias esse laesos, qui impetuntur, ad Apost. sedem appellant: (et j. α) F. t. mandamus, quatenus si eorum excessus publicus non sit & notorius, eos Eccl. censura compellas, ut intra convenientis tempus appellationem interpositam prosequantur. Si vero publicus est & notorius, & appellationis obtentu non praetermittas, quin eos excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excommunicatos cautius evitare, donec passim injuriam satisfaciant, & cum literis tuis Apostolico se conspectui representent.

(α Sed appellationem interpositam noientes prosequi, consortia hominum devitare consentunt. Verum quia quid tibi faciendum sit, exinde nostris literis certiorari desideras.)

C A P. XIV.

Summatum est sup. cap. proximo.

Idem Archiepiscopo Tolosano.

Consuluit r nos fraternitas tua: (et j. α) Consult. t. t. duximus respondendum, quod si aliqui, quos manifestum sit & notorium uxorem alterius detinere, aut iniecisse manus violentas in Clericum, appellaverint: eorum appellationi non est aliquatenus deferendum. Sed cum multa dicantur notoria, qua non sunt, providere debes, ne quod dubium est, pro notorio videaris habere. Illos autem, qui appellant, a praesentia tua, cogere debes intra tempus convenientis appellationem interpositam prosequi, aut iudicio tuo appell. remota parere.

(α Utrum deferendum sit appellationibus, quando causa frustratoria dilationis appellatur, nec interpositam appellationem prosequantur. Super quo utique.)

C A P. XV.

Hec cap. summatum est sup. eod. cap. meminimus.

Idem Dulmenf. Episcopo.

Suggestum est e a nobis nostris, quod cum oppressi ad praedium Apostol. sedis recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, adversarii eorum appell. interpositam cognoscentes, nec ad praesentiam nostram accedunt, nec responsalem transmittunt: cum autem venierint illos nostras literas reportasse, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos arripiunt veniendi, ut sic eorum sollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Tuae consultationi taliter respondemus, ut si quis deprehensus fuerit, hoc ex fraude vel malitia facere, appellationi ejus non deferas, neque ob id causa tibi commissam terminare postponas: qua decretalem epistolam, qua tales vituri videntur, non ad deprimendam a cuiusque iustitiam, sed ad removendum gravamen nos fecisse cognoscas.

C A P. XVI.

Excommunicatus pendente recognitione appellationis, absque potest. ad cautelam: et si apparet eum legitime appellasse, non punitur pro eo, quod interim celebravit divina.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Ad praesentiam nostram R. e Presbytero veniente, Episcopo Tusculano, & P. sanctae Sulannae Cardin. tuam & ipsius causam commissimus audiendam. Qui ad objectionem tuam, licet R. Presbyter non esset excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum absolvi. Ideoque mandamus, quatenus Praedictam Presbyterum pro eo, quod post excommunicationem contra appellationem factam divina cantavit, nullatenus inquietes, sed ad eum statum reducas omnia, in quo erant tempore appellationis emisse.

C A P. I

a Cap. 15. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. part. 10. cap. 13. vid. Bald. in l. adducos. c. de Episc. aud. et Di. in c. Romi. de appell. l. 6. b Cap. 16. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. part. 10. cap. 14. c C. 20. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. Basiran. sub Al. x. III. p. 10. c. 19. d deprimendum. e C. 22. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. p. 10. d. 3. e. c. supientes. f. quod per viginti, et ibi Gratian. de elec. l. 6.

C A P. XVII.

Si appellans turbatur in possessionem, super qua fuit appellatum, Iudex a quo potest illam possessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente. h. d. secundum communem intellectum.

Idem Alex. III. Cantuariensi Archiepiscopo.

CUM a teneamur: (& j. α.) Quoniam igitur nos consulere voluisti, utrum si eorum possessio, qui ad audientiam nostram appellant, turbata fuerit, tibi eam sibi liceat reformare, eo, de quo appellatio est interposita, prætermisso: Prudentia tua taliter respondet, quod si exinde ad te querela pervenerit, id ordine iudicario tibi licebit experiri. b

(α Consultationibus singulorum, quantum nobis Dominus ministravit, respondeo, tanto gratius tibi volumus responsum impendere, quanto personam tuam abundantius diligimus charitate.)

C A P. XVIII.

Generalis & vaga appellatio respectu cuiuslibet gravaminis non valet, sed restricta ad certam causam sic.

Idem Episc. & Archidiacono Bononiensi.

Consultuit c: (& infra. α.) Consul. vestra t. i. quod si generaliter appell. quis interponeret ab omni gravamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi appell. tenere non debet. Si vero ab aliquo Iudice super omni gravamine, quod in una causa sibi posset inferri, quanquam generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen eius est ab eodem Iudice detrendum.

(α Nos vestra devotio, ut si appellatio, qua ab omni gravamine interponitur, teneat, vestram prudentiam redderemus nostris literis certiores, & ideo)

C A P. XIX.

Appellatio frivola non excusat inferiorum, qui minus teneant obedire superiori, & ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget. h. d. Et est casus notabilis, in eo quod dicitur ipsum esse puniendum.

Idem Zamorensi Episc. d.

CUM parati essemus tuas petitiones admittere, I. Diaconus Cardinalis olim Apostolicæ sedis Legat. proposuit, quod cum ad eam vocationem contemptissimè accederet, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgavit: (& infra. α.) Cumque N. Canonicus B. Jacobi firmiter asseveraret, quod in legatione Regis esses, et ideo non potuisses ad vocationem prædicti Cardinalis accedere: Cardinalis econtra asseruit, quod non in legatione Regis, sed in Salamantina Ecclesia, re suus f. nuncius invenisset: (& infra. β.) Nos vero attendentes, quod te non decuit contemnere obtentu appell. ad vocationem venire Legati: Præcipimus, quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos Apostolico te conspectui præsentantes, innocentiam tuam (si poteris) ostensurus.

(α Post excommunicationem eius, qui vice nostrâ fungebatur, te fecisti in Episcopum consecrari.)

(β Et tibi dixisset, quod in alia Ecclesia se non esses requisiturus. Et cum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod quando ven. fr. n. Archiepisc. Compostellanus, appellavit, tuam appellationem etiam interposuisses: Cardinalis adjecit, quod appellatio illa tueri in hac parte non potuit, quin ad ipsius vocationem accedere tenereris.)

C A P. XX.

Si mandatum factum ei, qui iuravit stare iudicio Ecclesiæ, excedit limites iuramenti & licita promissionis, appellare poteris: alias secus. h. d. compendiose. Abb.

a Cap. 23. eod. tit. in 1. compilat. et post Concil. part. 10. c. 25. b particula, experiri, vacare videtur. c Cap. 27. eod. tit. in 1. compil. et post Conc. part. 50. c. 54. d alias, Zamoren. alit. Zamorien. al. Amorem. alit. Gematen. c Cap. 29. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. Later. sub Alex. III. p. 10. c. 28. f Vid. l. si quis uxori. §. appellationem, et ibi Bart. ff. de furt. et in l. eum qui. §. 1. ff. commod.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

AD hæc a: (et j.) Præterea de his, qui iuramentum præstant, quod Ecclesiæ habent iudicio, & postea appellant: Id tua sollicitudo provideat, ut eos servare quod jurant, vel intra XL. dies post appellationem interpositam iter arripere ad ipsam prosequendam compellas.

C A P. XXI.

Summa ut sup. cap. proximo.

Idem Carnotensi Episcopo.

Questioni, quam facis, utrum b appellationi illius sit deferendum, qui (sicut moris est) præstito iuramento absolvi meretur, & antequam ei mandetur aliquid, vel mandato recepto causa subterfugii appellaverit. Respond. quod appellationi, quæ iuramento ejus debeat derogare, non est in aliquo deferendum, sed statim erit in eandem reducendus sententiam: quæ (donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse fuerit profectus) debet firmi ter observari.

C A P. XXII.

Appellans ab ordinario, postea de delicto ab eo commissio puniri potest per ipsum ordinarium. h. d. sed supple ad textum, idem esse de antea commissis, si nunc de illis accusatur, ut cap. ad hæc 1. sup. eod. & cap. proposit. j. eod.

Idem Vincon. Episc. c.

Præterea d. de his, qui ad fed. Apost. appellant, & postea gravia committentes, se, dum conveniuntur, appellatione tuerentur: Duximus respondendum, quod eos appellatio non debet in sua iniquitate tueri, quominus eorum excessus censura canonica puniantur.

C A P. XXIII.

Qui non detulit appellationi sui adversarii, de sua posteriori circa idem contra eum excipere nequit.

Idem Grandensi Patriarcha et S. Vitalis Presbytero Cardinali. (an. 1172.)

Constitutis in præsentia nostra e Abbate sancti Felicis & Presbytero R. pro controversia, quæ de electione Torcellana Ecclesiæ est suborta: (et j.) Ideoque mandamus, quatenus si Archidiaconus post appellationem & denunciationem excommunicationis, ad nominationem sibi prædicti C. processerit, & Primicerius cum Canonicis, & Plebanus cum assensu Cleri Episcopatus, vel majoris & sanioris partis, prænominatum I. in episcopum & pastorem elegerint, non obstant appellatione præfati Archidiaconi, si ipse appellationi prius factæ non detulit, electionem de præfato I. factam auctoritate Apostolica confirmetis.

C A P. XXIV.

Appellans ab ordinario in una causa, in aliis coram eo respondere tenetur: potest tamen eum recusare ut suspectum, nisi conveniatur de crimine manifesto, & in quo non cadit excusatio nec suspicio, ut quia imponitur poena juris surgens ipso facto. h. d. secundum intellectum intrinsicum.

Idem Eboracensi Archiepiscopo. (an. 1174.)

Proposuit nobis M. f. Clericus tuus, quod sæpe contingit, ut eum aliquis super aliqua causa appellat, in aliis causis, in quibus non est appellatum, respondere recuset. Super quo consult. t. t. respondemus, quod licet pro illa appellatione non minus teneatur in aliis, super quibus appellatum non est, respondere: Iudex tamen, a quo appellatur (quia illi omnino suspectus est) eum non debet ad respondeendum super aliis compellere.

a Cap. 30. eod. tit. in 1. comp. et post Concil. part. 10. c. 29. Gloss. in canon. quod bene. 6. quæst. 4. b C. 31. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. part. 7. c. 20. ubi habes integram clausulam. c alias, Vintonien. alias, Vintonen. d C. 32. eod. tit. in 1. compil. et post Concil. part. 50. c. 53. e C. 37. eod. tit. in 1. compil. f C. 38. eod. tit. in 1. compila.

lere, nisi pro crimine adeo gravi & manifesto, quo ipso actu merito sit damnandus.

C A P. XXV.

Absolvitur excommunicator cautione recepta, licet adversarius, vel excommunicatur, ne absolvatur, appellet. h. d. secundum unum intellectum, quem tamen oportet limitare, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia vel offensâ: quia tunc non debet absolvi, nisi satisfactione præcedente, ut in cap. ex part. i. infra, de verb. signif.

Idem R. Cantuariensi Archiepiscopo. (an. 1120.)

Qua fronte nos a consulere valeas, non videmus, cum dicaris ordinem juris pervertere: jam enim nos in Ecclesia, sicut est canonicum & honestum, non etiam in palatio, non in camera tua, sed in camera Regis, contra debitum juris & Pontificalis officii dignitatem, Episcoporum electiones diceris confirmare: (& infra. α) Sane si quis pro contumacia vel alia qualibet causa, interdicto vel excommunicatione tenetur adstrictus, & offerit se ad justitiam, de his, pro quibus sententiam ipsam exceperit, Judex eum (ne in excommunicatione decedat) absolvere poterit, etiam si pars diversa, ne absolvatur, appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem sufficienti cautione recepta, quod vel in Præsentia Rom. Pontif. ad cujus audientiam appellatur, si maluerit adversarius, vel coram Judice, cui causam delegaverit, juris pareat æquitati. De his etiam, qui conquerrunt se irrationabiliter excommunicationi vel interdicto suppositis, illud idem dicimus, etiam si, qui hujusmodi protulerunt sententiam, ad sedem Apostolicam duxerint appellandum.

(α Verum ne petitionibus tuis nostrum denegare videamur assensum, super his de quibus nos consulere voluisti, tibi, prout dedit nobis Dominus, respondemus.)

C A P. XXVI.

Prælati subditum suspendere vel excommunicare non debet, nisi monitione præmissa: nec subditis contra disciplinam Ecclesiasticam appellare potest, maxime si est religiosus. Et Judex a quo præfigit terminum appellanti ad appellationem prosequendam, intra quem si non prosequitur, Judex a quo reassumit jurisdictionem. Appellans vero non prosequens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc prosequenti.

Idem in Concilio Lateranensi. b. (an. 1178.)

Reprehensibilis e: (& j. α) Præsentis decreto statuimus, ut nec Prælati (nisi canonica commotione præmissa) suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, qua ipso suo genere suspensionis vel excommunicationis poenam inducat. Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appell. erumpant. Si vero quisquam pro sua d. necessitate crediderit appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfatur: intra quem si forte prosequi neglexerit, tunc Episcopus libere sua auctoritate utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit veniente, qui appellat venire neglexerit: si quid proprium habuerit, competentem illi recompensationem faciat expensarum: ut hoc saltem timore territus e, in gravem alterius non facile quis appellet. Præcipue vero hoc in religiosis, volumus observari, ne religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi contra regularem Prælati sui & Capituli disciplinam appellare præsumant,

a Cap. 41. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. pars. 3. c. 2. b sub Alex. III. c. 6. c. c. 42. eod. tit. in 3. compilat. Quam caute & prudenter sententia excommunicationis ferenda sit, tradit Trident. Concil. Sess. 24. de reform. c. 3. d. alit. sui. c. perterritus. al. detentus. aliter, deterritus. f. Ia. C. Barb. contra regulam Prælati sui, & Capituli sui disciplinam appellare, & c.

fed humiliter ac devote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eidem injunctum.

(α Valde consuetudo in quibusdam partibus inolevit, ut cum fratres & Coepiscopi nostri, seu etiam Archidiaconi, appellaturos quosdam in suis causis existimant, nulla penitus admonitione præmissa, Suspensionis seu etiam excommunicationis sententiam fuerant, alii etiam dum superioris sententiam, & disciplinam canonicam reformidant, sine ullo gravamine appellationem obijciunt, & ad defensionem iniquitatis usurpant, quod ad præsidium innocentium dignoscitur institutum. Quocirca ne vel Prælati sine causa valeant gravare subditos, vel subditi pro sola voluntate sub appellationis obtentu correptionem valeant eludere Prælatorum.)

C A P. XXVII.

Judex a quo non obstante appellatione cognoscit de causa, si appellans non prosequitur: hoc primo. Et Judex ut suspectus recusatus, potest alteri causam committere, hoc secundo.

Idem p. c. Eam se.

III. AD a hæc: (& infra. α) Cum a te super aliqua causa fuerit appellatum, fas tibi sit appellantes appell. remota compellere, ut vel appellationem interpositam prosequantur vel coram te juris pareant æquitati. Aut si alterutra partium te suspectum habuerit, te insistente Judicem eligant b, qui propositam inter eos valeat dirimere quætionem.

(α Præsentibus tibi literis duximus indulgendum, ut)

C A P. XXVIII.

Si Canonicus ad residentiam monitus appellat, statuitur sibi terminus ad appellationem prosequendam: & interim deseritur beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum: & si appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit, privatur præbenda.

Idem Salabriensi Episc. c.

II. Pervenit ad nos d, quod cum Ecclesia tuæ Canonicum, ut in ea residentiam faceret, monuisset, in appellationem prorupit: (& j. α) Cum ipse autem frustratoris dilationis causa videatur dictus Canonicus appellasse: mandamus, quatenus eum studiose moneas, ut in eadem Ecclesia residentiam faciat: vel intra terminum eam profecturus, iter ad nos atripiat veniendi. Interim vero alicui honestæ personæ vices ejus in Ecclesia prætaxata, committas, & ei de beneficiis illius assignes, unde possit congrue sustentari. Quod sit prætaxata G. alterum istorum adimplere neglexerit, tu præbenda sua prives eundem, & eam alii idoneæ personæ concedas.

(α Et appellationi sua terminum proximum festum B. Lucia præfixis. Quoniam igitur indignum est, pro ejus & aliorum subterfugio prædictam Ecclesiam debitis obsequiis defraudari.)

C A P. XXIX.

A Judice jurisdictionem exeunte non appellatur.

Idem (an. 1176.)

III. Consuluit nos tua fraternitas, utrum sit o appellationibus deferendum a Rege Francorum pro Judæis interpolitis, ut mancipia detineant Christiana: (& j. α) Non convenit, ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas abstinere.

(α Et utrum sustinere debeas, quod de novo constituent Synagogas, ubi eas nullatenus habuerunt.)

CAP.

a Cap. 43. eod. tit. in 1. comp. b Vid. leg. si suspensa. cum gloss. & l. secundo requirit. ff. eod. c Alias Salesburin. alias, Salesberien. d Cap. 54. eod. tit. in 1. comp. e Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat. Quantam potestatem habeat Papa super Judæos, & alios Infideles, tradit Innocent. & alii in cap. super his infra de vot. & redempt.

C A P. XXX.

Qui ante citationem vel notitiam literarum missis nunciis ad Papam, appellare potest, ne delegatus procedat, secus si post.

Idem Genuensi a Archiepiscopo.

(an. 1175.)

IV. **A**D hæc, sicut b asseris: (et infra. α) Respon- demus, quod Iudex si ei contiterit appellantem antequam partes essent citate, vel delegatio causæ pervenisset ad ipsum, qui appellationem interponit obitaculum, nuncium ad sedem Apostolicam destinasse, factæ debet appellationi deferre: sed si post citationem fuerit destinatus, factis potest exequi: quod mandatur.

(α Quandoque super communi causa, qua Iudici appell. rem. commissitur, altera pars appellat, asserens se pro eadem causa nuncium suum ad sed. Apost. dest. in asse, ad quod taliter.)

C A P. XXXI.

Qui non desit appellationi interposita ad Papam, mittitur cum literis ordinariis ad curiam perveniendus.

Idem. (an. 1175.)

DE e Priore: (et infra. α) Cæterum si præfatus Canonicus Priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem reddunt, ad sedem Apost. appellavit, & ipse tali appell. deferre contempit: cum cum literis tuis veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturam ad sed. Apost. venire compellas.

(α Qui non desitens protectioni & appellationi vestra ad sedem Apostolicam facta, quendam Canonicum suum vestibus fecit omnibus usque ad camisiam spoliari, & eum accusationi & appellationi renunciare coegit, qui & de suis & quorundam fratrum enormitatibus murmuravit: id tue sollicitudini duximus insinuandum, ut super hoc rei veritate diligenter inquisita, si invenieris, quod pro evitanda disciplina prædictus Canonicus appellavit, eidem Priori propterea nullam penam infligere debes, quoniam sacra Rom. Ecclesia & huiusmodi appellationem non consuevit admittere, ne Monachis vel Canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi.)

C A P. XXXII.

Contra constitutiones regulares appellatio religiosum non defendit.

Idem universis Abbatibus.

OVia d nos: (et infra. α) Ut Abbates, qui de aliqua publica infamia publice reserpsi sunt & aut convicti, deinde f in communi Capitulo communiti, prælationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultatem.

(α Elegit Dominus in hereditatem sibi, & a longe de alto prospexit, paci & tranquillitati vestra quantum divina gratia concedit, prospicere cupientes, auctoritate Apostol. vobis concedimus, & indulgemus.)

C A P. XXXIII.

Iudex a quo, potest præfugere terminum appellanti ad proseguendam appellationem, quo lapsus, reassumit Iudex jurisdictionem.

Idem.

AD aures g nostras: (et infra. α) Appellanti ad prosecutionem appellationis, terminus congruus præfigatur: intra quem, si appellationem non fuerit profectus, extunc compellatur stare iudicio delegati.

(α Te significante pervenit, quod cum interdum tibi vel aliis causis sub appell. rem. delegamus, altera partium, ut terminum valeat declinari iudici delegati, quaestiones incidentes opponis, & sum licet in principali causa appell. rem.

a al. Januensi, sed idem est, nam olim Genuam, Januam vocabant. b Cap. 2. eod. tit. in 2. comp. & de missione nuntii, an aliquid nunc operetur, vid. Panor. infra hoc tit. cap. deibus. c Cap. 3. eod. tit. in 2. comp. vid. Guid. Pap. hic. d Cap. 5. eod. tit. in 2. comp. e Verbum, sunt, deest in plur. antiquis. f al. & deinde. g Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. unde cognosces aperte huius decretalis sensum.

non sit procedendum, in appell. tandem vocem prorupit, appellationi sua terminum non præfugens, sicque partem aliam sine prosecutione appellationis facit remanere suspensam. Postula igitur tibi & aliis iudicibus indulgeri, ubi causa sine appellatione committitur, incidentes quaestiones sine debito appell. postposita valeas terminare. Cæterum cum incidentes quaestiones sapius præjudiciales non immerito admittentur, petitionem suam in hac parte non duximus admissendam. Sed ne qua pars frustratorie diutius affligatur.)

C A P. XXXIV.

Si procedente gravamine quis submittit se protectioni superioris, habetur pro appellante: sub modo servaveris ea, qua appellatione suas necessaria.

Idem Abulensi Episc. (an. 1176. Roma in Hispaniam.)

AD audientiam a nostram noveris pervenisse, quod cum Zamorensis Episcopus G. Presbyterum Ecclesie sancti Jacobi Zamoren. multipliciter molestaret: tandem idem Presbyter se & Ecclesiam b suam nostræ protectioni subiecit: (et infra. α) Licet autem prædictus Presbyter ex simplicitate forte verbum appell. non expresserit: quia tamen postquam se & sua nostræ protectioni subiecerat, non debuit sine causæ cognitione aliqua sententia condemnari: mandamus, quatenus (si ita tibi contiterit) sententiam, quam præfatus Episcopus in eundem Presbyterum tulit, denuncies non tenere.

(α Sed præfatus Episcopus pro eo forte, quod expresse non appellavit, in eum post invocatum sed. Apostol. patrocinium, contra etiam privilegium Compostellana Ecclesie indultum, excommunicationis sententiam promulgavit.)

C A P. XXXV.

Causa non est ad Iudicem a quo remittenda, appellatione adhuc non justificata, nisi de partium consensu.

Idem Archiepiscopo Tarracon. c (an. 1175.)

ACcepta d confectione Canonicoꝝ Pampilon. (et infra.) Non debet ad eos causa remitti, nisi partes contenserint, a quibus noscitur appellatum.

(α Quod dilecti. fil. n. Dux Navarrorum eos bonis suis spoliasset, causam ipsam tibi frater ad eorum petitionem, commissimus terminandam. Verum quoniam nobis tacuerunt, quod ab audientia tua fuis ad sed. Apostol. appellatum, nec nos si hoc nobis confitisset, tuo causam commississemus examini, cum.)

C A P. XXXVI.

Delegatus etiam datus cum clausula, appellatione remota, recusari potest, si est consanguineus impetrantis vel si suis advocatus ejus in illa causa.

Lucius III. G. altero & Linconen. Episcopo.

(an. 1181.)

Postremo fraternitati f tuae literis præsentibus intimamus, quod si causa alicui fuerit delegata, qui consanguineus sit illius, qui litteras impetravit, aut in eodem negotio Advocati officio functus, vel ex alia iusta causa suspectus: huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari, quamvis appellatione remota fuerit ei negotium delegatum.

C A P. XXXVII.

Sententia interdicti non suspenditur per appellationem sequentem.

Idem Norvicensi Episcopo. g

V. **A**D hæc b quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud servare contemunt, quid in hoc casu servandum sit consilere voluisti. Nove-

a Cap. 7. eod. tit. in 2. comp. vid. Lanfr. de Ocrano in e. quo- niam. sup. de probat. b Dilectio, suam, deest in antiq. c al. Ter- raconensi. d C. 2. de rescrip. in 2. comp. unde intelligitur hoc fragm. vid. l. legatus. ff. de offic. pref. & l. munerum. §. julic. ff. de mun. & hon. e al. VValtero. al. Gualtero. f C. 45. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 10. cap. 18. g al. Novariensi. h C. 46. eod. tit. in 2. compil.

Noveris igitur, quod sicut post appell. excommunicari non possunt, sic interdictionem nequeant, cui ante appell. eos constat suppositos, declinare.

C A P. XXXVIII.

Judex appellationis remittit appellansem & causam ad priorem Judicem: nisi sibi constiterit a gravamine vel injusta sententia fuisse appellatum.

Clemens III. (an. 1190.)

CUM a in Ecclesia: (& j.) Accepimus, quod quidam Clerici de Gual. occasione judicii tui, quod velle observare se sactant, Lincolnien. Episcopi Judicis ordinarii sine causa rationabili cognitionem evitant. Unde mandamus, quatenus si quando contigerit, aliquem de Clericis a praefato Episcopo ad tuam audientiam appellare, non ante appellationem admittas, quam tibi constiterit eam vel a gravamine, vel injusta condemnatione & porrectam: alioquin ipsum ad praedicti Episcopi audientiam remittas, appell. remota ejus appellationum.

C A P. XXXIX.

Si appellans, qui non prosequitur, redit ad Judicem a quo, & iterum gravatur (non obstante prima desertione) potest iterum appellare. h. d. & est casus notabilis Fanor. mit.

Idem.

DIRECTA e nobis tua litera demonstravit, quod cum in tua praesentia causa cujusdam matrimonii tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat: & pars mulieris ad sedem Apostolicam appellasset, nec appellationem suam praefixo termino fuerit profecuta: postmodum ea renunciante appellationi, quam fecerat, tu in causa cognitione procedens, de parentela testimonium recepisti: Verum quia mulieris pariterum appellavit, postulas, utrum ad calculum sententiae procedere valeas, edoceri. Respondemus igitur, quod licet juxta decretum Lateran. Concilii, postquam in termino profecunda appell. statuto, appellans suam appell. non fuerit profecutus, auctoritate tua libere possis uti: tamen quia iterum appellavit (cum secundum jura ei licuerit d. in eadem causa bis appellare) se a jurisdictione tua fecit exemptam, praesertim cum hic ad separationem matrimonii, quod est res favorabilis, intentio viri procedat.

C A P. XL.

Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis eventum fuerit appellatum. h. d. inhærendo verbis literæ, ut sic factis faciat cullibet lecturæ. Et est decisio subtilis, & multum allegabilis.

Cœlestinus III. (an. 1195.)

PRÆTEREA e requisiti fuimus, si quis Judex ita protulerit sententiam: Nisi Sempronio intra XX dies satisfecerit, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictionem esse cognoscas: si ille in quem fertur sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minime satisfecerit, utrum ille sententia tali ligetur, aut interpositione appell. tutas existat? Videtur autem nobis, quod hujusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire.

C A P. XLI.

Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in uno removeatur appellatio intelligitur remota etiam in aliis. hoc dicit.

a Cap. 11. eod. tit. in 2. comp. Vid. Guid. Pap. hic. b Vid. l. qui ad civilia. Cod. de appellat. & l. un. C. ut caus. post pubert. adit. tut. c Cap. 13. eod. tit. in 3. comp. d In omnibus manuscr. si licuerat in eadem causa appellare secundo. e Cap. 14. eod. tit. in 2. comp. vid. Bald. in cap. commissa de elec. lib. 6. & Anton. de Butrio in cap. licet. de voto & voti redempt. f videtur deesse conjunctio, & quæ est in vet. comp.

Idem.

SECUNDO a requiris, cum pluribus articulis in una commissione positus, in uno tantum contingit appellatio nem expresse verati: utrum appellatio teneat, si super aliis fuerit appellatum? In quo tibi respondemus: quod cum secundum B. Gregorium b verba intentionis deseruant e, & hæc sit nostra intentio, ut de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur justitia suam consequatur d effectum: in omnibus appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, utrum inhibeat primo, an secundo, medio e, an in fine: cum (sicut utriusque juris argumenta nos docent) ea, quæ in principio, ad medium & ad finem: illa vero, quæ in medio, ad finem atque principium sæpe referri contingat.

Causa suspicionis proponenda est coram Judice, qui recusatur, & probanda coram arbitris. h. d.

§. 1. Tertio postulas edoceri: (& infra. a) Consul. t. t. respond. quod cum aliquis Judicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare tenetur: sed partes ut in aliquos non valde remotos convenient, per eundem Judicem debent cogi: coram quibus si causa suspicionis intra terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua Judex uterit. Quod si coram ipsis causa suspicionis probata fuerit, causa cognitioni superfedere tenebitur recusatur. Ipsa namque ratio dicitur, quod suspecti & inimici Judices esse non debent.

(a Cum aliquis Judicem tanquam suspectum recusatur, an causam suspicionis debeat allegare, & eam, nisi manifeste sit coram eodem Judice probare teneatur. Utrum etiam Judex possit in eodem judicio & negotio procedere, si ille qui suspicionem objicit, causam ejus aut non velit, vel non possit in jure probare.)

C A P. XLI.

Non tenetur Judex vel adversarius deferre appellationi, cui non desultis appellans.

Idem.

AN sit deferendum post appell. illius, quem adversarius de expoliatione post appell. legitime interpositam sibi facta g paratus est in continenti convincere, nos duxisti per tuos nuncios consulendos. Respondemus, quod cum in eo quis b puniendus sit, in quo deliquit, qui appellationi deferre neglexit i, se beneficio reddit appellationis indignum.

C A P. XLIII.

Habet duos intellectus: secundum primum hoc intendit: Merus executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modum excedat, maxime si est datus cum clausula, appellatione remota. Secundum alium intellectum. h. d. A Judice suspecto non receditur per appellationem, nisi modum excedat.

Innocentius III. Illustri Regi Francorum. (an. 1208)

NOVIT ille k, qui nihil ignorat: (& infra.) Præterea interdicti sententiam Cardin. non edidit, sed potius publicavit: nec fuit dictator ipsius, sed veritas l executor. Unde cum secundum jus ab executoribus appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo, nos etiam in literis saper hoc directis ad ipsum, appellationis curavimus obstaculum inhibere, appellationi ab eo interpositæ non fuerat deferendum. De suspicionis autem m objectis, licet eum merito tibi suspectum non fuisse credamus, non tamen, & si fuisset, propter

a Cap. 16. eod. tit. in 2. comp. b lib. 25. in Joh. c. 7. c vid. l. parer. §. fundam. ff. de legat. 3. & l. cum parer. §. dulcissimis. & utrobique per Bart. ff. de legat. 2. d. exequatur. e medio, an sine. f Cap. 17. eod. tit. in 2. comp. g al. factam. h vox, quis, deest in antiquioribus. i neglexerit. k vid. c. novit. sup. de offic. legat. cujus pars est. & c. 1. eod. tit. in 4. comp. l. al. verus. m in recent. impress. De suspicionem autem objecta.

propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisse, ad quod non proprio motu, sed nostro potius præcepto processit.

(*et Quæ hic abscissa sunt, reperies supr. de off. legati, c. nevís.*)

C A P. XLIV.

Si appellatio recipitur a Iudice, vel approbatur a parte terminus ad eam proseguendam præfixus obsinet vicem peremptorii, ut in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisse citatus: nec talis terminus præveniri poterit ab aliqua partium.

Idem.

Sæpe a contingit, quod cum ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius neque per se, neque per responsum idoneum appellationem interpositam proseguentis, vel forsitan ex malitia subloquentis responsalis mandatum procuratorum occultantis, lites, quæ de facili poterat terminari, remaneant indecise, cum frequenter iuris quæstio moveatur, cuius apud nos probationes necessaræ (in *b* contrario) non existunt, & interdum etiam facti quæstio de levi posset partibus præsentibus comprobari. Usque licet in Lateranen. Concilio e fuerit constitutum, ut si in quocunque negotio aliquis appellaverit, & eo qui appellatus fuerat veniente, qui appellavit venire neglexerit: competentem illi recompensationem faciat expensarum, ut hoc saltem timore deterretur *a*, in gravamen alterius non facile quis appeller. Quia tamen propter hoc quæstiones nihilominus prorogantur, præsentibus decreto statuimus, ut si huiusmodi appellatio vel a Iudice recepta *e*, vel a parte fuerit approbata, post terminum appellationis præfixum edicti peremptorii viros obtineat, ita videlicet, ut extunc in absentem perinde procedatur, ac si peremptorie vocatus ad iudicium extitisset, Quod si forsitan interposita provocatio malitiose recepta, vel approbata non fuerit, cum constitit legitime provocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtinere. Salvis constitutionibus, de provocantibus post sententiam, promulgatis: quibus appellationes suas prosequi non curantibus, post terminum appellationis proseguenda præfixum, rata maneat sententia, quæ fuerat appellacione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, adversus appellationem huiusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appell. præveniens, tacita veritate literas impetravit, & careat impetratis, & penam contumaciæ non evadat. Hoc autem in litibus, sive iudiciis exercendis volumus observari.

C A P. XLV.

Appellacione deserta per negligentiam appellantis, potest Iudex ex officio procedere in casibus, in quibus ejus officium exurebat: & est casus valde notabilis.

Idem Lemovicen. f. & Canturcen. Episcopis.

(*an. 1210.*)

Constitutus in præsentia *g* nostra Archidiaconus Claremon. nobis exposuit, quod Claremon. Decanatus vacante, quidam Canonici vota sua in Episcopum transulerunt, & Episcopus cum quibusdam aliis expresse consentientibus in eundem Archidiaconum ei contulit Decanatum, XI. Canonici prius appellantes, ne quis assumeretur præter assensum omnium in Decanum, cum electioni ejus XXV. tum per se, tum Episcopo medio consentirent. Cumque sancti Marcelli Presbyter Cardinalis tunc Apost. sed. Leg. per partes illas transmitti faceret, non ut appellacioni ad nos interpositæ de-

rogaret, sed ut instructam transmitteret ad nos causam, sancti Egidii *a* & sancti Andree Abbatibus examinationem delegavit ipsius, & mandavit eisdem, ut partem contradicentem electioni Decani citarent ad ipsum, contradictionis suæ causam in ejus præsentia ostenturum: (*et j. a*) Intellecto igitur per assertionem Cardinalis, quod sub ea forma fuerat appellatum, ne sine assensu omnium procederetur in electione Decani, & quod appellantes appellat. intra annum non fuerant prosecuti, nec erat propter quod eis esset biennium indulgendum, cum sicut bis intra tempus legitimum simplicem nuncium ad sedem Apostolicam destinarent *b*, sic potuissent saltem semel procuratorem idoneum destinare. Ne tamen peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio præterire, mandamus, quatenus si vobis constitit Archidiacon. facti Episcopi, ex quo nititur, sponte renunciassent, vel prædictum Episcopum processisse ad electionem ipsius, prætermittis prædictis, sine quibus ne procederent in illa translatione voluntatum, ex qua nititur Archidiacon. proponitur esse actum, ei super Decanatu silentium imponatur: alioquin nominationem seu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit secutum ex ipsa, denunciatis irritum & inane.

(*et Cum igitur Card. prædictus, quæ coram eo proposita sunt, nobis fideliter retulisset.*)

C A P. XLVI.

Contra electum vel confirmatum nullum aliud jus expostans, non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio, maxime frustratoria ad impediendum electionis vel confirmationis effectum: sed possessione habita, poterit accusari vel denunciari. h. d. & secundum hoc est casus notabilis.

Idem Cancellario Metens. (*an. 1210.*)

II. Constitutus in præsentia *e* nostra N. Decano sancti Salvatoris, & Cantore Metens. (*et j. ce*) Metens. Episcopus intimavit, quod sancti Salvatoris præpositura vacante, die electionis præfixa per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ periculo Canonicos adjuravit, ut secundum Deum, & juxta conscientiam suam unum eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis utilem & idoneum reputarent. Decanus autem cum duobus Diaconis & Subdiaconis tribus, dictum Cantorem in præpositum nominavit: Cantor vero ipse, qui Presbyterali officio fungitur, & Custos cum Scholastico & Magistro B. Sacerdotibus, Levitis duobus, & Subdiaconis quinque, te *d* concorditer elegerunt: cuius electionem tanquam a majori & saniori parte Capituli factam (cum de personæ tuæ honestatem constaret) prædictus Episcopus confirmavit: & cum tibi vellet domum *e* & investituram porrigere (ut moris est) Decanus ad sedem Apostolicam appellavit, contra impotentiam duntaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus Præposituræ possessiones existunt, addens, quod alia tibi objiceret in præsentia nostra, quæ tunc in præsentia Iudicis suspecti noluit explicare.

Nos ergo, quia constitit evidenter illam appellacionis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse: aliam

a Idem. *b* destinaverant. alii. destinaverunt. *c* Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. an. necesse sit semper eligere magis idoneum, vid. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad 3. arg. Sor. lib. 2. de just. & jure. q. 6. art. 2. & Covarruv. in reg. peccatum. de reg. jur. lib. 6 in 2. p. relect. §. 7. d. Hoc est, Cancellar. Metensem, cui hæc scribit Papa. e. donum, habens aliquot exemplaria. *f* Quæ dicatur rationabilis causa, vide apud Barr. in l. quod vero. ff. de leg. & in l. si postulaveris. §. ratio. ff. de adul.

a C. 2. eod. tit. in 3. comp. *b* Inclusa desunt in art. *c* sub Alexand. lib. c. 6. *d* detentus. *e* susceptas *f* al. Lemovicen. *g* C. 3. eod. tit. in 3. comp. Ex hac Decr. observabimus multa singularia, quæ præ cæteris colligit Guid. Pap. hic.

aliam autem tunc non expressit, etsi dixerit idem Decanus, quod aliam vellet obijcere coram nobis, decrevimus tunc confirmationis effectum non debere, per ea quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum, sed in modum denunciationis, vel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius Fraternitatem possessionem fuerit assecutus, proponendi licentiam non negamus.

(*α Et D. Scholastico ejusdem Ecclesie sui procuratoribus benignam curamvis audientiam indulgere. Fuit autem nobis ex parte sua propositum, sicut etiam ven. f. n.)*

C A P. XLVII.

Appellari potest, si locus non rursus partibus assignatur, etiamsi sit scriptum, appellatione remota.

Idem Vigorien. Episcopo. (an. 1212.)

EX parte tua a: (et infra. α) Præsenti pagina respondemus, quod cum excusator honeste, qui ad præsenciam delegatorum Judicum non potest secure venire citatus, tu vel tui, quoties ad illos Judices vos evocari contigerit, ad quorum præsentiam vobis periculosum est ire, libere poteritis appellare, etiamsi in literis commissionis appell. fuerit remedium interclusum, nisi Judices vobis assignent locum idoneum & fecerint.

(*α Fuis propositum coram nobis, quod cum inter Anglicos et Valen. sent. inimicitia manifesta, et ad partes illas Anglicis si transitus periculosus, pro vitam periculum et guerra qua inter gentes illas frequenter esse dignoscitur continua: multi de causa sua meritis diffidentes, se aliquando vel tuos aut literarum nostrarum trahere satagunt ad Judices in Vallia constitutos, ut sic indefensas causas etiam injustissimas relinquatis, vel compositionem subeatis injustam pariter et damnosam. Cum igitur causas, quas commissimus, sic velimus sine debito terminari, quod neutra partium contra justitiam aggravetur. f. s. p. a. f. m. et tibi.)*

C A P. XLVIII.

Licite appellat reus, si non auditur excipiens procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, vel se prius convenit per alias literas, de quibus non fit mentio non secundis. hoc dicit, quoad titulum.

Idem Episcopo, et Decano et Procuratori Hirfordens. (an. 1212.)

Significavit b nobis Magister hospitalis Eboracens. (*β infra. α)* Præterea Capitulum Eboracen. auctoritate quarundam literarum, in quarum sigillo continebatur sigillum Capituli ad citationes tantum, cum aliud sigillum Capitulum illud noscatur habere, quendam constitebat actorem: sed licet idem Magister allegaverit, quod occasione literarum illarum actor non deberet admitti, & insuper adjunxisset, quod auctoritate literarum quarundam a nobis ad alios Judices obtenturam, prius conventus non debuit per literas posteriores, in quibus nulla fuerat mentio de prioribus, conveniri: Judices tamen exceptiones hujusmodi admittere noluerunt, propter quod vocem ad nos appellationis emisit. Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit ob dictas causas, vel earum aliquam ad nostram fuisse audientiam appellatum: revocato in irritum, quicquid post appellationem hujusmodi noveritis esse factum c, partes, &c. d

(*α Quod cum P. quondam rector Hospitalis illius diem clausisset extremum, ven. f. n. Eboracen. Archiepiscopus, ad quem et predecessores sui hospitalis ejusdem ordinatio per-*

tinuit ab antiquo, volens ipsum ex defectu rectoris dispendium sustinere, dictum I. Presbyterum ejusdem domus a suis fratribus unanimiter in rectorem electum præficus ibidem, sperans, quod locus ista per ipsum tam in temporalibus, quam in spiritualibus reciperet incrementum & procedente vero tempore Decanus et Capitulum Eboracen. Ecclesia, tanquam ad ipsos hospitalis ejusdem ordinatio pertinere, Magistrum ipsum a sua administrationis officio removeri volentes, literas super hoc Apostolicas ad Decanum Lingonen. et suos consules imperarunt, quarum auct. in suo vocari fecerant tam Archiepiscopum, quam rectorem: partibus igitur die peremptorie assignata coram ipsi Judicibus constituitis, Judices alio vices suas commiserunt, sola sibi definitiva reservata.)

C A P. XLIX.

Licite appellat reus, si non auditur petens declarari rem perisam in libello.

Idem Magistro G. Archid. et a VVormano Canonico Successorem. (an. 1212.)

Significantibus b T. & R. fratribus, nostro fuit Apostolatu declaratum, quod cum inter ipsos ex una parte, & V. ex altera, super quadam terra coram Judicibus delegatis quæstio verteretur, ipsi cum plures terras haberent, ut terra illa, super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, a Judicibus postularunt: quod cum ipsi fecere negarent, ad nostram audientiam provocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in statum debitum, & quid post appellationem noveritis attentatum, &c.

C A P. L.

Judex a quo non potest statueri terminum ad finiendam appellationem: quod se fecerit, intelligitur statuisse ad se præsentandum.

Idem Eboracen. Episcopo, et de Luc. et de Monte Molli Abbatibus. (an. 1213.)

EX insinuatione d Prioris & Canonicorum sanctæ Barbaræ nobis innotuit, quod cum inter ipsos ex una parte, & V. Camerarium de Tangar. et ex altera, super quodam manerio f eorum Judice ordinatio quæstio verteretur, & idem Camerarius ad nostram audientiam appellaverit, appellationi terminum non præfixit, dictus Judex, qui causam illius videbatur fovere pro eo, quod quidam Clericus commensalis suus, dicti Camerarii in eadem causa fuerat Advocatus, huc terminum appellationi præfixit, ut ad Festum purificationis usque pars esset ab appellationis prosecutione reverfa, licet non poverit nobis legem imponere, ut eam teneremur intra dictum terminum expedire, cum & secundum legitimas sanctiones g lis, qua in consistorio Principis speratur inferri, absque damno moræ intrata permaneat, donec ipsam faciat introduci, & a proceibus dirimi juxta morem. Interim autem nunciis Camerarii præveniens nuntium eorundem, nec ipso utique ad terminum legitimum expectato, impetravit literas & recessit. Quia vero fraus & dolus alicui patrocinari non debent, mandamus, quatenus si est ita, partibus convocatis, audiatis causam, &c.

C A P. LI.

Qui extra judicium appellat, ex verisimilibus et probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emisse. h. d. inhærendo verbis literarum & ut mos geratur unicuique lecturæ. Panormitan.

Idem Rosen. et Bondon. h Episcopis.

(an. 1213.)

Bona

a Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. præter Philippum de Perus. hic vid. Bartol. in lante sententiam. ff. de appell. recipiendis b C. 6. eod. tit. in 3. comp. De materia sigilli, vid. Felin. in c. sup. de fide instr. Decium in cap. 2. post eff. sap. de prob. et quot citavit in c. 6. de fide instr. c. astentatum. d Verus Codex ad ist. 2. ad vestram præsentiam convocatis, et audiatis diligenter appell. mon. qua hinc inde duxerunt proponenda.

a Male Vin. Normanno. b C. 7. eod. tit. in 3. comp. c Avrinen. al. Abriem. Episc. et de Luem. et Monte moreli. d Avbaribi d C. 8. eod. tit. in 3. comp. e Tangari. al. Tanger. f Hic perperam in vulgatis, monasterio. g Nov. 23. h Bandonen. al. Rosenen. et Londonien. al. Bondon. al. Londonem.

Bona a memoria O. de Camera persona Ecclesie de Eanen. b viam universae carnisingressio, Abbas sancti Augustini Cantuariensis ejusdem Ecclesie, quam ad se asserit pertinere, primo per quosdam Monachos, secundo per seipsum possessionem ingressus ad nos pluries vocem appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius Ecclesie praesumeret molestare: cumque aliquandiu praedictam Ecclesiam pacifice possideret, quidam Laici Cantuariensis diocesis ipsum Abbatem & Monachos de possessione ipsius Ecclesie per violentiam eiecerunt: (& infra α) Procurator vero Archidiaconi proposuit ex adverso, quod defuncta persona Ecclesie, Archidiacono tantum datur ejus custodia: imo Archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de jure communi, quam de generali consuetudine, tam in illa Ecclesia, quam in aliis universis ejusdem diocesis, hoc jure semper usi fuerunt.

Præterea præfatus O. nomine Archidiaconi Ecclesiam possedit eandem, utpote qui ei unam procuracionem, & V. sol. nomine Ecclesie annis singulis exolvebat: (& infra β) Præmissis igitur diligenter inspectis, prædictos Abbatem, & Monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ ex verisimilibus & probabilibus causis ad nos legitime interposita fuisse noscuntur (proprietatis pariter utrilibet salvo jure) discernimus reducidos, ac fructus medii temporis perceptos & censuimus pariter assignandos eidem.

(Co His igitur & aliis pluribus ex parte Abbatis & Monachorum propositis.)

(β Eodem O. sublati de medio apud Archidiacon. Animi possessio dignoscatur remansisse, qua non perditur nisi Archidiacon. se putaret posse depelli, vel nisi veniens non fuisset admittus. Si ergo Monachorum possessio, que postius detentio clandestina debet dici, quoniam Archidiacon. ipsam possessionem non perdidit, et sic eam Monachi non potuerunt retinere, cum duo in solidum quicquam possidere non possint. Cum igitur Archidiacon. potuit suo jure in possessionem intrare, ac senentes de facto fortius ejicere, potuit nullo existente, nec ullatenus resistente sibi jus proprium reservare, cum juris executio nullam habere injuriam dignoscatur. Ad hæc Monachi possessionem Archidiaconi non possunt aliquatenus advocare, esse eos eam habuisse constaret, quia cum eos nequaquam de possessione eieceris, nec hoc probatum fuerit, nec in jure confessum, non habent quid obijciant extraneo detentori, præsertim cum et ipsi aut. sua possessionem intraverint, et injuriam aliis facientes jus aliquod acquirere nequiverint. Appellatio quoque, quam Monachi se interposuisse proponunt, peritus nulla fuit, cum non nisi a gravamine presentis, præterito vel futuro debeat appellari. Archidiaconus vero nec prius eos gravaverat, nec ipsos post appellationem gravavit, cum rem vacuum, quam custodiendi jus habes, imo quam ex officio custodire tenetur, in custodia suscepisse nescatur. Denique appellationi Monachorum non fuerat ullatenus deferendum, quoniam si ad eos eadem Ecclesia pertineret, non debuissent auctoritate propria ipsius possessionem intrare, præsertim cum scierunt vel scire potius debuissent, quod custodia Ecclesiarum vacantium ad Archidiacon. pertinet, & si tunc idem Archidiaconus presentis esset, eandem denegasset eisdem, & sibi prout ad jus spectavit officium tenuisset: Cum autem clandestina fuisset eorum possessio, non potuerunt vere possessores haberi, cum super possessione nequeat injuria fieri clandestino possessori.

a Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. Vid. Philip. Franc. in suis questionibus. in materia perit. quasi. 1. b Farerham, Baleus 421. Camdenus 170. Matth. Paris VVestmonaster. anno 1154. in Vita Episcopi. Cantuariensis. c D'Ho, perceptos, deest in vetustior. exemplar. & in Codic. Barb. juxta vocem fructus, in margine hæc: perceptos, qui percipi potuerunt. Supr. de resistit. spol. c. gravis.

C A P. LII.

Itineris arreptio habet vim appellationis, si servanzur ea, qua servari debent in appellatione. h. d. secundum unum intellectum intersecum.

Idem Innoc. III. S. Augustini, & S. Gregorii

Prioribus. (an. 1213.)

Il. Dilecti filii Jo. a & H. Prioris & Monachorum Cantuarien. Ecclesie nuntii retulerunt, quod cum pro causa, qua inter dictos Priorem & Monachos, & Cantuarien. Archiepiscopum super capella de Lamede verberatur, ab ipsis ad sedem Apostolicam mitteretur, idem Archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Cum autem plus sit ad sedem Apostolicam provocare quam verbo, & ipsis propter dictam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus intelligatur ad sedem Apost. provocatum: mandamus, quatenus si est ita, dictos Jo. & H. denunciatis excommunicationis vinculo non teneat.

C A P. LIII.

Per clausulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, qua a jure non indulgetur expresse. hoc dicit, utique ad §. verum.

Idem Episcopo b Helin. (an. 1213.)

Pastoralis officii diligentia e: (& infra.) Quævisisti d. utrum quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum inhibita videatur? Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoriam, etiam si non fuisset inhibita, negotium non debeat impediri, respondemus, quod quælibet provocatio intelligitur removeri, qua jure non indulgetur expresse: sed si appellans fuerit gravisus injuste, gravamen hujusmodi per superiorem poterit emendari.

Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, & beneficiis redditibus spoliari. hoc dicit.

§. 1. Verum quia multotiens: quid ad tempus per appellationem legitimam a Judicis sui, quoad aliquem certum articulum, eximitur potestate: consultuisti nos, utrum si quis excommunicationis sententia innodatus, ante denunciationem ipsius ab ea, tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vites obtinisset, cavaverit provocare, eo quod per appellationem interpositam excommunicantis videtur jurisdictioni dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis Clericum spoliare? Nos itaque respondemus, quod cum executionem excommunicationis secum trahat f, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare potes, ut ab aliis evitetur. Et illi proventus Ecclesiastici merito subtrahantur, cui Ecclesie communitio denegatur.

C A P. LIV.

Si appellans ad superiorem, comparet coram Judice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, ipsi appellationi renunciare videtur. Si autem proferatur, quod propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non est audiendus: nisi notorium sit, alium illum esse injustum, super cuius emendatione aditit inferiori. h. d. & est bonus casus.

Idem Episcopo Parisiens. (an. 1213.)

Sollicitudinem g pastoralis officii: (& j. α) Sane cum sicut recepimus, duobus coram Episcopo litigantibus alter

a Cap. 10. eod. tit. in 3. comp. b al. Elien. al. Halen. c Sup. de off. et pot. jud. del. c. pastoralis. et cap. 11. eod. in 3. compit. d Vid. Bald. in l. 2. c. de appell. et Anton. Butrig. in c. ut debitus. infr. hoc. tit. e Vid. quid perhunc. §. determinat. Rom. consil. 482. in casu præmissis in 2. dubio. f Excommunicatio trahit secum executionem. g Cap. 12. eod. tit. in 3. comp. Felin. in cap. cum An. Ferrariens. supr. de constit. et DD. in l. non solum. §. morte. ff. de nov. operis nunciat.

alter eorum ad sedem Apostolicam appellasset: Episcopus appellationem reputans contumacem, ipsum excommunicationis vinculo innodavit: qui coram Metropolitanano de Episcopo sibi petit iustitiam exhiberi, asserens, quod post appellationem legitime ad nos interpositam ipsum excommunicaverat, & petens se ad eum statum, in quo fuerat appellat. tempore, a Metropolite. reduci, denuntiari videlicet absolutum: adiciens etiam, quod appellationi non renuntiabat objecta, sed prosequi volebat a eadem: (*& infra β*) Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod sicut Metropolitanus de appell. ad nos interposita cognoscere omnino non valet: sic nec de his, quæ post appellationem fuerant innovata, dummodo *b* de aliis cognosci non possit, nisi de appell. pariter cognoscatur, vel de iis, quæ appellationis causam contingere cognoscuntur. In quo casu si Metropolitanus ad cognoscendum partes suas interponere forte præsumeret, Episcopus posset ad appellationis beneficium convolare: nam ad officium ejus, qui de appellatione cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam invenerit attemptata. Si vero notorium existeret, quod mandatum Episcopi indifferenter fuerat vel injustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam ei liqueat evidenter subditum legitime provocasse: potest Archiepiscopus auctoritate Metropolitana declarare subditum irrationabiliter extitisse anathematismi mucrone percussam. Cum autem excommunicatus, qui appellaverat, iuxta præscriptam formam coram Archiepiscopo deponit contra Episcopum questionem, Metropolitanus ad cognoscendum de causa potest interponere partes suas: cum ille appellationis prosecutioni renunciare tacite videatur. Sed si verbo, vel facto appellationem se velle prosequi protestetur *e*, non est, tanquam adversa petens, & sibi contrarius, audiendus.

(*α* Officii fideliter exequeris, cum super dubitationibus iuris responsio sed. Ap. postulas edoceri.)

(*β* Unde tua fr. requisivit a nobis, utrum Metropolitanus de hujusmodi conquestione cognoscere valeat: & si reperit eum legitime provocasse, utrum denunciare eum debeat absolutum: & an si Episcopus coram Archiepiscopo appellaverit, ne is, qui excommunicatus ab eo fuerat, absolvatur, appellationi sit hujusmodi deferendum.)

C A P. LV.

Per appellationem legitime interpositam, principale cum accessoris ad iudicem appellationis desertur, & sententia excommunicationis & interdicti post appellationem lata non tenent.

Idem Episcopo & Cantori Trecent.

(*an. 1213.*)

Dilectis filiis d Decano Altissiodorensi, ac Magistro R. Altissiodorensis Episcopi procuratore in nostra præsentia constitutis, idem Magister proposuit, quod cum dictus Episcopus Presbyterum domus Dei, in qua dispensationem e plenariam obtinere dignoscitur, detineri faceret vinculis mancipatum, pro eo quod bona quædam ejusdem domus, quæ furtive subtraxerat, restituisse detrectabat, propter quod etiam ab eodem Episcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus, & supradictus Decanus Episcopum monuisset, ut ei restitueret, vel saltem recederet *f* Presbyterum memoratum *g*, quam ad jurisdictionem suam spectare firmiter asserbat: Episcopus metuens, ne Decanus aliquid in suum præjudicium attentaret, se ac suos, statum Ecclesiæ, ac civitatis, protectioni Metropolitanæ suppiciens, ad ejus,

audientiam appellavit. Verum Decanus post modicum tempus interdictum hujusmodi promulgavit ut Episcopo in civitate præsentem, a divinis Altissiodorensis Ecclesiæ cessaretur. Postmodum vero cum die appellationi præfixo comparuissent partes coram Officiali curiæ Senon. Decanus allegans, quod appellationi ab Episcopo interposita ideo non duxerat deferendum, quoniam Presbyter supradictus adhuc in vinculis tenebatur, quando ad nos vocem *a* appellationis emisit, Officialis autem iudicavit irritum interdictum a Decano post appellationem Episcopi promulgatum: (*& infra. α*) Quia vero idem Episcopus diversos modos expressit, secundum quos Decano paratus fuerit super captione Presbyteri iustitiam exhibere, ad Metropolitanam sedem appellans, Decanus non potuit post hoc ferre sententiam interdicti: & ideo sententiam ipsam ab eo post appellationem legitime promulgatam, irritam decernimus & inanem, non obstante, quod Decanus ad excusationem suam quasi variando proposuit, quod priusquam Episcopus appellasset, sententiam tulerat, cujus effectum ad tempus duxerat suspendendum: cum interim appellatione interposita procedere non debuerit ad sententiam exequendam, Officialis processum, qui post appellationem hujusmodi sententiam interdicti irritam & inanem decrevit, temerarius iudicantes: cum appellatione ad nos interposita nihil debuerit. Præterea licet excommunicationis sententia in Decanum per Episcopum promulgata, rite lata prima facie videretur, cum per dictum Officialem esset prohibendum, ne servaretur in Ecclesia interdictum, & Decanus ne celebraretur in Ecclesia prohibendo, divinum videretur officium perturbare: quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte Decani, cui etiam Officialis duxerat deferendum, Apostolos concedendo, non solum principale negotium, sed accessoria etiam ad nostrum referebantur examen, eandem sententiam post appellationem hujusmodi promulgatam decernimus viribus caruisse. Verum licet Archiepiscopus post appellationem prædictam, ne qua sibi per officiales literas innovaret, Decanum denunciaverit evitandum: Senon. tamen Canonicos (qui saniori ducti consilio communicaverunt eidem, ut appellationi ad nos interpositæ magis, quam denuntiationi ab Archiepiscopo factæ deferrent) inculpabiles iudicamus.

(*α* His igitur & aliis, qua utrinque fuere proposita coram nobis, intelleximus evidenter, quod si Episcopus prudenter & utiliter providisset, & reddidisset Decano Presbyterum supradictum, ad omnia pro sua scandali materia omputandam.)

C A P. LVI.

Postquam Papa aliquam causam ad se revocavit, non valet processus postea per minorem iudicem factus: sicut non valet, si fuisset ab eo legitime appellatum. hoc dicit, ut cuilibet lecturæ satisfiat.

Idem Mediolanen. Archiepiscopo. (*an. 1212.*)

UT nostrum *b* prodeat de vultu Dei iudicium (*& infra.*) Iudicibus dedimus in mandatis, ut si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum iudicium revocavimus, traditionem sigilli dicto H. a te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam & inanem: inhibentes illi, ne quomolibet eo uti præsumeret: Cum plus sit Romanum Pontificem ad se aliquid revocare *c* negotium, quam quatenquam ad eum super aliquo negotio provocare.

CAP.

a Vid. leg. si filiusfam. ad Maced. & l. 1. c. de jure dotium. *b* al. dummodo de illis, & c. c. protestentur. d Cap. 13. eod. tit. in 3. comp. c. dispositionem. *f* Redderet legebatur: sed, recederet, reposuimus. *g* Vid. leg. jure. ff. ad mu. & l. 1. §. per hanc. cum gloss. ff. de rei vend.

a Distio, quando, deest in omni. antiq. aut in quibus legitur ita, adhuc in vinculis tenebatur ad nos voce, & c. *b* Ex 3. compilat. tit. ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. ca. ut nostrum inf. ut Ecclesiastica ben. sine dim. cons. ubi qua hic desunt reperies. vid. Archid. in c. multum supero 3. q. 6. c. al. evocari.

C A P. LVI.

Si terminum appellationis profectum ab homine altera pars provenit, hoc tacito literas impetrando, litera non valent: sed terminum juris etiam appellatus provenire potest, dummodo nimum non praecurrat: et ubi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte prosequente potest Judex ad quem suppetere, partes compellendo ad prosecutionem.

Idem Abbati sancti Felicis, et G. Canonico Bononiensi. (An. 1212.)

Oblata a nobis vestrae litterae continebant, quod cum quidam Judices, quibus causa, quae inrer Sambr. & Riconor. plebes vertebatur, fuerat ab Apostol. sede commissa, pro plebe Sambricensi sententiam protulissent, & a procuratore plebis de Riconor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellacionis fuisset, nec ad prosecutionem ipsius terminus a Judicibus partibus assignatus: Plebanus de Sambr. super observatione praedictae sententiae (sicut rationabiliter lata erat) nostras ad vos literas, & alia pars alias commissionis literas a nobis super infirmenda eadem postmodum ad alios Judices impetravit, nulla in posterioribus literis de prioribus habita mentione, unde in dubitationem revocato, an posteriores Judices, vel vos de illa debeatis cognoscere, nos super hoc consulere voluistis: (et infra.) Licet igitur appellanti legitime sententia indulgeatur annus a lege, aut ex justa causa biennium ad appellationem interpositam prosequendam: quia tamen hujusmodi terminus potest retraheri non solum a provocante, verum etiam a Judice, a cujus sententia provocatur (cum ideo sit constitutus, non ut terminus ipse proveniri non possit, sed ne valeat prorogari) credimus distinguendum, in quo casu litera impetrantur: & quidem quando certus terminus ab appellante, vel a Judice appellacioni praefigitur prosequenda, si eo tacito appellatus literas impetraverit, hujusmodi litera tanquam tacita veritate subrepta, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si vero non sit aliquis terminus a Judice vel ab appellante praefixus, pars appellata intra terminum constitutum a lege (dummodo nimum non praecurrat, ut appellanti in commissione impetranda supplantet) commissionis literas poterit impetrare, quarum auctoritate in appellat. causa legitime procedatur, ita quod si appellans voluerit in causa appellat. procedere, oportet eum agere sub Judice sic obtento, nisi possit eum legitime recusare: quod si agere noluerit, appellatus b potest nihilominus prosequi causam ipsam, maxime si sentiat sibi ex dilatione imminere gravamen. Superior quoque Judex si viderit ex dilatione periculum imminere, potest & debet neutro prosequente appellationem occurrere, ut periculum evitetur, puta, si a se sententia lata super confirmatione alicujus ecclesiastici fuerit provocatum, & utraque pars velit etiam ad annum prosecutionem appellat. differre, potest utique (imo debet) superior Judex, ad quem fuerat appellatum, terminum provide moderari, ne gregi Dominico diu desit cura pastoris, Ex his igitur conultat. vestrae noveritis esse responsum, quod per posteriores non derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel infirmandam, praevia potest ratione procedi.

a C. 1. eod. tit. in 4. comp. Et quia varii sunt hujus decret. articuli, variis locis sunt videndi. D. B. Feder. de Senis consil. 23. incipit, punctus questionis. Felinus in c. ex tenore. sup. de refer. Rom. cons. 483. in c. dubitatur. Calder. cons. 14. tit. de refer. ubi quarantus, an de literis nulla fieri mentio debeat. b Ita legendum, agere noluerit appellatus, etc. ubi intelligitur appellans.

C A P. LVIII.

Alteri parte consummatus absente, potest Judex appell. etiam principale negotium definire, si post litteras contestatam fuerit appellatum.

Idem. (An. 1212.)

PER tuas a literas requisisti, utrum si post latam sententiam, vel saltem post depositionem tertium publicatam, fuerit ad sed. Apostol. appellatum, hi qui super hoc delegantur a nobis, si altera partium eorum se noluerit conspectibus praesentare, causam sibi delegatam b judiciali possint calculo terminare. Nos igitur consule. r. taliter respondimus, quod cum lis super eodem negotio coram primis Judicibus sit legitime contestata, poterunt c Judices delegati (eo, qui convenitur, se per contumaciam absentante) cum eis de meritis causa liquerit, commissum sibi negotium definire,

C A P. LIX.

Notabile et famosum cap. habens multa nova dicta utrumque in limitantia. et h. d. in summa, inbarendo simpliciter verbis litera. Appellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabilem coram ipso Judice a quo: nec admittitur exceptio, quod prius miseram nuncium ad sedem Apostol. vel quod literas impetraverat, qua nondum sunt Judici praesentata.

Idem in Conc. generali. d. (An. 1216.)

UT debitus c honor deferatur Judicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis: Statuimus, ut si quis coram idoneo Judice convenerit adversarium, ille ante sententiam ad superiorem Judicem absque rationabili causa non provocet, sed coram illo suam justitiam prosequatur, non obstante si dicat, quod ad superiorem Judicem nuntium destinaverit, aut literas impetraverit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignatae. Cum autem ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem Judice causa probabili appellationis exposita: tali videlicet, quae si foret probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscat. Et si minus rationabiliter eum appellasse contingerit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti f. condemnet, alioquin ipse procedet, salvo constitutionibus de majoribus causis ad sedem Apostolicam referendis.

C A P. LX.

Si Judex, a quo appellatum a gravamine, illud revocet, potest in principali causa procedere.

Idem in eodem. g.

CUM cessante cautela b, cesset effectus: Statuimus, ut si Judex ordinarius, siue delegatus aliquid mandando vel interlocuendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur, & sano usus consilio ab hujusmodi interlocutionibus vel comminationibus effectu destituerit, libere in causa cognitione procedat, non obstante si a tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia causa legitima suspectus: ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.

C A P. LXI.

Volens Judicem recusare, debet coram eodem suspicionis causam probabilem proponere, et eam coram arbitris communiter eligendis probare: qua non probata, sua jurisdictione

a Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. vide Matth. singul. 66. in cap. nota quod in causa. b delatam. c poverunt. d Scilicet Innocent. III. in Conc. gener. Later. c. 15. e C. 3. eod. tit. in 4. comp. Hanc Decr. explicat Paulus de Leazaris, et Philip. de Perusio. Trid. Conc. sess. 13. de reform. c. 1. f vide l. tutor. §. tutor. et ibi Bar. ff. de admin. tut. g cap. 36. h C. 4. eod. tit. in 4. comp. vid. l. adigere. §. quamvis. ff. de iure patron. et l. quod dictum. ff. de de passis.

ffione Judex utitur in principali: ea vero probata remittit negotium ad superiorem, vel causam committit de recusantis consensu.

Idem in eodem. d. (An. 1216.)

CUM *b* speciali sit prohibitione provifum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competentis communitioe premissa, promulgare presumat: Volentes etiam providere, ne forte communitus frustratoris recusationis vel appellacionis obtenta momentis possit declinare examen: Statuimus, ut si allegaverit se Judicem habere suspectum, eoram eodem causam iustæ suspitionis assignet *c*, & ipsa cum adversario, vel (si forte adversarium non habeat) cum Judice arbitros communiter eligat: aut si communiter convenire non possint, absque malitia ipse unum, & ille alium eligat *d*, qui de suspitionis causa cognoscant: & si nequeverint in unam concordare sententiam, advocat tertium: ut quod duo ex ipsis decreverint, robor obtineat firmitatis: sciantque se ad id fideliter exequendum ex injuncto a nobis in virtute obedientiæ sub obstestatione divini iudicii districto præcepto teneri. Causa vero suspitionis legitima coram ipsis intra competentem terminum non probata, sua jurisdictione Judex utatur. At ipsa probata legitime, de recusationis assensu personæ idoneæ committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittatur, ut in eo ipso procedat, secundum quod fuerit procedendum.

In notoriis non admittitur appellatio: in dubiis causa probabilis coram Judice est exprimenda, qua debeat legitima reputari: quam si non prosequitur, Judex a quo in causa procedat. Idem si prosequitur & non probat. Hac autem constitutio non extenditur ad regulares. h. d.

Porro communitio ad appell. obstaculum convolvante, si ejus excessus evidentiæ rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus *e* (cum appellacionis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentie institutum) non est provocacioni hujusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne frivola appellacionis diffugio appellans iudicis processum impediatur, coram eodem probabilem causam appellacionis exponat, talem videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari: & tunc si habuerit adversarium, intra terminum, secundum locorum distantiam, & temporis qualitatem, & naturam negotii, ab eodem Judice moderandum, appellacionis causam prosequatur: quam si prosequi non curaverit, extunc ipse Judex (appellacione non obstante) procedat, nullo autem adversario competente, cum Judex ex suo *f* procedat officio, appell. causa coram superiore probata, superior suæ jurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in ejus probatione defecerit, ad eum, a quo ipsum malitiose appellasse constiterit, remittatur. Cæterum has duas constitutiones & premissas nolumus ad regulares extendi, contra *h* suas speciales observantias.

Si Judex confessionem advocati eodem die revocatas pro litis contestatione velit habere, vel processum a subdelegato subdelegari factum ratificat, licite appellatur.

Honorius III. Decano, Cancellario & Cantoribus Lincolnien. (An. 1214.)

a Scilicet Concil. Lateran. cap. 48. *b* C. 5. eod. tit. in 4. compil. *c* Jure civili non est necesse probare causam l. cum specialis. l. apertissimi. *d* C. de Jud. d. eligant. *e* Confessione solam inducere notorium, vide in l. cum fideicommissum. ff. de fideicommissis. *f* Ex officio suo procedit, appellacionis causa. *g* Ver. Ced. hanc & illam cap. 48. infra de sensent. excommunicationis. *h* Contra suas observaciones speciales.

CUM causam *a*, quæ inter Abbatem & fratres de Valle sancti Joannis ex parte una, & Priorem & Canonicos de Novo loco ex altera, super Ecclesia de Holi-feth *b* vertitur, R. sancti Angeli Diacono Cardinali commissimus audiendam: (& infra *a*) Procurator prædictorum Prioris & Canonicorum proposuit, quod cum coram subdelegatis Judicibus delegatorum inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petisset: quia advocatus ipsius ductus errore responderit, quod Ecclesia de Novo loco, Ecclesiam, de qua erat questio, per XL. annos & amplius pacifice possederat, licet ipse eadem die advocati errorem corrigens, ipsius responsionem, quæ suæ petitioni contradicere videbatur (ne per eam aliquid sibi posset præjudicium generare *c*, pro eo, quod ante litis contestationem sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ) coram eisdem Judicibus revocavit. Judices tamen per hujusmodi responsionem erroneam advocati, litem contestatam fore credentes, ad receptionem testium partis alterius processerunt: (& infra *β*) Mandamus, quatenus si dicti Prior & Canonici legitime probaverint, quod per procuratorem ipsorum eadem *d* die advocati responsio extiterit revocata, quia sic per consequens lris contestata non fuit, vel quod delegati testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suorum approbaverint, cum non nisi delegatus a Principe causam alii valeat delegare, quicquid ab ipsis post appellat. eorum factum est (dummodo hæc in appellacione ipsa expressa fuerint) nunciatis irritum & inane.

(*α* P. & B. procuratores prædictorum Abbatis & Fratrum in ipsis presentia constituti, petebant instanter, ut processum approbantes de Chevillæ & Bellandæ Abbatum & Prioris de Malcron, quibus causa ipsa a B. m. l. pp. n. fuerat delegata, causam ipsam, qua tanto tempore jam duravit, dignarentur sententialiter terminare.)

β Sed & gravamina gravamen addentes, cum examinationem quorundam testium Priori de Vallebeo & suo con-judici delegassent, qui vices suas subdelegaverunt aliis contra canonicas sanctiones, receptiones & examinationes testium ab ipsis de facto, cum de iure nequiverint, factam minus provide approbarunt: propter quæ gravamina ex parte præfatorum Prioris & Canonicorum ad sedem Apostolicam appellatum. Unde idem procurator cum instantia postulat, ut memoratorum Judicium processum decerneretur irritum & inane. Quia vero super premissis non potuit nobis fieri plena hæc, dis. v. utriusque partis procuratorum assensu.)

C A P. LXIII.

Non sufficit appellans docere, quod exceptionem legitimam & veram opposuit & appellavit, nisi doceat propter exceptionem non admittam appellasse. h. d. & est casus not. & quotidianus.

Idem Decano & Thesaurario & P. S. Petri Canonico Zamoren. (An. 1214. Roma in Hispaniam.)

Dilecto filio G. Capellano nostro, D. Presbytero & I. Capituli Salamantini procuratori a nobis auditore concessio, Procurator Capituli proposuit eoram eo, quod cum dictus Presbyter super receptione sua in Salamantina Ecclesia executioni a nobis ad Archid. Civitatem. & collegas ejus literas impetrasset, eoram eis fuit ex parte Capituli allegatum, quod cum in ipsa sit Ecclesia eestus numerus Canonicorum iuramento firmatus, de quo in literis ad eos directis mentio non fiebat, per eas non debebant contra ipsos procedere: & ne aliter facerent, fuit

a De materia hujus decret. quatenus indicat errorem advocati nocere clienti, vid. Barb. Conf. 6. Vol. 1. & Jus. in l. error. C. de jur. & fact. ignor. *b* Olifeno. Helicamele. *c* Al. generari. vide l. 2. cum l. an. C. de error. advoc. d. eodem die.

fuit ad nostram audientiam appellatum: (& infra. a.) Quoniam igitur et si per confessionem Presbyteri factam coram auditore prædicto constiterit, Salamantinam Ecclesiam habere certum numerum Canonico- rum juramentum firmatum, & hujusmodi exceptionem coram executoribus fuisse propositam, & quod appellatum existerit ab eisdem: quia tamen non constiit, quod propter exceptionem hujusmodi non admissam, aliamve legitimam fuerit appellatum: mandamus, quatenus si vobis constiterit præfatam exceptionem hujusmodi de certo Canonico- rum numero, juramento firmato, vel aliis legitimis exceptionibus fuisse propositas coram ipsis executoribus, nec admissas, ac idæo partem Capituli appellasse: ipsorum executorum processum denunciatis irritum & inane.

(a. Sed ipsi executores hujusmodi appellationis contempta, excommunicationis sententiam in Episcopum & Capitulum protrulerunt. Quare petebat procurator prædictus sententiam ipsam irritam nunciari, & dictum Episcopum super hoc ab eorundem Episcopi & Capituli vexatione compesci.)

C A P. LXIV.

Appellans, qui terminum appell. præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum & contradicendum tantum, & appellatio fuit recepta a Judice, vel approbata a parte, adversario legitime prosequenti, condemnatur in expensis. h. d. secundum communem intellectum, licet glossa aliud senserit.

Idem sancti Andrea Archidia. & magistro I. Canonico de Melton. a. (an. 1214.)

Nicolao militi ac fratri E. Monacho b. monasterii sanctæ Mariæ, sancti Hadriani Diac. Cardin. concessimus auditorem: in cuius presentia eum dictus Monachus non nisi ad impetrandum & contradicendum procurator fuerit institutus, supplicavit humiliter idem miles, ut contra ipsos tanquam c. contumaces procedere deberemus: (& j. x.) Mandamus, quatenus si vobis constiterit, dictos Abbatem & Conventum appellationi suæ terminum præfixisse d., cum ad prosequendam eandem, sufficientem procuratorem non miserint, memorato militi ipsam personaliter prosequente, ipsos ad restituendas expensas a tempore appellationis factas eidem militi condemnatis.

(a. Ac dare aliquibus in mandatis, qui eosdem pro eo, quod ad prosequendam appellationem eorundem minus idoneum designaverunt, ipso eandem personaliter prosequenti in resarciendis sibi damnis & expensis legitime condemnantes, eo prius, sicut iustum fuerit, restituito, audiant super his, quæ contra sepeditos Abbatem & Conventum præfatus miles rationabiliter duxit proponenda. Quia vero super præmissis nobis non potuit fieri plena fides, de assensu militis & Monachorum prædictorum, dis. v.)

C A P. LXV.

Ab eadem sententia ab eodem versio appellare non licet. Idem Episc. Mantin. & P. Canonico Tuscan.

(an. 1214.)

Sua nobis e. R. tutor filiorum quondam B. civis Tuscan. p. petitione monstravit, quod cum inter ipsum ex una parte, & F. pro se, ac P. tutore quondam filii B. ex altera, super quadam summa pecunia coram Judice Tuscan. quaestio verteretur: idem diffinitivam pro eodem R. sententiam promulgavit, quæ bis fuit per Judices delegatos a sede Ap. g. confirmata: (& j. a.) Sed pars altera, quæ semel & iterum appellaverat, tertio vocem appellationis ad nos emittens, & P. & ejus collegæ

cognitionem ipsius sententiæ a nobis obtinuit delegari. (& j.) Cumque R. sanctæ Mariæ in Gosmed. Diac. Card. super appell. tertio ad nos emissa, utrique parti a nobis datus auditor, interlocutus fuerit, illos non potuisse de jure tertio appellare: Nos prædicto P. & ejus collegæ dedimus in mandatis, ut in negotio ipso nequaquam procedere attentarent.

(a. Licet P. Pinesa Canonico Tuscanen. cui executionem sententiæ ipsius dicimus commississe, ipsum in possessionem quarundam domorum & aliarum rerum legitime induxisset.)

C A P. LXVI.

Appellatio omisso medio Judice interposita, causam non devolvit exceptione opposita. hoc dicit, secundum communem intellectum.

Idem magistro G. Archidia. A. Offic. Lemon.

(an. 1214.)

Illi filii Prior & Conventus de Lago Rubeo a. transmissa nobis petitione monstrantur: (& j. a.) Ex parte dictorum Prioris & Conventus fuit excipiendum propositum: quod cum omisso dioecetano Episcopo fuisset ad Archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum, in causa ipsa de jure procedere non debebat: sed quia Officialis Archiepiscopi hujusmodi exceptionem admittere denegabat, ipsi ad nostram audientiam appellarunt: (& j.) Quocirca mandamus, quatenus sententias post hujusmodi appell. latas (in b. c.) denunciatis penitus non teneat.

(a. Quod cum inter ipsos ex parte una, & f. de Cham- bat. militem Claromon. diac. ex altera, super quodam nemore & aliis rebus coram magistro A. Canonico Claromon. ex delegatione ap. quaestio verteretur. Idem miles ad ven. f. n. Bituricen. Arch. frustratoria vocem appellationis emittens, causam super his Officiali Bitur. obtinuit delegari, coram quo.)

C A P. LXVII.

Si is, qui desit esse tutor, nomine pupilli convenitur in- visus, poterit appellare.

Gregorius IX. Magistro scholarium H. & G. de Rupe, Canonico sancti Andoniani c. Morinen. diocesis, (an. 1232.)

Ex parte M. domine d. de Colob. e. nobis fuit obla- ta querela, quod cum nobilis mulier domina de Bel- lebron. f. super quibusdam terris, ipsam nomine filiorum suorum coram Judibus auctoritate nostra, traxisset in causam, eadem in Judicium ipsorum excipi fecit præsentis, quod cum res, de quibus in judicio agebatur, & prædicti filii ejus, sub potestate & tutela ipsius minime permanerent, cum jam ad secunda vota transisset e., super his ei non tenebatur ipsorum nomine, quorum tutrix esse desiderat, respondere: sed quia dicti Judices hac exceptione neglecta nihilominus ad hoc compellebant eandem, ipsa sentiens se gravari, nostram audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus si ita est, revocato in irritum, quicquid post appell. hujusmodi inveneritis attentatum, audiatis hinc inde proposita, &c.

C A P. LXVIII.

Si Judex de jure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiam parvis edere: alias ejus ver- bis consultationis fides non adhibetur.

Idem magistro & fratribus domus Morinen. (an. 1233.)

Intimasti h.: (& infra.) Præterea hospitalitatis igno- rantibus, & non facta eis copia de inquisitionis processu, ad nos relationem transmisisse noiscuntur, cum juxta

a. Alit. Melden. b. al. ita: ac fratri G. Monacho monasterii S. Mariæ. Sancti Adriani. c. al. tanquam contra. d. Appellans appellationi suæ potest terminum statuere. e. vide Domin. d. f. 20. in sum. f. Tusculan. g. Tide l. 1. cum not. C. de administrat. tutor.

a. Rubro. b. Inclusa desunt in aliquot antiq. c. In Cod. Barb. ita: Magistro scholarium G. & P. de Rupe canon. S. A. driani Morinen. d. vide Baldum in §. nos autem. Inst. de Ar. til. tut. e. Colester. f. Brevoion. g. Vide authent. matri & avia. Cod. quando mult. tut. offic. fung. h. De materia relationis vide gloss. & Distict. in c. causam. secundo, de testibus.

juxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se Judex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

C A P. LVIX.

Si ante litem contestatam diem principalem negotium Judex aliquid innovat, vel diem assignatam sine causa pravenit, licite appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non servavit formam mandati, auditur appellans etiam post annum.

Idem Archiepiscopus, Archidiacono, & G. Canonico.

Turon. (An. 1234.)

Significante a Aureliano Episcopo, nos noveritis accepisse, quod cum Decanus & Capitulum Magdun. ipsum super eo, quod dicebant alibi, quam in stallis Decani & Capituli prædictorum carnifices carnes vendere non debere, coram Judicibus auctorit. Apost. convenissent: petentibus tandem Decano & Capitulo nominatis Judicum officium implorando, ut cum idem Episcopus post citationem carnes in stallis aliis vendi fecisset, quod per eum super hoc factum fuerat, in statum pristinum revocarent: pro parte ipsius sicut propositum, quod cum lis præsertim non fuisset super negotio contestata, locum imploratio hujusmodi non habebat: adjiciens, quod cum de consensu partium coram dictis Judicibus, ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, & quantum ad illam diem solum fuisse judicium eorundem, pravenire diem ipsum ac audire partem adversam in tali imploratione absque consensu partium non debebant: & quia super his non audiebant eundem, nostram audientiam appellavit: & licet procuratorem suum intra annum ad hujusmodi appellationem miserit prosequendam: quia tamen dictus procurator (ut creditur) circumventus contra inhibitionem ipsius Episcopi nostras super hoc ad quosdam Judices certa ratione suspectos literas impetravit, dictus Episcopus uti noluit literis sic obtentis, petens non obstante lapsu anni ad prosecutionem appellat. admitti. Ideoque mandamus, quatenus si de inhibitione hujusmodi, & præmissis causis appellationis vel earum altera constiterit, revocato in irritum, &c. usque ad e attentatum in jam dicto d negotio juxta priorem continentiam literarum, &c.

C A P. LXX.

Capitulum famosum & mulsum allegabile. & h. d. Ad justificandam appellationem ex causa interpositam, probare oportet causa veritatem coram Judice ad quem, nisi fuerit coram Judice a quo oblata probatio & rejecta. h. d. singulariter usque ad §. eidem.

Idem. (An. 1235.)

Interposita e appellatione ex causa probabili, non sufficit appellanti probare, quod ex causa hujusmodi provocavit, si eam non doceat esse veram: nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admissus.

Si appellatio non fuit recepta a Judice, vel approbata a parte, sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, licet pars appellata sit parata in curia prosequi. hoc h. usque ad §. ille denique. Abbas Siculus.

§. 1. Eidem quoque permittitur, si non recipiatur appell. ejus a Judice, nec ab adversario approbatur, super prosecutione appell. per procuratorem ad impetrandum & contradicendum constitutum literas impetrare, li-

cet pars altera per se vel per procuratorem idoneum, judicium super hoc apud sedem Apostolicam recipere sit parata.

Ante inchoatam persecutionem appellat. appellans potest, si vult, invito appellante petere, ut remittatur ad Judicem a quo, sed condemnabitur in expensis factis per partem adversam in illa appellatione. h. d. usque ad §. sane. Abbas Siculus.

§. 2. Ille denique a, qui vocem appell. emisit, cujus nondum est alii cognitio delegata ad petitionem ejusdem, ad eum, a quo provocavit, de jure remittitur, contradictione partis alterius non obstante: est tamen in legitimis expensis adversario, quas eum propter hoc fecisse constitit, condemnandus.

Articulus appellationis interposita a gravamine discutitur per Judicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in appell. vel principali causa. h. d. Abbas Siculus.

§. 3. Sane parato aliquo probare gravamen, propter quod duxerat appellandum, & parte adversa se contumaciter absentante, potest super hoc lite non contestata procedi, licet, nondum litis contestatio facta fuerit in ipso appell. articulo vel negotio principali: quia cum in hoc casu iniquitas prioris Judicis principaliter arguatur, non est rigor juris (ex quo sequi posset causa perplexitas) requirendus.

C A P. LXXI.

Clausula, appellatione remota, in medio literarum posita, respicit præmissa, quibus annexitur, non sequentia: nisi repetatur in fine literarum. Et hoc si negotia sunt separata.

Idem. d. (An. 1235.)

Inquisitioni tunc taliter respondemus, quod quoties i clausula, per quam tollitur appellationis remedium b, in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia se minime contingentia, præmissa tantum complectitur: nisi forte in fine literarum prædicta clausula iteretur.

C A P. LXVII.

Breve est, sed per alia verba sic summat. Appellatio unus predest alteri, si communi jure juventur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnatis: alias secus.

Idem. (An. 1235. Roma.)

UNA sententia e pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium convolaverit, illius victoria jure communi ceteris suffragatur, si communi jure juventur, idemque negotium, & eadem causa defensionis existat.

C A P. LXXIII.

Iustus metus excusatur, adeoquod non appellans habetur pro appellante, si fuerit propeffatus, & appellationis causas duxerit exprimendas.

Idem. (Ibid.)

SI iustus d metus, quo minus appellaveris, te excusatur, ad appell. reputari beneficium convolasse: Dummodo intra tempus, quo licite provocatur, coram Judice a quo appellasse volueris: vel si habere ipsius copiam nequivisti, in præsentia bonorum virorum protestatione super hoc proposita, causas appell. duxeris exprimendas.

DE

a Vide Jason. in rep. l. quo minus. ff. de suminis. b Vide l. 2. C. qua sit long. consuet. & ibi Cyn. c. dicitio, ad. deest in aliquo antiquo d. dicta causa. c vide Rubrum Alexand. in tract. de post. procur. parte. 1. annos. per Innoc. & Bartrig. in c. cum inser. Canonico. sup. de elect. & c. ad dissolvendum. inf. de dispensa. impub.

a Vide Abb. in c. dilectus. et c. 3. inf. de Presbyt. et Ang. in l. si quis libellos. Cod. cod. tit. b Hac clausula, appell. rem. solus est principis l. 1. §. 1. ff. a quibus appell. non licet. c Vide qua copiose scribit Soc. cons. 132. incipit. insignis doctor: in prima parte. d Qualis metus esse debeat, tradit Aret. in §. quadrupl. Inst. de act. Paul. de Casp. et Jas. in l. cum aliq. C. de jure delib. et li. interposita. C. de transact.

TITULUS XXIX.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS.

C A P. U N I C.

Contra peregrinantem seu proficiscentem ad sed. Apost. non est aliquid innovandum.

Cœlestinus III. Ambian. Episcop. (an. 1195.)

Conquerente a I. Presbytero intelleximus: (& infra. α) Licet Presbyter idem res suas & Ecclesiæ suæ in protectione nostra non posuerit, quando ad nos accessit; tamen cum hi, qui accedunt ad præsentiam nostram, cum rebus eorum debeant esse sub Apostolica protectione securi: mandamus, quatenus quicquid eidem Presbytero post iter arreptum ad nos veniendi substractum est vel ablatum, sibi restitui faciatis. b
(α Quod postquam ad nos veniendi iter arripuit, quidam res ejus diripere presumpserunt.)

TITULUS XXX.
DE CONFIRMATIONE UTILI
VEL INUTILI.

C A P. I.

De re scienter confirmata per Papam, inferior Judex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quia surrepsit, vel de re religiosa. h. d. cum cap. sequenti.

Alexander III. Exonen. Episc. P. C. in literis.

(an. 1170.)

Si quis e rei litigiosa confirmationem impetravit ab Apost. sed. non minus potest Judex de causa cognoscere, & eam sine debito terminare. Sed si rem tunc pacifice possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est licitum Judici de questione postea exorta decernere, aut eam definiti absque sed. Apost. mandato.

C A P. II.

Idem dicit.

Idem Vigoriensi Episcopo. h (an. 1170.)

De confirmationibus & autem Rom. Pont. volumus te tenere, quod contra illas (nisi novum Apost. sed. procedat mandatum, aut certum sit, quod sint per falsi suggestionem elicite) non est aliquatenus judicandum.

C A P. III.

Littera confirmationis super sententia, a qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose prævenit appellantem: alias pendet, donec de appellatione cognoscatur.

Cœlestinus III. (an. 1195.)

Bonæ memoriæ f. A. Canonicus vester proposuit sententiam a delegatis Judicibus prolatam fuisse: & intra decem dies ille, contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellavit, Judices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt. Cæterum appellans itinere statim ad Apost. sedem arrepto, literas de retractando sententiam impetravit, adversarius autem ipsum caute præveniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum fuerat affecturus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur. Ideoque requisisti, quæ quibus literis præjudicium faciant. Respondemus igitur, quod posteriores debent prioribus præjudicium generare. Verum si dicatur, nullis literis veritati & justitiæ præjudicantibus, vel sub alia forma verborum dummodo

nihil diceretur de literis confirmationis expresse: dicimus, quod prima tamdiu suam debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur.

C A P. IV.

Innovatio privilegii novum jus non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competebat, conservat. Brevis si potest summi: Innovatio privilegii non inducit confirmationem juris in eo contenti.

Innocentius III. Decano Padeburen. a
(an. 1210.)

Cum dilecta b in Christo filia Abbatissa & sorores Ecclesiæ de Gardeven. e sua cuperent privilegia innovari: propter viarum d discrimina quatuor Episcopis, & Abbatibus toridem, ut ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transferentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus injungendum: (& j. α) Nos autem tam Legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quam inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non videremus, quare non deberent eadem e privilegia innovari: quia tamen C. majoris Ecclesiæ, & I. sanctæ Crucis Canonici proposuerunt, Hildesem. Ecclesiæ in possessione subjectionis ipsius monasterii per centum annos & amplius extitisse, privilegia ipsa tunc non duximus innovanda. Unde Judicibus dedimus in mandatis, ut ad locum idoneum accedentes (citatis, qui fuerint evocandi) inquirerent super his diligentiùs veritatem, a quibus pars Hildesem. Ecclesiæ ad Apost. sed. appellavit. Nuper autem iterato prædicta petit Abbatissa, quatenus deberemus privilegia suæ Ecclesiæ renovare. Ex adverso vero fuit postulatum, ut causam ipsam discretis Viris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra privilegia monasterii, & ad probandum f præscriptionem legitimam induceere proponerent. Nos igitur attendentes, quod jure sit civili, statutum, ut quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam licite non contestata testes valedudinarii, & alii de quibus ex aliqua rationabili causa timeretur, ad testimonium admittantur: ejusdem æquitatis similitudine provocati, prædicta privilegia, quasi jam nimia vetustate consumpta, cum fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta g, duximus innovanda: nolentes, quod ex innovatione hujusmodi novum jus monasterio acquiritur, sed antiquum (si quod habet) per innovationem privilegii conservetur. Quia vero præstatum monasterium ad jus & proprietatem Apost. sed. per privilegium præd. nos pertinere monstratur: ne jus Ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem Abbatissam procuratricem ipsius duximus statuendam: ut cum adversus Romanæ Ecclesiæ possessiones & jura non nisi centenaria curat præscriptio, ipsa super hoc & aliis vice nostra procuraret, quæ coram te in judicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, quod de statu ejusdem monasterii diutius dubitetur, mandamus, quatenus locum tutum & commodum eligens, recipias testes, quos ad præscriptionem probandum Hildesem. Ecclesiæ, vel ad interruptionem ostendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam præscriptionem probaverit, ut intendit, nisi probata fuerit interruptio ex adverso, subjectionem ipsius monasterii ad Judicem Episcopo memorato, cum constet ipsum in sua diocesi constitutum, privilegium, quod monasterio innovari fecimus, corrumpendo: alioquin eidem super

a C. 1. eodem tit. in 1. comp. b Faciatis, legitur in omnibus manuscr. unde constat non solo Episc. Ambian. esse directam hanc Decretalem, sed aliis, ut varia lectiones ostendunt. c C. 1. eod. tit. in 1. comp. d Vigorni. al. Vigoren. e C. 2. eod. tit. in 1. comp. f C. 1. eod. tit. in 2. comp.

Jur. Canon. Tom. II.

a Al. Exod. al. Padebiterens. b C. 1. eod. tit. in 3. comp. c Al. Guidion. al. Gardenovens. al. Gerundus. d Discrimina & discrimina. e Adde quod est tutum, ut soloniter transcribatur, conc. l. unum testamentum. ff. de testam. f probandam. g Vid. l. 2. C. de divers. rescriptis.

super hoc perpetuum imponens silentium, monasterium pronuncians perpetua libertate gaudere, nostro sibi privilegio resignato. *a*

(a Qui Apostolico mandato parentes, privilegia felicitatis, recordationis Agapeti & Joannis Pont. p. nostrorum sua presentia subtiliter conspexerunt, tenorem eorum sub sigillis suis nobis fideliter transmittentes. Ven. quoque f. n. G. Remen. Archiepiscopus tunc Episcopus Præneste in partibus illis officium legationis exerens tenorem privilegiorum suorum sub sigillo proprio, nostro fecit inspectui presentari.)

C A P. V.

Non valet confirmatio, quam religiosus impetravit a Papa super temporalis administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem: si vero expressit, rescriptum presumitur falsum, quia Papa non consuevit concedere. h. d. cum sequent.

Idem Episcopo & Præposito Uiceni.

(an. 1212.)

Ad nostram audientiam Præposito Nemanen. & Ecclesie significante pervenit, quod quidam Canonici Nemanen. Ecclesie a nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suae conditione suppressa. Cum igitur regularibus personis non conuenit Apost. sedes aliqua personaliter confirmare: mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonici (cum regulares existant) noveritis taliter impetratas, denunciatis irritas & inanes.

C A P. VI.

Idem dicit, quod supra cap. proximo.

Idem Innoc. III. (an. 1213.)

Prorecta d nobis ex parte tua petitio continebat, quod plures ex religiosis, qui prioratibus vel aliis administrationibus præsunt, a nobis super ipsis, quoad vixerint, possidendis, confirmationis litteras se asserunt impetrasse: (& infra. *a*) Cum igitur a cancellaria nostra hujusmodi literas emanasse non credamus: mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus vel administrationes, tanquam religiosis confirmantur, eosdem punias tanquam falsitatis auctores. Si vero in eis non sit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacita veritate subreptas denuncias non valere.

(a Quarum occasione bona ipsorum prioratum distrahant & consumunt, asserentes se sibi quoad prioratus illos nulla ratione subesse.)

C A P. VII.

Sententia seu laudum cui formam juris vel compromissum per arbitros, licet per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.

Idem nobili viro Mattheo de e Rivariis.

(an. 1113.)

Examinata f causa, quæ vertitur inter te & milites Campanicos super Ecclesia sancti Angeli, perpensus arbitrium, quod vice dominus Sabinen. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam juris & compromissi fuisse dictatum. Unde non obstante confir-

a Reservato. b C. 2. eod. tit. in 3. comp. c Neumausen. sed ego Neumausen. scribendum puto, cui lectioni aliquot veteres ad stipulantur. d C. 1. de rescript. in 3. comp. e Rivaria. f C. 3. eod. tit. in 3. comp.

matione C. Papæ prædecessoris nostri, qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decernimus ipsum irritum & inane.

C A P. IX.

In confirmatione ex certa scientia, dictio, sicut, ponitur causative: nec nocet, si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.

Honorius III. illustri Regi, Baranibus & militibus & aliis hominibus Cypri. (an. 1220.)

Venerabilis frater N. Archiepiscopus Nicolsien. & Suffraganei ejus transmissa nobis petitione monstravit, quod inter ipsos & vos super quibusdam decimis mediante Albanen. Episcopo a tunc Apostolicæ sedis Legato, amicabilem compositio intervenit: expresse adjecto, quod b quantocyus eam auctoritate Apostolica confirmari contingeret, statim deberet executioni mandari. Verum licet sit per nos confirmata, & ad majorem rei evidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, ipsum tamen requisitis observare, occasionem frivolam prætextantes, tum ex eo, quod in literis verbum confirmationis, (tenorem e compositionis) juxta stylum Ecclesie Romanæ præcedat d, tum quia clausula consueta, scilicet, sicut, sine pravitate provide facta est, in eisdem literis continetur: (& infra. *a*) Madamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, compositionem eandem adimplere curetis.

(a Cum igitur nedum contra Deum & Ecclesias, sed nec etiam contra privatas personas hujusmodi cavillosis diffugiis insistere debeat.)

C A P. IK.

Collatio Ecclesie alteri facta per Legatum, & per Papam confirmata, jus Diocesis non ladi.

Idem universis Abbatibus & Prelatis, ac Conventibus & Clericis in Constantinop. diocesi constitutis. (an. 1220.)

Sua nobis Patriarcha Constantinopolitana conquestione monstravit, quod cum quidam vestrum fumentes occasionem ex eo, quod I. Presbyter a Cardinalis tunc Apostolica sedis Legatus, quibusdam aliis Ecclesiis & Clericis in spiritualibus & temporalibus contulit monasteria eorundem f, ipsi Patriarchæ obedire recusant, & ei de juribus patriarchalibus respondere, in suæ præsumptionis adiutorium inducentes confirmationes hujusmodi collationum a sede Apostolica impetratas. Cum igitur nolimus g jura, quæ Diocesis debentur, per collationes, seu confirmationes prædictas minui seu ladi; mandamus, quatenus occasione hujusmodi non obstante, ipsi Patriarchæ reverentiam & obedientiam exhibere curetis, eique de justitiis suis integre respondere.

(a I. Presbyter) Johannes de Columna Presbyter. Vincent. L. X. c. 7. & L. XXXI. c. 78. Constantinopoli occupata a Francis. Greg. 5.

a Mediante Alban. Episc. tunc Legato. b quanto citius. c Insula, in omnibus impressis desiderantur, & male, quia sine illis nullus constat sensus: ea tamen nos ex omnibus manusc. supplevimus. d Vide l. proinde §. fin. ff. si cert. per. per Bart. & gl. in clem. 2. de offic. delegat. e Vide Archidiacon. in c. de Ecclesiasticis, 25. q. 2. f eorundem. g nolumus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

D E C R E T A L I U M

E P I S T O L A R U M G R E G O R I I

L I B E R T E R T I U S .

T I T U L U S I .

D E V I T A E T H O N E S T A T E C L E R I C O R U M .

C A P . I .

Cum celebratur, divisus esse debet Clerus a populo.

Ex Concilio Moguntino a.

UT laici fecus altare, quando sacra mysteria celebrantur, stare velledere inter Clericos non praesumant: Sed pars illa, quae b cancellis ab altari dividitur, tantum psallentibus pateat Clericis. Ad orandum vero & communicandum Laicis & foeminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

C A P . II .

Breve, nec potest brevius summiari.

Ex Concilio Pictavien. c (an. 988.)

CLericus arma portantes d, & usurarii excommunicentur.

C A P . III .

Presbyter habens populum, debet habere Clericum, qui secum cantet, & in aliis hic expressis cum juves.

Ex Concilio Maticen. e

UT quisque Presbyter f, qui plebem regit, Clericum habeat, qui secum cantet, & epistolam & lectionem legat, & qui possit scholas tenere, & adnovere suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat.

C A P . IV .

Non potest brevius summiari.

Gregorius. g IX. (an. 1235.)

SI quis ex Clericis comam b relaxaverit, anathema sit.

C A P . V .

Breve est, & non aliter summiari.

Ex Concilio Carthagenensi. i (an. 390.)

I. Clericus neque comam nutriat, neque barbam.

C A P . VI .

Clericus non professus, nec in sacris existens, potest uxorem ducere, sed iterum condebitur si vult gaudere privilegio Clericali, vel dispensative tenere beneficium. h. d. secundum modum, qui est magis consentaneus literae, secundum quem ponit unum casum duntaxat.

Ex Concilio Triburien. a (an. 895.)

I. Clericus si tonsura dimissa uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec monasterio a paren-

tibus traditus, uxorem permittatur habere, & iterum tondeatur; nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

C A P . VII .

Clericus debet censuram deferre: & si non vult, potest invitus a suo superiore tonderi.

Alexander III. Cantuarien. Archiepisc.

(an. 1170.)

III. Clericus b: (& j.) Clerici, qui comam nutriunt & barbam c, etiam invitati a suis Archidiaconis tondeantur.

C A P . VIII .

Frequentans monasteria Monialium, & monitis non desistens, si Clericus est, deponitur: si Laicus, excommunicatur.

Idem in Concilio Lateran. d

(an. 1170.)

Monasteria e Sanctimonialium, si quisquam Clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare praesumpserit, per Episcopum f arceatur: & si non desiterit g, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Si Laici, excommunicationi substantur, & a coetu fidelium fiant penitus alieni.

C A P . IX .

Episcopus potest statuere in Ecclesia certum numerum Clericorum secundum ipsius facultates, qui vivant in communi, & contradictores ad hoc compellere: & istos in communi viventes, potest absolvere ab excommunicatione incursa, propter injectionem manuum in socium.

Gregorius h VIII. (an. 1180.)

Quoniam i (ut ait Scriptura (& infra. a) Statuimus, ut facultatibus Ecclesiarum vestrarum, proventibus & expensis diligenter inspectis, certum in eis valearis ponere numerum Clericorum & statuere, ut bonaeorum veniant in commune, in una domo vescantur, atque sub uno recto dormiant & quiescant. Si qui vero contradictores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem officii & beneficium, aut graviori etiam poena, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos appellatione non obstante compellere. Indulgemus etiam, ut si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manus k injectione in socium, a communione meruerit fieri alienus, reconciliandi & poenitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi forte atrocitas facti poenam graviolem expectet. l

(a. Prout

a Anton. August. in notis ait esse ex Conc. Turon. 2. c. 4. al. African. vid. Microlog. c. 9. b Qua a cancellis. c Nannetens. al. Pictavenens. d c. 2. eod. tit. in 1. compil. Clero. de excess. prel. e Maticenens. al. Nannetens. f Burch. lib. 2. de cr. c. 156. Ivo p. 6. c. 152. & c. 7. eod. tit. in 1. comp. g Decret. nonus, in antiquis. h Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. i Conc. Carth. 4. c. 44.

a Al. Moguntinens. al. Triburien. b Cap. 6. eod. tit. ne Cler. vel Monach. in 1. comp. c Haec 2. verba & barbam, desunt in omnibus manuscr. d sub Alex. III. c. 11. e Cap. 8. eod. tit. in 1. compil. f Ab Episcopo arceatur. g Al. desierit. h Al. IX. al. VIII. al. III. sed ne plurimum legitur octavus. i Cap. 10. eod. tit. in 1. compil. confert Concilium Tol. IV. can. 23. Refert Grat. 12. q. 1. c. 1. k manuum. l exposcat.

(et Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, sicut ex sensualitate vergit caro in culpam, ita vigore spiritus procedente, & subsequente divina gratia, animus nisi debet ad veniam, & remedia semper inquirere, quibus irruentes occasiones mortis valeat declinare. Inde fit quidem ista, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris Ecclesiis pervenisse, quae aut delictum in se, aut occasionem habent delinquendi, per aut. Apost. sedis, cui ex dispositione Domini deseruimus, prout datur ab eo, decrevimus obviandum, & aut. in vobis Episcopalis officii ad rescandanda nociva in subditis vestris, & inserenda utilia scriptis Apostolicis muniendam, recolentes quod in veteri lege praecepit Dominus, dicens: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subjiciens mane ligna per singulos dies.)

C A P. X.

Ecclesiastici Judices & delegati gratis judicare debent, nec exigere possunt decimam, vel aliam quoram litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Innocentius III. Praelatis & Clericis Lombardiae. (an. 1210.)

Cum ab omni a specie mali praeceptum Apostolus abstinere: (& infra. α) Sane ad audientiam Apostolatus nostri pervenit, quod cum ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas, more b secularium super decima litis vel parte alia, pro diversis terrarum consuetudine praeter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus, pro salario convenitis. Nos attendentes, quod ad hoc vobis & aliis Clericis sint Ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honeste vivere debeatis: (& infra. β) Ideoque mandamus, quatenus ab hujusmodi exactionibus de cetero abstinentes c, vigorem iudicium gratis studeatis litigantibus impertiri: non obstante quod in fraudem a quibusdam proponitur, quod id exigatur nomine aliorum: cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, & venales sententiae ab ipsis etiam secularibus legibus reprobentur.

(α Nos qui licet indigni constituti sumus a Deo Super gentes & regna, ut iuxta verbum Prophetiae evellamus & destruiamus, adificemus & plantemus, summopere debemus satagere, quatenus evellamus vitia, plantemus virtutes, & destruiamus iniqua & adificemus honesta. Sicque nostra sollicitudine mediante prava transiunt in directa, & aspecta convertantur in plana: licet autem hujusmodi nostra sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus & insipientibus sumus in iustitia debitores: tamen specialiter ad Clericos, qui dormire debent a vitis, ut sint penna columba deargentata, ne quid appareat in illis, quod obscurat candorem Ecclesiasticae puritatis.)

β Nec vos oportet ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum ergo opera vestra lucere debeant Laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar secularium ad turpe compendium victus occasionem arripere. v. v. p. a. f.)

C A P. XI.

Ad evitandum scandalum, possunt Religiosi diversi habitus, missi ad predicandum de novo conversis, se in unum superiorem habitum & propositum conformare.

Idem Livonensis Episcopus, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus. (an. 1210.)

Deus qui Ecclesiam a suam nova semper prole fecundat: (& infra. α) Ne igitur, si dispar in vobis observantia fuerit, & dissimilis habitus apud eos, quibus unum Evangelium praedicatis, scandalum susci-

retur Mandamus, quatenus eo non obstante, quod inter vos Monachi sunt, & Canonici regulares, vel alii etiam regularem vitam sub alia districtione a professi, omnes pariter in unum regulare propositum & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformeris.

(α Volens haec moderna tempora conformare prioribus, & fidem catholicam propagare, praedecessoribus vestris & vobis post eos pium inspiravit affectum, ut Livonen. ingressi provinciam paganam evangelizetis nomen Domini nostri Jesu Christi, eorum sequentes exemplum, quibus in Evangelio legimus esse dictum: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti & de quibus Evangelicus sermo subjunxit: Illi autem profecti, praedicaerunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Attendens etenim Evangelicus ille paterfamilias, quod missis est multa, operarii autem pauci, adhuc missis operarios in messem suam et in hac quasi in decima hora vinea sua vere vos deputat vinitores, quorum labores pari cum primis denario recompenset. Unde cum Evangelizandi officium eo assumperitis inspirante, qui facit usraque unum: oportet vos in unitatis et charitatis spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum, de quibus legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.)

C A P. XII.

Ludi theatrales etiam praetextu consuetudinis, in Ecclesiis, vel per Clericos fieri non debent.

Idem (an. 1210.)

Cum decorem b domus Dei: (et infra.) Interdum ludi sunt in Ecclesiis theatrales, & non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstrarum, verum etiam in aliquibus festivitatibus Diaconi, Presbyteri, ac Subdiaconi insaniam suam ludibria exercere praesumunt: (et infra. α) Frat. v. mandamus, quatenus ne per hujusmodi turpitudinem Ecclesiae inquinetur honestas, praebitam ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam, curetis a vestris Ecclesiis extirpare.

(α Quia igitur ex officio nobis injuncto domus Domini nos zelus comedit, & opprobria exprobrantium ei super nos cadere dignoscuntur.)

C A P. XIII.

Clerici debent continere, et caste vivere: contra facientes, punit; et severius puniuntur illi, qui possunt legitimum matrimonio uti.

Idem in Concilio generali. c (an. 1215.)

Ut Clericorum d mores & actus in melius reformentur, continenter & caste vivere studeant universi, praesertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio praecaventes. maxime illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiae, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne vero facilitas veniae incentivum tribuat delinquendi, statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiae vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur s secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius praecipimus observari: ut quos divinus timor a malo non revocat, temporalis saltem poena cohibeat a peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus praesumpserit celebrare divina, non solum Ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur. Praelati vero, qui tales praesumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniae vel alterius commodi temporalis pari

a C. 1. eod. tit. in 3. compil. 2. Theff. 5. b In codice Barb. more secularium iudicium. c Simile vide in l. 3. ff. quod cuiusque univ. & in l. qui oneranda. ff. de op. leg. d C. 2. eod. tit. in 3. compil. vide Extrav. Alexand. IV. cum hora, quam inferimus post directorum inquisitor. inter literas Apost.

a Al. distinctione b C. 4. eod. tit. in 3. compil. c Conc. generale Lat. sub Innoc. III. c. 14. c C. 2. eod. tit. in 4. compil. e Al. vel minus, etc. f l. ex diversa. §. 2. cum nos. ff. de vend. et Inst. de pub. iud. §. item lex Julia.

bus, pari subjaceant ultioni. Qui autem secundum a regionis lapsum morem non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur: cum legitimo matrimonio uti possint.

C A P. XIV.

Clericus crapulosus vel ebriusf monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspenditur.

Idem in eodem. b (an. 1216.)

A Crapula & ebrietate e omnes Clerici diligenter abstineant: unde vinum sibi temperet, & se vino. Nec ad bibendum quisquam incitetur: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivam. Unde illum abusum penitus decernimus abolendam, quo in quibusdam partibus ad potus aequales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices facundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore communitus satisfecerit, ab officio vel beneficio suspendatur.

C A P. XV.

A negotiis, personis, locis, ludis vestibus inhonestis & ornatu minus honesto, præcipis Clericos abstinere, & habitu honesto uti: cujus vanitatem in pluribus exprimit & desestatur.

Idem in eodem. c

Clerici officia s vel commercia secularia non exercent, maxime inhonesta. Mimis, jocularibus, & hiltionibus non intendunt. Et tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, & taxillos non iudant, nec hujusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem. Et se in officiis Ecclesiasticis, & aliis studiis exercent diligenter. Clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus consutitiis, frænis, fellis, pectoralibus, calcariibus deauratis, aut aliam superfuitatem gorentibus, non utantur. Cappas manicatas ad divinum officium intra Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personaribus constituti: nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos: nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Ecclesia super indumentis lineis omnes utantur: nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. Pallis diffusulatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

C A P. XVI.

Clericus, qui tertio monitus a negotiationibus secularibus non abstinere, interim perdis quoad bona privilegium Clericale. h. d. Et est textus multum notab. & qui quotidie allegatur.

Honorius III. Ambianen. Episc. g

EX literis B Pontini Comititis intelleximus, quod quidam Clerici suæ terræ potius secularibus negotiationibus i, quam officiis divinis intendunt: & gaudent volentes privilegio k clericali, nolunt statuti patriæ (quibus quoties expedit, sicut Laici se tuerentur) in negotiationum suarum l quæstibus subjacere: (& i. a) Mandamus, quatenus si tales tertio a te communiti ab hujusmodi non respuerint, sed prætermittis divinis

officiis, negotiationibus insisterint a supradictis, cum facto privilegium abjiciant clericale, tu quo minus dum his se implicent, de suis facultatibus, statutis & consuetudinibus patriæ subjaceant, non defendas eosdem.

(& Unde quia magnum ex hoc scandalum inter Laicos generatur, nobis humiliter supplicavit, ut vel compelli hujusmodi Clericos ad servandum Ecclesia, illicitis secularibus negotiationibus postpositis, mandarem, vel pasceremur eos quoad facultates eorum statuti & consuetudinibus patriæ subjacere. Cum igitur prædicta in Clericali ordinis vituperium redundare noscuntur, & Clericorum vita generare non debet Laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum, f. r.)

TITULUS II.
DE COHABITATIONE CLERICORUM ET MULIERUM.

C A P. I.

Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiamsi sit mater vel alia consanguinea.

Ex Concilio Moguntin. b (an. 812.)

Inhibendum e est, ut nullus Sacerdos foeminas, de quibus suspicio potest esse, retineat. Sed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, & sororem: quia insfingente diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam pedissequis earundem. Sed si qua de his necessitatem habuerit, Presbyteri habeant in vico, aut in villa domum longe a sua conversatione: & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrant. Prohibendum quoque est, ut nulla foemina ad altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare sive federe.

C A P. II.

Excommunicatur Clericus in sacris, qui a suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit.

Ex decreto Eugenii Papæ. (an. 655.)

Si quisquam d Sacerdotum, id est, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, de quacunque foemina criminis fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inveniatur fabulari, & aliquo modo conversari cum ea, excommunicationi subdatur: foemina vero canonice judicetur.

C A P. III.

Non debet Prælatus Clericum cogere ad concubinam abjurandam: sed eam nolentem dimittere, potest excommunicare.

Alexander III. Saler. Archiepiscopo. p. c. cum su. (an. 1180.)

Clericus in sacris ordinibus e constitutus, qui publice tenet concubinas, ad eas abjurandas nolumus a tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis redeuntes, perjurii reatum incurrant. Verum ipsos per suspensionis & interdictionis sententiam debes arctius cogere, ut mulieres ipsas a se ita removeant, quod de illis sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorum ad ipsas redire, vel alias accipere forte præsumperint, in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre, ut alii eorum f exemplo perterriti, a similibus arceantur.

CAP.

a Hoc dicitur propter Gracos. b Conc. Later. sub Innoc. III. c. 5. c Cap. 3. eod. tit. in 4. compil. d a beneficio vel officio suspendatur. e Lar. sub Innoc. III. c. 16. f Cap. 4. eod. tit. in 4. comp. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6. g sess. 22. c. 1. h Ambien. al. Albiens. al. Abianen. al. Abianen. h Vid. Geminianum in c. syn. De off. del. in 6. i al. negotiis. k privilegium Clericorum. l Vid. l. quasi. Cod. de re jud. & l. si proponas. §. 1. ff. de inoff. test.

Jur. Canon. Tom. II.

a Utuntur. b Hoc reperio in Conc. Nannaten. c. 3. c Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. d C. 3. eod. tit. in 1. comp. Vid. Conc. Later. sub Leone X. sess. 9. de reform. Curia. 65. alior. c Cap. 14. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. Lar. sub Alex. III. p. 18. c. 1. l In C. Barb. ut alii exemplo illorum a similibus arceantur.

C A P. IV.

Si Clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur a beneficiis, & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem Cantuarien. Archiepisc. & ejus Suffraganeis (an. 1180.)

Sicut a ad extirpanda: (*& i. a*) Frat. vest. mandamus, quatenus Clericos vestra jurisdictionis, qui in Subdiaconatu & supra, fornicarios habuerint, studiose monere curetis, ut a se illas removeant, eas ulterius minime admitturi. Si vero acquiescere contempserint, eos ab Ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam suspendatis. Et si eas suspensi præsumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removeo curetis.

(*α Vicia, quæ periculum pariant animarum, summopere decet intendere, ita etiam nos convenit germinare propagare virtutum, ex quibus fidelibus salutis augmentum, & sacris Ecclesiis decor proveniat honestatis. Unde cum in Anglia prava & desestabili consuetudine & longo tempore sit obtentum, ut Clerici fornicarios in suis domibus habeant, nos volentes tam grave scandalum de populo removeo, & praedictos Clericos ad honestatem Ecclesiasticam reducere.*)

C A P. V.

Litera a Clerico concubinario suspensio super absolutio- ne (tacita facti serie) obtenta non valet.

Idem Eboracen. Archiepisc. (an. eod.)

Super eo vero b, quod asseris A. Presbyterum fornicariam detinentem, propter hoc ab officio suo suspensum: (*& infra. α*) Porro si literas a nobis obtulerit, quæ facti seriem non contineant, nolumus illas sibi prodesse,

(*α Prud. t. r. r. quod si super hoc appellatum sit ad praesentiam nostram, ita contingat ipsum ad nos accedere prout expedire videbimus, pertinaciam ejus & audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad praesentiam nostram, suspensus in eum sententiam propter hoc latam tandem volumus observari, donec fornicariam suam a se prorsus abiciat, & vivas sicut decet Presbyterum continentem.*)

C A P. VI.

Si Clerici moniti non dimittunt concubinas, suspenduntur a beneficiis: & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem Londonen. Episcopo. c

Si autem d Clerici tux jurisdictionis (five in sacris Ordinibus five in inferioribus constituti) fornicarias detinent: nisi eas ad secundam vel tertiam commonitionem a se dimiserint, eandem de cætero contempserint, liceat tibi e eos Ecclesiis, vel eatum portionibus appellat. postposita spoliare, officio ipsis nihilominus interdicto.

C A P. VII.

A Clerico fornicario, quamdiu toleratur, nec habes operis evidentiam, licite audiuntur divina, & percipiuntur Ecclesiastica sacramenta: a notorio vero abstinendum est, non quia in sacramento sit defensus, sed ad ipsorum fornicatorum emendationem. h. d. inhærendo verbis literæ.

Lucius III. f Ex Concilio Maguntino.

(an. 1181.)

Vestra duxit devotio g inquirendum: (*& infra. α*) Alicubi dicitur: Nullus audiat missam Sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. Aliibi vero legitur: Non potest aliquis, quantumcumque pollutus fuerit, divina polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum b existunt. Qualiscunque i enim

a Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 18. c. 2. b C. 8. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 18. c. 9. c al. Laud. al. Lunden. d cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 18. c. 8. e In C. Barb. tibi ab Ecclesiis suis, & c. f al. Urban. III. g C. I. eod. tit. in 2. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 38. h al. cogitationum. i In Cod. Barb. Qualiscunque Sacerdos sit, quæ sacra sunt, & c.

Sacerdos sit, quæ sunt sancta, coinquinari non possunt: Sumite ergo ab omni Sacerdote Christi mysteria: quia omnia in Christi fide purgantur. Cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter, canonicè condemnatur. Occultum, quod ab Ecclesia toleratur. Cæterum aliud est, quando crimen notorium non diffidetur Presbyter, vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud est pene occultum, quod ab Ecclesia toleratur. Item aliud est a talium officiis abstinere, ut peccandi licentia cæteris auferatur, & hujusmodi ad poenitentia fructum trahantur: atque aliud si talium tanquam in fornicatione jacentium, mysteria a respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis b, quod a Clericis & presbyteris, quanquam fornicariis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiam, licite divina mysteria audiuntur, & alia recipiantur sacramenta Ecclesiastica.

(*α Ut consulamus fratribus nostris Parochiales Ecclesias advenitibus, quantum Clerici concubinas habere credantur. De hoc videntur diversa sacrorum canonum sententia emanasse.*)

C A P. VIII.

Si fornicatio Clerici est ita publica, quod transt in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famam, non sufficiens ad condemnationem sola testimonia, id est, testium dicta non juratorum: sed si ex hoc orietur scandalum, inducitur purgatio, in qua deficiens canonicè punitur.

Innocentius III. Exon. Episc. (an. 1208.)

Tua nos duxit fraternitas consulendos e, si de Clericis publice concubinas habentibus, qui quando a te conveniuntur, se esse concubinos diffidentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nos igitur consult. t. t. respond. quod si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius: cum hujusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si vero publicum est, non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt: cum non sit testimonis, sed testibus judicandum. Sed si de Clericis ipsis talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo d, licet contra ipsos non appareret accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quam si præstare noluerint, vel e defecerint in præstanda, eos canonica debetis animadversione punire.

C A P. IX.

Breve est: non summatur.

Idem Pistoriens. Episcopo. (an. 1210.)

A Nobis g tua fraternitas requisivit: (*& j.*) Cum Clericis quoque non permittat mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale foedus nihil permittit savi criminis suspicari.

C A P. X.

Clericus concubinaris in officiis vitandus non est, nisi sit notorius.

Gregorius IX. (an. 1235.)

Ouratum est de Clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium, priusquam poeniterint, audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quoad seipsum constet esse suspensum, non debet tamen in officiis evitari: quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem

a Ministros. b retinens. c cap. 1. eod. tit. in 1. comp. pil. Vid. Anton. Gomezium tom. 3. Var. resol. c. 1. et Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 9. d Vid. l. si oleum. ff. de dol. et l. aq. ff. de usufr. e In Cod. Barb. vel si defecerint. l. debes. g cap. 2. eod. tit. in 3. comp. l. cum quis. C. de Episc. et Cler.

nem factam in iure, aut per evidentiam rei quæ tergiversatione aliqua celari non possit.

TITULUS III.
DE CLERICIS CONJUGATIS.

C A P. I.

Matrimonium contractum per Clericum existentem in sacris, non tenet: secus in minoribus, sed tunc cogitur beneficium.

Alexander III. (Cantuariensi Episc. an. 1180.)

SI qui a Clericorum infra Subdiaconatum acceperit uxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores distractione Ecclesiastica compellat: Sed si in Subdiaconatu b & aliis superioribus ordinibus uxores accepisse noscuntur, eos uxores dimittere, & penitentiam agere de commisso, per suspensionis & excommunicationis sententiam compellere procuretis.

C A P. II.

Conjugatus ad administrationem, & ad ordinem Ecclesiasticum, vel beneficium non promovetur, nisi castitatem promissat, & non sit bigamus.

Idem Gregor. Episcopo. (an. 1180.)

Sane: (& infra. α) Provideas & attentius, ne deinceps Clericus conjugatus ad Ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur: Nisi forte castitatem voverit perpetuam, & qui unicam, & virginem habuisset uxorem.

(α De Clericis inferiorum ordinum qui in conjugio constituti diu Ecclesiastica beneficia ex concessione predecessorum habuerunt, a quibus sine magno discrimine ad effusione sanguinis non possunt privari: s. i. id diximus respondendum, ut)

C A P. III.

Si Clericus in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat, privatur beneficio, & quod edidit Ecclesia, sibi restituitur. h. d. Et in hoc ultimo est casus notæ & multum allegabilis.

Idem Verulan. d. Episcopo. (an. 1180.)

QUOD e a te: (& infra. α) Utrum Clerici infra Subdiaconatus ordinem constituti, qui contineri carnis defectu vitio non valentes, uxores accipiunt, Ecclesiastico beneficio canonice debeant spoliari: Id volumus te tenere, quod cum simul voluptatibus & carnalibus defectibus, ac divinis & Ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam Ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, Ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt privandi. Sane si Ecclesiasticis, quibus f. intitolati fuerant, de possessionibus, aut aliis bonis aliqua contulisse noscuntur: cum ab earumdem Ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati: ad ipsos recta via debent absque contradictione redire.

(α Quod fraternitatis tuæ quavis industria.)

C A P. IV.

Peracta penitentia, dispensant Episcopi cum Sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.

Idem (an. 1180.)

Sane g Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernia sunt potius h nuncupanda, post longam penitentiam, & vitam laudabilem

continentes, officio suo restitui poterunt, & ex indulgentia sui Episcopi ejus executionem habere.

C A P. V.

Auferenda sunt Clerico beneficia, quæ habebat tempore contracti matrimonii, collata vero postmodum scienter per Episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. h. d.

Innocentius III. Norvicens. Episc. (an. 1212.)

Diversis a fallaciis: (& infra. α) Accepimus autem, quod quidam Clerici tuæ diocesis, qui matrimonium contraxerunt, Ecclesiastica beneficia detinere contendunt: in quorum conversatione cithara cum Pfalterio male concordat. Cum ergo vir cogitet, quomodo placere possit uxori, & ideo minus, quæ Dei sunt valeat cogitare, cum quasi divisus in duo b, plenam sui non habeat potestatem: ut ei, a quo stipendium recipit, plenius famuletur, mandamus, quatenus huiusmodi Clericos beneficiis Ecclesiasticis, quæ in tua diocesi sunt adepti, prius app. rem. præsertim cum rerum Ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. Nisi forte tu talibus scienter contuleris Ecclesiastica beneficia: quibus eos non per te, sed per c superiorem decernimus spoliandos.

(α Homines circumventi, Deo & mamma famulari conantur. Cum tamen secundum Evangelicam veritatem nemo possit duobus Dominis servire: quoniam si unum dilexeris, alium habebis exosum, aut uno contempto, alium sustinabit.)

C A P. VI.

Filius Sacerdotis Græci ex uxore genitus, licite inter Latinos promovetur, si scandalum non obstat. h. d. Et est casus notabilis.

Idem d. Acherontino Archiepiscopo. (an. 1212.)

CUM olim e ad nostram audientiam pervenisset, quod Canonici Anglorum, f. Cantorem Taicicem, g sibi elegerant in pastorem: (& infra. α) Licet tibi de forma electionis canonice, ac idoneitate personæ in aliis h constitisset: movit te tamen, quod cum pater ejus Græcus fuerit i, & juxta ritum Græcorum uxorem duxerit k in minoribus ordinibus constitutus, Cantorem ipsum ex uxore legitima in sacerdotio suscepisset. Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum continentie non admittit, quoniam Orientales in minoribus l ordinibus contrahunt, & superioribus utuntur matrimonio jam contracto: mandamus, quatenus ipsi pro eo, quod inter Latinos Græci huiusmodi convertantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum m non obstat, ad confirmationem & consecrationem ejusdem sine dubitatione procedas.

(α Tibi dedimus in mandatis, ut examinata electioe diligentius, & persona, si electionem canonicam, & personam idoneam inveniatis, electionem ipsam au. Apost. confirmares, sicut Metropolitanus in ceteris processurus.)

C A P. VII.

Clericus conjugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.

Idem Episcopo Pictaviensi. (an. 1212.)

Joannes n nobis conquerendo monstravit, quod tu eum, quanquam jamdudum uxorem legitimam duxerit, pro eo, quod prius in Acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalem, ex qua

a Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. Et post. Conc. Later. sub Alex. III. c. 2. b Tales ex hoc facto suspecti sunt de heresi. Bern. Dias in præb. crim. can. 74. c cap. 3. eod. tit. in 1. compil. Et post Conc. Lat. p. 18. c. 5. d Veneran. al. Verulan. al. Velinen. al. Verulacen. e cap. 5. eod. tit. in 1. compil. f post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 7. g assuetudine. h Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. Felin. in c. 1. nos de iur. iur. h dicenda.

a Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. ubi legitur Archiep. Norvicensi, male. b Vid. leg. si plures. ff. de pact. c In Cod. Barb. sed per superiorem tuum. d al. Acheronen. e Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. f Aglon. g Traicicem. h Et in aliis. i fuerat. k duxerat. l in minoribus ordinibus constituti contrahunt. m Fox, canonicus, deest in antiquioribus. n De materia huius decreti, vid. Geminian. in c. 1. eod. tit. lib. 6. o Lupum alleg. 40.

qua nter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum de consuetudine terræ tuæ Clerici uxori non cogantur inuiri portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere: mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis videretur profecto in ministerii nostri vituperium redundare.

C A P. VIII.

Uxorari non admittuntur ad Ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habent.

Idem. (an. 1212.)

Cum a decorem: (& infra.) Eos, qui sunt publice uxorati, non admittatis de cætero ad Ecclesiasticas dignitates: dimittis ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo & gravi scandalo retinere.

C A P. IX.

Clerici conjugati, in rebus suis, non gaudent privilegio clericali.

Honor. III. H. quondam Regina Anglorum.

(an. 1220.)

EX parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati terræ tuæ (habitu & tonsura clericali b relicta) publice ducunt uxores: (& infra. α) Ut tamen contractus iustitias & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt d abjectam: (& infra. β) quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt: & eandem tonsuram deserunt, ut eodem e pretextu excusari valeant a præditiis: (& infra. γ) Cum igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris, Cæsari s, & quæ sunt Dei, Deo: æquanimiter duximus tolerandum, si g talibus iustitias debitas velut ab aliis uxoris exigas & servitia consueta.

(α De his qui huius mundi sunt solliciti, & quomodo placeant uxoris existentes: qui licet negotiationibus & aliis negotiis secularibus insistant.)

(β Quatenus ipsius pretextu ab huiusmodi ut Clerici exsuscitentur, quamquam non militant Domino, sed potius mundo, ut ceteri uxorati.)

(γ Et ven. f. n. Episc. & dil. fil. Decanus & Archidiaconus & Capitulum Cenomansense ipsos tanquam Clericos in subtractione servitorum tuorum fovere nituntur, in tuum præiudicium & gravamen.)

C A P. X.

Si Clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.

Idem. h. (an. 1222.)

UT consultationi i tuæ breviter satisfaciat, respondemus quod R. miles tuæ diocesis, qui olim cum in minori esset constitutus atate, tonsuram tantum & coronam clericalem assumpsit, non est cogendum deterre habitum clericalem.

TITULUS IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

C A P. I.

Episcopo non licet sine licentia Papa transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando, alias privatur habitu & ambitu. hoc intendit cum glossa.

Ex Concilio Sardicensi. l. (an. 347, in Dania)

a C. 4. de vit. & hu. Cler. in 3. comp. b dimissis. c duxerunt. d reassumunt. e eo præsens. i Matth. 22. Marc. 12. Luc. 21. g al. ut d talibus, &c. sed in antiquis ita legitur, ut est impressum. h Ep. Lingonensi. i Vid. notas nostras in hanc decr. k Vid. Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & 2. & sess. 23. de reform. c. 1. l Conc. Sardic. c. 1. Burch. l. 3. dec. c. 79. lvo p. 5. c. 185.

NON liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam. Manifesta est enim causa, pro qua facere hoc attemptat. Cum nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transiret.

C A P. II.

Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste textus multum notabilis.

Leo IV. a (an. 850.)

EX gestis b: (& infra. α) In qua Synodo Anastasius Presbyter Cardin. tituli beati Marcelli, ab omnibus canonicè est depositus: Eo quod parochiam suam per annos quinque, contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

(α Rom. Pontificum consilio Lotharii et Ludovici Imperatorum Sancta et Ven. LXVII. Episcoporum in Ecclesia beati Petri Synodum congregavit.)

C A P. III.

Uni plures dignitates vel Ecclesia conferri non debent, & Ecclesia est conferenda illi, qui residere et regnare valeat per seipsum: alias perdit Ecclesiam, et donans conferendi potestate privatur.

Ex Concilio Lateranen. c (an. 1179.)

QUIA nonnulli d modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas Ecclesiasticas & plures Ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: ne id de cætero fiat e, districtius inbibemus. Cum igitur Ecclesia vel Ecclesiasticum ministerium f committi debuerit, talis ad hoc persona quæretur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones accepit g, amittat: & qui dederit, largiendi potestate privetur.

C A P. IV.

Præsensus ad Ecclesiam non confirmatus, si apparet, quod nolit residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem et ex non iusta causa non residens, privatur, Appellatione remota.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

(an. 1180.)

RELATUM h est nobis, quod cum in Lateran. Concilio statutum sit, ut personæ tali Ecclesia vel beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesiam præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt: (et infra. α) Cum igitur verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, non debent admitti, & admitti poterunt amoveri: nisi forte de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse; nec patrocinari debet eis appellations distugium, si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit interjectum. i

(α Ideo nos consulere voluisti, an propter hoc possis tales præsentatos repellere, vel institutos appe. sub. removere. Tua igitur providentia innotescat, quod.)

C A P. V.

Breve est, nec potest brevius summari.

Idem Eboracen. Archiepiscopo (an. 1180.)

Fraternitati k tuæ: (et infra. α) Præterea Clericum alterius diocesis abique commendatiis literis sui Episcopi non debes recipere, nisi pro eo receperis ab Apost. sed. l mandatum.

(α Du-

a al. tertius. b Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. c Conc. Lateran. sub Alex. III. d Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. e al. ita: ut id de cætero non fiat. f officium. g receperis. h C. 4. eod. tit. in 1. comp. et post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 15. c. 1. i Vid. l. si qua pena. cum concord. ff. de verb. signif. k Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. l Apost. sedis.

(*α* Duximus indulgendum, ut si Clerici, qui in Ecclesia tua jurisdictionis beneficium sunt adepti, ad aliam diocesis sine abscissa licentia et assensu tuo marandi causa se transferunt, liceat eos tibi beneficiis quae habent a te, exposulare, nisi forte scholasticis disciplinis invigilaverint, aut rationabilem tibi causam ostenderit, quare reverti non debeant).

C A P. VI.

Qui non resides in beneficio etiam modica astimationis, illo privatur.

Idem Lingonensi Episcopo. (an. 1170.)

Conquerente a nobis R. Presbytero accepimus, quod G. Clericus ab eo pro Ecclesia sua, de qua vitae necessaria vix potest percipere, annuatim vigintifolidos extorquere conatur, asserens beneficium istud in eadem Ecclesia sibi fuisse collatum: (& infra. α) Frat. t. mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod dictus G. habeat Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem Ecclesiae non deseruiat, sibi super praescripto beneficio silentium (sublato b impedimento appellationis) imponas.

(*α* Quamquam eidem Ecclesia sicut accepimus, non deservias, et alia Ecclesiastica beneficia sufficientia habeat & possideat ab Ecclesia. Quoniam igitur indecens est & non consentaneum rationi, ut idem B. cum alia Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat, et possideat, ab Ecclesia, cui non deseruit, beneficia quarat).

C A P. VII.

Qui est in servitio Episcopi, percipit fructus beneficii tanquam residens, praeter distributiones quotidianas Abbas.

Idem. (an. 1170.)

De cetero c; (& infra. α) Statuimus, ne Canonicis, donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur: Nisi forte sint victualia, quae non confueverunt articulis exhiberi.

C A P. VIII.

Privandus est Praeatus vel Clericus non residens, qui citatus non revertitur in termino sibi praefixo nisi habeat iustum impedimentum. h. d. cum duobus sequentibus.

Coelestinus d. III. (an. 1195)

EX parte vestra a nostro fuit Apostolatu referatum, quod Ecclesiae vestrae Decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegit, jam per decem l' annorum spatium Ecclesiae vestrae praesentiam habere nequivit. Quia ergo nolumus, ut eadem Ecclesia Decani officio defraudetur, mandamus, quatenus scribatis eidem, quod suum officium ut Decanus debeat exercere. Quod si vocatus venire noluerit, eligendi alium, qui praeside Ecclesiae vestrae valeat & prodesse, vobis extunc concedimus liberam facultatem.

C A P. IX.

Summarium est in capitulo precedenti.

Innocentius III. Cap. Ragusino. (an. 1214.)

Qualiter Archiepiscopus g. vester temeritate propria recessit ab Ecclesia Ragusensi, nec jam ultra quadricennium expectatus redierit, per literas enim vestras revocatus: (& infra. α) Discret. v. mandamus, quatenus, (nisi forsitan jam redierit) vos post mensem a receptione praesentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopum eligatis.

(*α* Vestra universitas plene novit, cum sapius apud nos deposueritis super hoc querelam, et vobis concedi postulaveritis licentiam eligendi. Nos autem expectantes diutius duximus expectandum, si forte revertetur ad cor, et ad

Ecclesiam suam, quam saliter reliquerat, remearet. Nolentes igitur, quod diutius Ecclesia ipsa pastoralis maneat consolatione destituta).

C A P. X.

Summa ut in capitulo, ex parte. supr. eodem.

Idem Constantinop. Patriarcha. (an. 1214.)

Inter quatuor a animalia: (& infra.) De Clericis, qui Ecclesias, vel Praebendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa deserunt, tuo praesertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste privari, dummodo non sint in iusto impedimento detenti.

C A P. XI.

Si nescitur ubi sit Clericus, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua: et si intra sex menses non revertatur, privabitur Ecclesia sua h. d. usque ad veris. contra eos.

Idem Archiepiscopo Panormitano. b (an. 1214.)

EX tua c devotionis d: (& infra.) In Ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, triax citationis edictum facias publicari: & si nec sic cutaverint obedire, & ultra sex menses suas deseruerint Ecclesias, iuxta c sanctiones canonicas, eis debent merito spoliari.

Iste versiculus non summatur propter varietatem lectionum, et quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos pro suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec si eorum f' malitia poterit emoliri, eos B. rit. sanctae Sufanna Presbyter Card. Apost. sed. Leg. a spiritualium administratione removeat, & quibus praesunt Ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri: sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit.

C A P. XII.

Privilegiatus ut absens in studio fructus Praebenda recipiat. Existens in villa vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.

Idem Alstifodoren g. Episcopo. (an. 1214.)

TUA fraternitatis discretio b postulavit: (& infra.) Quaevis illi praeterea, ut cum interdum Canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant Praebendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt vel castella, in quibus nullum est vel minus competens exercitium studiorum: utrum Praebendarum suarum fructus sint talibus conferendi? Ad i quod breviter respondemus: eis qui huiusmodi fraudem committunt (cum fraus & dolus nemini debeat k patrocium impertiri) praesertim indulgentiam competere non debere.

C A P. XIII.

Qui iuravit in Ecclesia residere, pro servitiis Ecclesiae licite se absenteat.

Honorius III. Praeposito de Valeriis. (an. 1220.)

EX parte l tua fuit propositum, quod tempore quo receperis Praeposituram de Valeriis, praesertim de facienda residentia iuramentum (& infra. α) Postulationi t. t. r. quod si te non absentando in fraudem, Praepositorum

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. b Alias, obstaculo. c C. 4. tit. de praeb. in 1. compil. d alias, Clemens. e Cap. 8. eod. tit. in 2. compil. vid. Felin. in c. 2. de refer. f per decem annos. g Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.

a Sup. de major. et obedient. inter quatuor. et cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b Alias, Patracem. c Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. d dilectionis. e Hac verba, iuxta sanctiones canonicas, desunt in omnibus manuscriptis. f Alias, istorum, alias, illorum. g Alidias. h Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. i Alias, taliter resp. quod eis, etc. k alias, debeant. al. debent. l De materia iuramenti huc spectante, vid. Jus. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam.

tura tua jura fideliter prosequeris, cum ex hoc censeri debeas recidens, perjurium non incurris.

(*a* Præstito insuper juramento promissens, quod homines & jura ipsius præpositura manuteneas & defendas. Cum autem eadem prosequenda jura præpositura residere interdum in Ecclesia memorata non possis, de juramento super ipsa residentia præstito metuenti, provideri tibi super hoc a nobis humiliter postulasti. Nos vero)

C A P. XIV.

Familiaris Papa (non obstante constitutione contraria) Præbenda sua fructus percipit in absentia.

Idem Honor. III. Capitulo Mesensi. a
(an. 1220.)

Cum dilectus filius Magister Otto: (& infra. *a*) Mandamus, quatenus non obstante constitutione, qua contra absentes Canonicos inter vos dicitur, emanasse, fructus Præbenda sua assignentur eidem, in nostro servitio commoranti: Cum familiares nostri *b*, qui circa nos se obsequiales exhibent universis *c*, minori non debeant prærogativa gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia per seiplos sæpius promoventur.

(*a* Canonici Eccles. vestra, scriptor noster, grata nobis jugiter impendat obsequia, & non minus si sit absens, quam præsens, eidem Ecclesie utilis habeatur, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per Apost. sedem vobis.)

C A P. XV.

Duo Canonici absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus Præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione Ecclesie contraria non obstante.

Idem Melden. Episcopo. (an. eod.)

Ad audientiam nostram pervenit, quod cum in Melden. Ecclesia quædam sit constituto vallata juramento, & auctoritate sed. Apostol. confirmata, ut Canonici, qui non resident in eadem, suarum præbendarum fructibus Præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, seu in Apostolicæ sedis servitio contingeret detineri: (et infra *a*) Decernimus, ut duo ex Canonicis Ecclesie memoratæ, in tuo servitio existentes, suarum fructus integre percipiunt Præbendarum; cum absentes dici non debeant, sed præsentis, qui tecum proptuo & ipsius Ecclesie servitio commorantur.

(*a* Quos peregrinationis labor, aut studia traherent literarum. Decanus est quidam canonicus Ecclesie memoratæ, occasione constitutionis hujus, canonicos in tuo servitio commorantes Præbendarum suarum privare fructibus molitur. Unde cum tibi plurimum expediat aliquos canonicorum ipsorum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicasti, ut super hoc necessitati tua consulere dignaremur. Volentes igitur sic constitutionem moderari supradictam, ut dicta Ecclesia fructum sentiat ex eadem, et tu per ejus abusum dispendium non incurras, presentium auctoritate.)

C A P. XVI.

Si Ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire coguntur. h. d. Et est bonus textus, & potest multum praticari.

Gregorius IX. Patriarcha Antiochia Apost. sed.

Legato (an. 1230.)

Cum ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata: (et infra.) Sane nobis innotuit, quod Ecclesia Antiochena d multis ex servitoribus ejus absentibus est fere destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentiis *e*, & prædecessorum tuorum licentia, absentes Canonicos & alios revoces

ad residendum in Ecclesia supradicta: & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesie facias congrue deserviri *e*, in utilitatem ejusdem, quod ex præfatis beneficiis superfuert, convertentur.

C A P. XVII.

Privatur beneficio Clericus non recidens, si monitus non redeat, nec instam excusationem allegas. h. d. & est easus notabilis.

Idem. (an. 1231.)

Clericos in Ecclesiis tuz jurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt, affectuos, si ad alterius dioccesim absque licentia tua morandi causa transferant, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabilem ostenderit) spoliare.

TITULUS V.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

C A P. I.

In bonis Ecclesie non succeditur jure consanguinitatis.

Ex Concilio Pistavien. b (an. 988.)

Ut nullus e de Clero sive populo Ecclesiastica bona d jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

C A P. II.

Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo.

In Corpore Canonum.

Non liceat ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos, vel si fecerit, det illis, unde vivere possint.

C A P. III.

Bona Ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria sibi vendicare.

Gregorius Anthenio Subdiacono. (an. 603.)

Roma.)

Ratio nulla s perimitur, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur proptius ejusquam usus applicetur.

C A P. IV.

Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo unde vivat, providere tenetur ei, de suo, donec aliquem ritulum fuerit consecutus.

Alexander III. in Concil. Lateran. g

(an. 1179.)

Episcopus si aliquem b sine certo titulo, de quo necessaria vita percipit, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit: tamdiu ei necessaria subministrat, donec in aliqua Ecclesia ei convenientia stipendia militiæ clericali assignet. Nisi talis ordinatus de sua vel paterna hereditate, subsidium vite possit habere.

C A P. V.

Non debent Episcopi permittere quem plures Ecclesias obtinere.

Idem in eodem. k (an. 1179.)

Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas vel tres, sed plures Ecclesias perhibeantur habere, cum nec quibus possint debitam provisionem impendere: Per fratres & Coepiscopos nostros hoc m emendari præcipimus, & de multitudine Præbendarum a canonicis induitur, quæ dissolutionis materiam & evagationis inducit, centumque continet pernicu-

a Meden. alias Missen. *b* Vid. Lud. Gomez in reg. de impetr. bene. vac. per obit. familiaris Cardinalium. quæst. 13. *c* Vid. leg. sed et reprobati. *d* penult. per Bald. ff. de excusat. tutor. & Antiochia. *e* Vid. leg. 2. per Bald. ff. de qui in loco publico.

a Deservire. *b* Hoc concilium nondum reperi, sicut pleuraque alia; *c* cap. 1. eod. tit. in 1. comp. d beneficia. *e* c. 2. eod. tit. in 1. comp. cap. 3. eod. tit. in 3. compil. g Lib. 15. epist. 29. fide 31. Ind. regist. h Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. i al. de suo paterna hereditate, quod non probat. *k* cap. 14. l cap. 6. eod. tit. in 1. compil. m hæc: n Vox, præbendarum, non est in antiquis, nec in Concilio.

riculum animarum, eorum, qui Ecclesiis deservire valeant, indigentiam volumus sublevari.

C A P. VI.

Ad mandatum Papæ non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis sacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. h. d. Et in ultimo est iste textus semper menti tenendus.

Idem. (An. 1180.)

Cum a teneamur: (& infra.) Si mandatum nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari: nisi forte in literis ipsis de hoc mentio habeatur; aut si non potest ei sine scandalo provideri, æquanimiter suffinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum.

(Ex debito suscepti regiminis provisioni Clericorum intendere, sibi & aliis Ecclesiarum Prælati pro eis scripta nostra dirigimus: Interdum etiam super illorum provisione, qui aliud sufficienter beneficium habere noscuntur. Verum aliquando igroramus eos habere aliud beneficium, pro quibus sibi & aliis Ecclesiarum Prælati scribimus.)

C A P. VII.

Habens plures Ecclesias, alteram eligere & alteram dimittere compellitur.

Idem: (an. eod.)

Referente I. b. Presbytero accepimus, quod cum duas haberet Ecclesias, Archidiaconus tuus ipsum altera spoliavit: & eundem Presbytero G. e nomine assignavit eandem, prædictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad Metropolitano, videlicet Remen. Archiepiscopum appellavit. Cumque de mandato ejusdem Archiepiscopi in prædicta Ecclesia restitutus fuisset, præfatus Archidiaconus eundem I. eo quod ad præsentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem d. ipsum a sententia, qua eenebatur, facientes absolvi, tibi mandamus quatenus præscripto I. de prædictis e Ecclesiis una, quam maluerit relinqui, alteram præfato G. si Ecclesiam non habet f, non differas assignare. Alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio Ecclesiasticæ carenti incunctanter assignes.

C A P. VIII.

Præbendæ & dignitates non debent dividi, nec etiam permutari.

Idem in Concilio Turonensi. g. (An. 1120.)

Majoribus h. Ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum Clericorum Præbendæ patiatur sectioem. Idcirco ut sicut in majoribus, ita quoque in minimis membris suis firmatam Ecclesia habeat unitatem, & divisionem Præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

C A P. IX.

Receptus in Canonicum ex promissione Capituli, debes, quando facultas se obtuleris, habere Præbendam. Vid. c. 2. de concess. Præbend. in 6. cum gloss.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo. k. (An. 1170.)

Relatum t. est: (& infra.) Quoniam igitur dignum est, ut postquam Magister. I. in Ecclesia tua Canonicus est institutus, & a te habuit in promissis de con-

ferenda sibi prima Præbendæ, cum in Ecclesia ipsa vacaret, ut debeat Præbendæ integritate gaudere: mandamus, quatenus si idem I. in Ecclesia tua est canonice institutus, & in choro & Capitulo & aliis, quorum usus est communis, potestatem sicut Canonicus habet, ei Præbendam, si qua nunc vacat, vel cum ibi primo vacaverit, secundum promissionem tuam concedas liberaliter & assignes: quia non est congruum, ut Præbendæ careat, qui in Canonicum noscitur esse receptus.

(a Auribus nostris, quod cum dil. fil. n. Magister I. in Ecclesia tua sit per te canonice institutus, & in choro & Capitulo & aliis locis, quorum communis est usus, plenam sicut Canonicus habeat potestatem, nondum sibi præbendam juxta promissionem tuam assignari curasti, licet post promissum tuum plures præbendæ in ipsa Ecclesia vacasse dicantur.)

C A P. X.

Religiosi reditus Ecclesiarum suarum diminuere non possunt respectu portionis, qua debetur Rectoribus seu Vicariis, nec parochiis dividere.

Idem Canonicis regularibus & Monachis Eboracens. diocesis. a. (An. 1180.)

Avaritia b, quæ est idolorum servitus: (et infra. a.) Intelleximus, quod in Ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consueveritis percipere, portiones, vel antiquos reditus minorastis, quos nonnulli Clerici Ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur: (& infra. b.) Ideoque mandamus, quatenus, si quas portiones vel antiquos reditus Clericorum sine consensu Archiepiscopi vestri minuere, vel parochiis dividere præsumpseris, ad integritatem pristinam revocetis.

(c. Hi debent radicem studiosius extirpare, qui seculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu ministrare.)

(b. Unde quoniam hoc ex radice avaritiae & cupiditatis procedit, quam debitis modis omnibus vitare. d. v. p. a. f. pra.)

C A P. XI.

Possunt Prælati & Capitulum præbendæ vacanti beneficium imponere, ad quod Præbendarius tenetur.

Idem Præposito & Capitulo Insul. (An. 1180.)

Significatum est nobis c, quod eandem Sacerdoti Præbendam unam in Ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita quod Missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate gravatus sit) debeat quotidie celebrare, & Ecclesiam vestram non nisi communi tam Præposito, quam Capituli assensu possit dimittere, vel cuiquam Præbendæ illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem d. eatenus confirmamus, ut prædictus Sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium suum impendere Ecclesiæ memoratæ, & quanto frequentius potest (salva honestate sua, & debita devotione) Missarum solennia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere, sive causa voluptatis, sive fe ad aliam Ecclesiam transferendo.

C A P. XII.

Ad præsentationem Religiosorum in eorum Ecclesiis nullus debet institui per Episcopum, nisi prius ei congrua portio reddituum assignetur.

Idem e Vigorien. Archiepiscopo. (An. 1170.)

DE Monachis f, qui Vicarios parochialium Ecclesiarum gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, eam providentiam habeas, quod ad præsentationem Monacho-

a Cap. 8. eod. tit. in 1. compilat. & post Concil. Lateran. part. 30. cap. 2. b cap. 9. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 30. c. 3. c. al. S. d. al. Nos autem a sententia qua desinebatur, cum facientes, &c. c. præscripti. f. habeat. g. vid. Ant. Aug. in not. 1. comp. h. cap. 10. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 30. cap. 9. i. vid. i. cui pacto per Bart. ff. de servit. expor. k. Sard. Episc. l. Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. cum hodie sit correctæ diac. deves. per cap. de concess. præb. in 6. vid. ibi gloss. & Decium in cap. ex part. 1. supra de officio delegat.

a Vox, diocesis, deest in antiquis. b cap. 11. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 13. cap. 1. c. cap. 13. eod. tit. in 2. comp. & post Concil. Lateran. p. 50. c. 59. d. constitutionem. e. Alius, Episcopo Vigor. f. cap. 14. eod. tit. in prima compilatione.

nachorum nullum recipias, nisi tantum ei de proventibus Ecclesiæ coram te fuerit assignatum, unde jura Episcopalia possit persolvere, & congruam sustentationem habere.

C A P. XIII.

Plures dignitates vel personatus in una vel in diversis Ecclesiis quis habere non potest.

Idem Salernitano a Archiepisc. (an. 1170.)

AD hac b licet: (et infra.) Illud est omni rationi contrarium, ut unus Clericus in una vel diversis Ecclesiis, plures dignitates vel personatus obineat. Cum singula officia in Ecclesiis assiduitatem exigant personarum. c

C A P. XIV.

Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.

Idem Burdegales. Archiepisc. (an. 1180.)

PRæterea d de G. qui in tua & Tolosana Ecclesia est Archidiaconus constituitur, & in utraque Ecclesia regulariter professus: Mandamus, quatenus eundem altero, quam maluerit, Archidiaconatu facias esse contentum.

C A P. XV.

Si electus ad secundam Ecclesiam, nolueris dimittere primam, eligens possunt resistere, & electum non acceptare.

Idem Genuen. Archiepiscopo. c (an. 1170.)

CUM non ignotes f quod una Ecclesia unius debeat esse Sacerdotis: (et infra. a) Cum igitur nuncios Presbyteri, qui in duabus Ecclesiis locum habere contendit, & quidam Clerici alterius Ecclesiæ ad nostram præsentiam accesserint contra eum: nos attendentes non esse conveniens, ut idem Presbyter locum habeat g in duabus Ecclesiis, mandamus, quatenus ipsam beneficiò quod habet, facias manere contentum. Quod si forte Archiepiscopus & Clerici alterius Ecclesiæ in eum consenserint, eis non dissentientibus b, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa Ecclesia quærere vel habere.

(a Mirabile gerimus & indignum, quod uni persona locum in pluribus Ecclesiis velis concedere, vel in Episcopatu tuo inducere consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ: qua cum unum ad plura recipiat beneficia, contra sanctorum canonum instituta, non approbat a nobis, licet non possit præ multitudinem delinquentium emendari.)

C A P. XVI.

Ordinato ad sacros per Episcopum sine titulo, nemina presentantæ, ordinator vel successor compellitur in necessariis providere, donec titulum habuerit.

Innocentius III. Zamoren. Episcopo. i (an. 1210.)

CUM secundum k Apostolum, qui altario servit, vivere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repellitur non debeat a mercede: patet a simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim a clericos, quod est fors vel hæreditas, Clerici appetunt, quia in sui l ordinatione vel assumuntur in hæreditatem Domini, vel assequuntur hæreditatem in ipso m, ut vere possint psallere cum Propheta, dicente: Dominus pars hæreditatis meæ: dignum est, ut Ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua & n per quam divinis obsequiis adscribuntur. Licet autem prædecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur, in injuriam ordinationum irritas esse voluerint & inanes: nos tamen benignius agere cupientes o, tam per ordina-

tores vel successores eorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur. Inde est, quod cum G. lator presentium a prædecessore tuo fuerit ad Subdiaconatum a nullo presentante promotus: mandamus, quatenus si eum hi, quibus examinationem ipsius duximus committendam, te citato legitime, ut per te ipsum vel idoneum responsalem interis, & tam super idoneitate personæ, quam etiam super quantitate ac qualitate beneficii proponere tibi liceat, quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum esse repererint, tamdiu ei vitæ necessaria congrue subministrent, donec per te in Zamoren. Ecclesia vel in alia fuerit competens beneficium Ecclesiasticum affectus: sciturus pro certo, quod si per examinationem eorum b fuerit repertus idoneus, & tu ei juxta mandatum nostrum neglexeris providere, cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per dictam Ecclesiam compellemus.

C A P. XVII.

Qui hoc ignorans scienter consulis Præbendam, quam non potuit, illa evicta, aliam, quam potest, conferre tenetur, h. d. & est singularis dispositio.

Idem Archiepiscopo Senonen. (an. 1210.)

INter cætera: (et infra. a) Facta e resignatione a G. d quondam Canonico Laudunen. e de Præbenda ejusdem Ecclesiæ, quæ per communicationem Præbendarum H. tunc Siclunen. f Canonico auctoritate Apostolica assignari debebat, Magister P. per Laudunen. Episcopum de Præbenda fuit investitus eadem. Super quo cum inter Magistram ipsum & dictum H. controversia suborta fuisset, per C. Papam præd. nost. omnia retractata fuerunt: (et infra.) Supradicto Episcopo dedimus in præceptis g, ut donec idem Magister in eadem Ecclesia fuerit præbendale beneficium affectus, nulli alii Præbendam assignare præsumat: quod si forte præsumperit, id irritum decernimus & inane: decet enim, ut quia Præbendam ei, quam de jure non potuit, assignavit, eam, quam de jure potest, assignet, ne Præbendam illi fraudulenter visus sit assignasse.

(a Tibi satis credimus esse notum, qualiter.)

C A P. XVIII.

Cassatur electio illius, qui possidet plures Dignitates atque Præbendas: et idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.

Idem Episcopo et Cantori Tornacensi. (an. 1210.)

CUM jam b dudum: (et infra.) Verum quoniam ab R. Siclunen. Canonico, i de Bythinia i quædam objecta fuere, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam Præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium: cui nondum finem imponens, contra definitionis nostræ tenorem, & Lateran. k Concilii statuta, ad obtinendam præposituram Siclunen. l se ingerit & ingestit, & quod die intrusionis suæ, ante confirmationem præsumperit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam: Mandamus, quatenus si inveneritis prædictum I. habere plures alias dignitates atque Præbendas, aut aliquid m aliud præmissorum quod ad cassationem ejus sufficit, invenieritis esse verum, ei super jam dicta Præpositura silentium imponatis, ab impetratione ipsius Siclunen. Ecclesiæ abvolentes: Cum multa per patientiam tolerantur n, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente justitia non debeant tolerari. o

CAP.

a Sal. Episc. b C. 7. tit. de testam. in 1. comp. c Vid. l. fin. per Bald. C. de indic. vid. & l. his. C. de revoc. don. d C. 4. de exc. prel. in 1. comp. & post Concil. Lateran. part. 24. cap. 5. e al. Cantuar. al. Arminen. f Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. g haberes. h dissidentibus. i Vid. Vasium in Annal. Hisp. cap. 21. k C. 1. eod. tit. in 1. comp. l Corinth. 9. l suam al. in Christo Psal. 15. n al. vel. o Vid. l. cum in testamento. ff. de verb. sign. et l. quoties. de reg. jur.

a In Subdiaconum. b illorum. c C. 3. eod. tit. in 3. comp. d VV. e Laudensi. i Siclunen. alis. Sedens. g mandatis. h Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. et de materia vide Cardin. conf. 3. et Oldrad. conf. 67. i Bitunia. al. Bitunia. k sub Alexand. III. cap. 13. et 14. l Sidunen. m aut aliquod præmissorum, etc. n tolerantur. o vid. l. 1. §. pen. ff. de his qui not. infam. et l. 1. §. 2. ff. si quis in jus. vcc. non ierit &

in Canonicum, & ea, quæ ad Canonicatum pertinent, cum stalli chori & loco Capituli ei studeant assignare.

(*α* Pro dilecto filio magistro R. Audoen, qui apud. Apost. sed. moram secessit dignoscitur longioris, nec adhuc eras competens beneficium Ecclesiasticum affecturus, licet ad ipsum esset idoneus obtinendam: Ven. f. n.)

C A P. XXIII.

Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros leges promovetur.

Idem Innoc. III. Bisuntino Archiepiscopo.

(*an. 1208.*)

Tuis a quæstionibus respondemus, quod Clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes, unde possint congrue sustentari, & si nondum fuerint, beneficium Ecclesiasticum affecturi, (dummodo aliud canonicum non obstat) ad superiores poteris ordines promovere.

C A P. XXIV.

Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert, utrum absens investiat per personam mediam, vel persona media investiat pro absente. h. d. coniungendo utrumque intellectum. Et est casus not. & quotidie praticatur.

Idem Episc. Zamoren. b (*an. 1208.*)

Accedens ad Apostolicam sedem: (*ϕ j.*) Inquisit. t. t. respond. quod Clericus absens per alium, vel alius magis pro ipso, poterit de beneficio Ecclesiastico investiri. c

C A P. XXV.

Si ad unum Canonicatum & Præbendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet, etiam interveniente Apostolica auctoritate. h. d. & est notabile cap. quare tene semper mente, & nota ipsum.

Idem Trecent. Episcopo. (*an. 1208.*)

Dilecto filio d. p. sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali, Cellerario Trecent. & R. procuratori tuo auditore concessio, idem Cellerarius proposuit coram eo, quod cum in manibus Remen. Archiepiscopi tunc Apost. Leg. intenditis providere, G. nepoti suo in Trecent. Ecclesia Præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignavit e, dictus Legatus præfatum G. & eandem Cellerarium in Canonicos Trecent. instituit, & ambobus idem Capitulum Trecent. stallum in choro, & locum in Capitulo, & idem Archiepiscopus supradictæ Præbendæ fructus dividendos communiter assignavit, donec idem G. integrum esset præbendæ stipendium f. assentus: (*ϕ j. α*) Quorum receptionem procurator generalis præd. sui, in partibus Constantinopolitanis tunc agens, postmodum approbavit. Dictus quoque Cellerarius lectionem & Evangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur, & tam Decani, quam Episcopi electioni, & aliorum negotiorum tractatibus, sicut Canonicus Trecent. interfuit, & domum quamdam per Capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi Canonico consueverat assignari: tuque g. cum ad eandem accessisses Ecclesiam consecratus, cum cum Canonicis aliis ad osculum recepisti, cum tunc non nisi Canonici ad osculum admittantur: & eidem super prædictis non movisti per biennium quæstionem, propter quod petit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita compescere dignemur: (*ϕ j. β*) Procurator tuus proposuit ex adverso, quoad ad unicum jus spirituale, quod vacabat ibidem, infimul duos Canonicos instituire prædicto Legato non licuit: nam si duo unicum Præbendam haberent, id esset contra Turonen. Concilium, quod Præbendarum

inhibet sectionem. Si vero duobus receptis, uni tantum Præbenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranen. Concilium remaneret. Præterea licet in Ecclesia, in qua non est certus numerus Præbendarum nulla etiam vacante, in Canonicum quis possit assumi, cum intelligatur ad quoddam jus eligi, quod ex electorum assensu de novo creatur b, & cum electo in Canonicum nascitur, & definit cum defuncto: in Ecclesia tamen, quæ determinatum habet numerum Præbendarum, uno individo jure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud, eo quod hujusmodi spirituale jus dividit seu communicari nequeat inter eos: quanquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu augmentare valeant numerum Præbendarum, quoddam jus spirituale de novo creando, nisi forte statutum aliquod obviare, quod esset juramento firmatum, vel cuiusd. Apost. confirmatio accessisset, hujusmodi clausula prohibitionis adjecta, ut si quicumque contra id fieret, non valeret: propter quod institutionem præfatum nullam fuisse dictus asseruit procurator, cum in Trecent. Ecclesia certus sit Præbendarum numerus, quem Capitulum vel Legatus augmentare minime intendebat c, vel jus aliquod de novo creare. Unde dictum Cellerarium ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ institutionis tenebant, sententialiter duximus condemnandum, ei super Præbenda ipsa vel ejus parte silentium imponentes: Ita quod per hoc prædicto G. nullum præjudicium generetur: cum res inter alios acta, regulariter aliis non obstat.

(*α* In eos, qui contra venire presumerent, excommunicationis sententia promulgata.)

(*β* Verum dictus R. procurator tuus proposuit ex adverso, quod cum dictus Cellerarius Præbendam suam in præfati Archiepiscopi Remen. manibus resignasset, ipse de medietate una dictum Cellerarium investivit.)

C A P. XXVI.

De una Præbenda vacante, possunt fieri duæ, si ejus suppetant facultates, alias dividens integrare tenetur.

Idem (*an. eod.*)

Vacante d. quadam Præbenda in Ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu Capituli tui duos Canonicos assumpsisti: quorum altero viam universæ carnis ingresso, Præbendam, quam defunctus habuerat, quidam Clericus, nomine Hippolytus, fuit auctoritate sed. Apost. affectus. Verum cum idem Hippolytus te super integritate præbendæ, per quasdam nostras literas inquireret, & alius idem jus adversus te se habere proponat, quid facere debeas, requisisti. Super quo sic duximus respondendum, quod cum Turonen. statuta concilii sectionem inhiabant Præbendarum, tenentis utriusque de his, quæ vacante f. contigerit, integritate Præbendam, nisi rationabili causa de vacante Præbenda supradicta duæ fuerint constituta, ac tot sint utriusque proventus, quot per utramque sit utriusque provisum in beneficio competenti.

C A P. XXVII.

Si Papa mandata Capitulo, ut aliquem in Canonicum recipiant, & Præbendam (si qua vacat) conferant, si de mandato scientes alii conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus Ecclesiæ loco beneficii providere, donec Præbendam habeant.

Idem Vercellen. Episcopo. (*an. eod.*)

Dilectus g. filius G. Clericus nobis exposuit b. conquirendo, quod cum pro eo ad Novarien. Capitulum

(*α* C. 9. eod. tit. in 3. comp. Hujus decret. decisionem accipere debemus secundum Concil. Trid. Sess. 21. de reformat. c. 2. b. Lasanen. alias Baton. c. vide l. qui omni donatum per Bart. ff. de donat. d. Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. c. resignares. f. beneficium. g. tu quoque.

a. Later. sub Alex. III. c. 8. b. crearetur. c. alias, non intendebat. d. C. 3. eod. tit. in 4. comp. Et de materia, an ex causa rationabili possint fieri duæ, vide Di. hoc tit. c. avaritia. e. assensu. f. contigerit. g. C. 4. de concess. præb. in 4. compil. h. proposuit.

lum mandatum Apostolicum misissemus, ut eum in Canonicum recipere & in fratrem, Præbendam (si qua tunc a vacabat) conferentes eidem : (& i. a) Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi contigerit, quod in Novariensi Ecclesia Præbenda vacaret, tempore quo ejusdem Ecclesiæ Canonici nostras literas receperunt : cum eam alii in elusionem mandati nostri duxerint conferendam, eundem Clericum, si non habeat sufficiens beneficium Ecclesiasticum, in Canonicum recipi facias, & sibi de redditibus Ecclesiæ singulis annis assignari proveniunt, donec ei sit in beneficio Præbendali provifum.

(*Assi non solum mandatum Apostolicum noluerunt adimplere, verum etiam Præbendam vacantem, quam mandavimus illi conferri, alii præsumpserunt assignare. Unde petebat a nobis, ut quod de ipso inceperamus, exequi dignareremur. Magister autem G. S. Novariensis Ecclesiæ procurator præponebat contra, quod cum in illa Ecclesia nulla vacaret Præbenda prædictus Clericus ad Ap. sed. accedens falso in Ecclesia ipsa suggestit vacare Præbendam, & ad suggestionem falsam per surreptionem suam literas impetravit. Unde cum mendax precator carere debeat impetratis, penitus idem procurator ab impetratione ipsius Ecclesiæ postulabat absolvi. Cum igitur coram dil. s. G. S. GG. ad velum auresum D. ac. Card. quem eidem dedimus auditorem, super his diutius litigarent, & idem Card. qua fuerant proposita, coram eo resultit diligenter.)*

C A P. XXVIII.

Habens personatum, vel beneficium curatum, si secundo tale receperit, vacat primum : quod si retinere contendit, etiam secundo privabitur. hoc primo. Et is, ad quem spectat beneficii curati collatio, licite confert statim, cum institutus aliud receperit : & si intra sex menses non confertur, devolvitur ad alium collatio, & aliter ponitur, hoc secundo. Cura sublimibus vero & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium solus Papa dispensat. hoc tertio. Hoc dicit istud cap. utile & famosum.

Idem Innoc. III. in Concilio generali. c.

(an. 1216.)

DE multa & providentia fuit in Lateran. Concilio & prohibitorum, ut nullus diversas dignitates Ecclesiasticas, vel plures Ecclesiæ parochiales recipere contra factorum canonum instituta, alioquin recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter præsumptiones & quorundam cupiditates, nullus hæcenus aut raris de prædicto statuto fructus provenit, nos evidentiis & expressius occurrere cupientes : Præsenti decreto statuimus, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus : & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum : & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios, secundum Lateran. Concilii statutum ejus collatio devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur proveniunt in utilitatem Ecclesiæ, cujus est illud beneficium : assignare, quantum a tempore vacationis ipsius contiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum : adentes ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, eum ratio potulaverit, per sedem Apost. poterit dispensari.

C A P. XXIX.

Concilium provinciale a beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correptionem indignis beneficia conferunt : provides etiam, quis interim beneficia conferat, et illam suspensionem relaxat solus Papa, vel solus Patriarcha.

Idem in eodem. a (an. 1216.)

GRAVE nimis est & absurdum, quod quidam Ecclesiasticæ Præbende, cum possint viros idoneos ad Ecclesiasticæ beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis : unde quanta Ecclesiæ damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo remedi, præcipimus, ut prætermittis indignos assumant, qui Deo & Ecclesiæ velint & valeant gratum impendere famulatum, sique de hoc provinciali concilio diligens inquisitio annuatim : ita, ut qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsam concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona provida & honesta, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerit, observetur. Metropolitanus vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilii nunciandum. Ut autem hæc salubris provisio plenior sequatur effectum, hujusmodi suspensionis sententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ, minime relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur. e

C A P. XXX.

Reitor Ecclesiæ, non obstante consuetudine Episcopi, vel patroni, debet de redditibus Ecclesiæ sufficientem habere portionem h. d. usque ad §. qui vero.

Idem in eod. f (an. 1216.)

EXTIRPANDA & concludendis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet parochialium Ecclesiæ patroni, & aliæ quædam persone proveniunt ipsarum sibi penitus vindicantes, Presbyteris earum servitibus deputatis, relinquunt adeo exiguum portionem, quod ex ea nequeant hæc congrue sustentari : nam (ut pro certo didicimus) in quibusdam regionibus parochiales Presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextadecimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus pene nullus inveniatu Sacrosdoti parochialis, qui ullam vel modicam habeat portiam literarum. Cum igitur os i bovis ligari non debeat triurantis : sed qui altario servit, de altari vivere debeat : statuimus, ut (consuetudine qualibet Episcopi vel patroni, seu cujuslibet alterius non obstante) portio Presbyteris ipsis sufficiens assignetur.

Privatus est parochiali Ecclesiæ Reitor in ea non residents, nisi sit annexa Dignitati vel Præbende : quo casu debet ibi habere perpetuum Vicarium. Et in sine prohibet in fraudem Reitoribus de ipsis proveniunt pensionem in beneficium dari. h. d. Vel sic : Non residents in Ecclesia parochiali, vel non ponens Vicarium, quando est annexa beneficio majori, privatus est ea. h. d.

Qui vero parochialem habet Ecclesiæ, non per Vicarium, sed per seipsum illi deferriat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi forte Dignitati vel Præbendæ paroch-

a Vacaret. b habeat. c Concil. gener. Lat. sub Innocent. III. c. 29. d C. 4. eod. tit. in 4. comp. e Priore isto quod factum est sub Alex. III. c. 13. & cum hoc decreto convenit Concil. Trident. Sess. 7. de reform. c. 2. et 4. et Sess. 24. de rescript. c. 17. f sub Alex. III. c. 8.

a Cap. 30. b C. 5. eod. tit. in 4. comp. Conc. Trid. Sess. 7. de reformat. ca. 3. c In Cod. Barb. huic morbo adhibere medelam. d vid. l. 3. C. de Episc. aud. & l. servos. C. ad leg. Juliam de vi public. e vid. Chass. in Catal. glor. mund. pag. 4. consil. 9. f Cap. 32. g C. 6. eod. tit. in 4. comp. vid. Conc. Trid. Sess. 25. in decr. de reform. c. 9. §. patroni autem beneficiorum. h nequeunt. Deut. 25.

parochialis Ecclesia sit annexa: in quo casu concedimus, ut qui talem habet Præbendam vel Dignitatem, cum oporteat eum in majori Ecclesia deservire, in ipsa parochialis Ecclesiæ idoneum & perpetuum habeat Vicarium canonicè institutum, qui (ut prædictum est) congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ proventibus portionem: alioquin a illa se sciat auctoritate hujus decreti privatum, libere alii conferenda, qui velit & possit, quod dictum est, adimplere. Illud b autem penitus interdiximus, ne quis in fraudem de proventibus Ecclesiæ, quæ curam habere debet proprii Sacerdotis, pensionem alii quasi pro beneficio conferre præsumat.

C A P. XXXI.

Non debent Religiosi Ecclesias vel decimas a Laicis sine Diacesanorum consensu recipere: excommunicatos, vel interdictos ad divina admittente: in Ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno jure pertinent, instituere, vel destituere: sed presentabunt Diacesanis ad eas viros idoneos.

Idem in eodem. c (an. 1216.)

IN Lateranensi Concilio nescitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares Ecclesias seu decimas sine Episcoporum consensu de manu Laici præsumat accipere, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores digna curavimus e animadversione punire, statuentes nihilominus, quatenus in Ecclesiis, quæ ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem Concilii statuta, Episcopis instituendos Presbyteros representent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos vero removere non audeant Episcopis inconsultis.

Sane adjicimus f, ut illos representare procurent, quos vel conversatio notos reddit, vel commendat probabile testimonium Prælatorum.

C A P. XXXII.

Absens in Theologia studio, fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.

Honorius III. Abbati & Priori sanctæ Genesivæ. (an. 1222.)

Licet vobis g direxerimus scripta nostra, ut in magistro N. b Eboracen. Archidiacono in sacra pagina cupienti studere, proventus suos Ecclesiasticos faceretis integre ministrari: Nolumus tamen, ut quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & his, qui intersunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

C A P. XXXIII.

Propter paupertatem Præbendarum Ecclesiæ cathedralis possunt eis annexi capella, reservata ipsarum Presbyteris congrua portione.

Idem Vesprimen. i Episcopo (an. 1222.)

Exposuisti k nobis, quod Ecclesiæ tuæ Canonici, diminuta ipsorum provisione a tempore Concilii generalis, cum eis extunc non fuerint ad eorum sustentationem concessæ capellæ, sicut ante fieri consuevit, de redditibus Præbendarum suarum nequeunt sustentari. (& infra. a) Si evidens necessitas vel utilitas exigat, Præbendas Ecclesiæ tuæ poteritis de capellis in perpetuum an-

a Ipse illa, &c. b vide Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 13. c C. 61. & refertur in cap. 7. eod. tit. in 4. comp. d sub. Alex. III. c. 9. cujus initium, Cum & plantare. e curabimus. f Conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 9. g vid. Conc. Trid. Sess. 5. de reform. cap. 5. in fin. & Hor. Lucium, tract. 98. de priv. schol. privil. h B. Eboricen. i Vesprimen. alias, Vespen. al. Vesprimien. al. Vespamen. al. Vesprimicenf. k vide Concilium Trid. Sess. 21. de reform. ca. 5. & Sess. 24. de reform. ca. 13. & 15. l nequiverint.

nectendis eidem (sicut discretione prævia expedire videbis) augmentare, reservata tamen congrua capellarum Presbyteris portione.

(& Propter quod plures ipsorum eadem Ecclesia relicta in ejus servitio, in Clericatus coguntur opprobrium aliorum se obsequiis mancipare. Unde humiliter supplicasti, ut de capellis eisdem provisionem eorundem ampliare ex nostra tibi permissione liceret. Quia vero per hoc status ejusdem Concilii derogaretur, quæ servare volumus inconcussa, te in hac parte nequimus exaudire. Verum illorum paupertati pæserno compatiens affectu, & sibi prout exposuisti tua devotionis meritum, gratiam facere cupientes, si. s. de qua plenam fiduciam obtinemus, p. auc. m. q.)

C A P. XXXIV.

Licet Ecclesia ex donatione Laici beneficium conferat, teneat illius beneficii imperatiam, de hoc mentione non habita.

Idem Episcopo, & Priori, & Archidiacono Herforden. a (an. 1222.)

Illeetus filius G. Clericus nobis proposuit b, quod cum Decano & Capitulo Andegaven. preces direxerimus & præcepta, ut ipsum quam cito facultas se offerret, in Canonicum reciperent & in fratrem, vobis super hoc executoribus sibi datis: quia Decani & Capituli procurator excipiendo proposuit literas non valere, pro eo quod in eis mentio non fiebat, quod præfatus Decanus ex donatione Regis Præbendarum ejusdem Ecclesiæ collationem haberet: vos mandati nostri executor non esse, interloquendo dixisti: & sic duæ Præbendæ, quæ medio tempore vacaverunt, alii collatæ (& infra. a) Mandamus, quatenus occasione hujusmodi (quam reputamus frivolum) non obstante, mandatum nostrum exequi procuretis.

(& Et dictus Clericus occasione hujusmodi, quam vos malitiose recepisse videmini, remansit hactenus sua provisione frustratus, propter quod idem nostram audientiam appellavit, appellacionis cuius dicimini derulisse. Nolentes igitur, ut sape dictus Clericus sit frustratus a nobis, literarum nostrarum commodo ulterius suspendatur, vobis firmiter.)

C A P. XXXV.

Pueri & alias beneficiati non sunt idonei ad beneficia conquirenda. h. d. inhærendo verbis literæ.

Gregorius IX. Argentinens. Episc. (an. 1232.)

Super inordinata e ordinatione: (& infra.) Cum autem illi sint in Ecclesiis idonei reputandi, qui servire possunt & volunt in ipsis: Consul. t. t. respond. quod pueri & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deservire, in ea non debent idonei reputari.

C A P. XXXVI.

Pro unius Præbenda integratione, alia dividi non debet. Idem Archiepisc. & magistro R. Turonen.

Cum causam quæ inter Aurelianens. Episcopum, & I. de Blesis Canonicum sanctæ Crucis super integratione Præbendæ ipsius Canonici vertebatur, vobis integritate committendam: (& infra.) Consultationi tuæ respond. quod nostræ intentionis non extitit, ut pro integratione Præbendæ prædicti Canonici, Præbenda de novo aliqua scinderetur.

C A P. XXXVII.

Clerici ignobiles & non eminentis scientia, propter hoc non debent a Præbendis repellere, etiam in Ecclesia, quæ tales admittere non consuevit.

Idem. (an. eod.)

Venerabilis frater noster Portuen. Episcopus supplicavit d, ut cum quadam Præbendam, quæ in Argentinens. Ecclesia tandiu vacaverat, quod donatio ejus erat ad

a De Ber. al. Bech. In uno vet. Cod. Episcopo Pistoriensi & Priori. b exposuit. c De atate requisita vide Lupum alleg. 36. de Geminian. in c. indemnificibus de elect. in 6. d supplicavit nobis.

ad sedem Apostolicam devoluta, I. Clerico contulerit, dum a in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu. Verum procurator Argentini Capituli proposuit ex adverso, quod idem Capitalum, hoc audito, consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, juxta quam nullum, nisi Nobilem & liberum, & ab utroque parente illustrem, honestæ conversationis ac eminentis scientiæ, in suum consortium hætenus admiserant: ne contra hoc fieret (maxime cum nulla tunc Præbenda vacaret, antequam monitorias vel executorias literas recepisset) ad sedem Apost. appellavit: (et infra.) Nos hinc attendentes, quod non generis b, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas, gratum Deo faciunt & idoneum servitorem, ad cujus regimen non multos secundum cænam nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eo quod non est personarum acceptio apud ipsum c, & vix ad culmina dignitatum (necum ad Præbendas) viri eminentis scientiæ valeant reperiri, exceptiones hujusmodi non duximus admittendas: (et infra.) Discretionis vestræ mandamus, quatenus si vobis confiterit prædictam Præbendam vacasse, quando ipsam dicto I. Episcopus contulit memoratus, ipsum ad eam recipi faciatis.

C A P. XXXVIII.

Si mandatur provideri in Ecclesia, non potest de Ecclesia provideri.

Idem (an. 1232. Roma in Hispaniam.)

Cum d olim Priori sanctæ M. dederimus e in mandatis, ut G. f Diacono in aliqua Ecclesia civitatis vel diocesis Luc. auctoritate Apostolica provideret: idem præfatum Gu. g Ecclesiæ sancti Pe. de Vico Rectorem auctoritate hujusmodi nifus h est designare: in qua Rector ab eisdem Ecclesiæ Clericis eligi consuevit, excommunicationis sententiam nihilominus profertens in rebelles. Cum igitur mandatum hujusmodi se ad talia non extendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur i intentio, cum pro simplici beneficio iustio nostra manat k: mandamus, quatenus tam institutionem hujusmodi, quam excommunicationis sententiam propter hoc latam denuncies non tenere.

TITULUS VI.
DE CLERICO AGROTANTE VEL
DEBILITATO.

C A P. I.

Clericus infirmus integre percipit fructus beneficii sui. Gregorius Candido Episcopo Urbevetan.

(an. 602. Roma in Tusciam.)

Cum percussio corporalis: (et infra.) F. tuam hortamur, quatenus latorem presentium ad percipiendam quæ consueta sunt ab Ecclesia tua, ægritudo sua non debeat impedire: Quia si alii ejus essent exemplo deterriti, forte non posset, qui militaret Ecclesiæ, inventi: sed secundum ejus ordinem quæcumque ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiuitate, quæ Ecclesiæ potest accedere, fraternitas tua præbeat agrotanti.

C A P. II.

Presbyter, cui medietas palma cum duobus digitis est abscissa, Missam non celebrat, sed cæteris sacerdotibus fungi potest.

Eugenius I. Papa. (an. 655.)

Presbyterum m, cujus duos digitos cum medietate palmarum a prædione abscissos significasti, Missam non

a Cum. b Rom. 12. Galat. 2. Eph. 6. Coloss. 3. e Deum. d Vide Oldrad. conf. 306. e dedimus, in antig. f V. g V. h visus. i perferatur. k maneat. l Greg. sed in omnib. manuscr. ut est impressum. m Post Conc. Las. sub Alex. III. p. 26. c. 15. et c. 2. cod. tit. in 1. comp.

Jur. Canon. Tom. II.

permittimus celebrare: quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem a membri hoc fieri posse confidimus.

Ipsam autem cæteris officiis sacerdotalibus fungi minime prohibemus.

C A P. III.

Si Rector Ecclesiæ sit leprosus, dandus est ei coadjutor.

Lucius III. (an. 1181.)

De b Rectoribus Ecclesiarum lepræ macula usque adeo infectis, quod altari servire non possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, Ecclesias ingredi: Hoc volumus te tenere, quod eis dandus est coadjutor, qui curam habeat animarum: & de facultatibus Ecclesiæ ad sustentationem suam, congruam recipiat portionem.

C A P. IV.

Si rector Ecclesiæ sit leprosus, ab administrationis officio removetur, sed de bonis Ecclesiæ sustentatur.

Clemens III. c. (an. 1190.)

Tua d nos duxit Fr. consulendos: (et infra.) De Sacerdote, qui divino judicio lepræ morbo repercussus e, in parochiali Ecclesiæ prælationis officio fungitur: Dicimus, quod pro scandalo & abominatione populi, ab administrationis debet officio removeri, ita quod juxta facultates Ecclesiæ sibi necessaria, quamdiu vixerit, ministrentur.

C A P. V.

Episcopo, qui propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non potest, dandus est coadjutor.

Innocentius III. Arelaten. Archiepiscopo. (an. 1210.)

Ex f parte tua fuit propositum, quod cum Aurasiensis g Episcopus gravi morbo & incurabili fere per quadriennium laboravit, ita quod pastorale officium non potest ullatenus exercere, Princeps terræ illius, ac civis civitatis ejusdem, a te postulant incessanter, ut ipsis (cum sis Metropolitanus eorum) studeas providere. Verum cum ipsum ad cessionem compellere non possis, nec debeas ullo modo, nec assiduo sit addenda, imo potius ipsius miseriæ miserendum h, eo quod i idem vir bonus exiterit, & Ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit: nos volentes tam Episcopo, quam Ecclesiæ providere, mandamus, quatenus illi coadjutorem associates virum providum & honestum, per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur.

C A P. VI.

Breve est, et non summatur.

Honorius III. Episcopo Aversano. (an. 1222.)

Consultationibus: (et infra.) Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguæ, asseris amisisse, Coadjutor est merito adhibendus.

TITULUS VII.
DE INSTITUTIONIBUS.

C A P. I.

Numerus Clericorum debet institui in Ecclesiis collegiatis secundum facultatem ipsorum.

Ex Concilio Arelaten. k (an. 811. in Gallia.)

Non amplius suscipiantur in monasterio Monachorum, aut Clericorum, seu etiam puellarum, quam quot se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint.

CAP.

a deformationem. b Post. Conc. Later. sub Alexand. III. p. 37. c. 4. et c. 3. cod. tit. in 3. compil. c In uno ita: Clemens III. Pisan. Episc. d cap. 3. cod. tit. in 2. compil. e alpercussum. al. respersus. f cap. unico. cod. tit. in 3. compil. g Aren. al. Aurasiens. al. Auraciens. h miserandum. i al. ita, eo quod ipse. k Hac est Synodus Arel. q. sub Carolo Magno. Imp. et habetur hoc ibi c. 8. et cap. 1. cod. tit. in 2. compili.

N

C A P. II.

Laici in Canonicos non possunt institui.

Eugenius a (an. 655. Roma.)

IN Ecclesia b vestra certum numerum Canonico-
rum c sicut nobis innotuit) communiter instituire cura-
vitis: (& infra. a) Cum Laici non debeant in Cano-
nicorum numero computari, nec vos debeatis differre,
quo minus statutum numerum de aliis Clericorum per-
sonis idoneis suppleatis: tales ad suppleendum numerum
invenire curetis, per quos Deo in Divinis officiis per Ec-
clesiasticos ordines congrue serventur.

(a Et institutionem vestram religione firmare iuramen-
ti. Unde quia illo numero successu temporis diminuto, in
dubitationem deducitis, utrum ipsum de institutione Can-
onicorum supplere possitis, cum Laici computatis, qui
in Ecclesia vestra Canonico- rum titulo numerantur, statu-
tus numerus sit impletus, ut hoc ambiguitas a vestris
cordibus auferatur, nobis videtur, quod)

C A P. III.

*Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum
Officiales.*

Alexander III. Cantuariens. Archiepiscopo, & ejus
Suffraganeis. (an. 1180.)

EX frequentibus querelis didicimus, in partibus ve-
stris consuetudinem pravam a multis retro tempori-
bus invaluisse, quod Clerici Ecclesiastica beneficia sine
consensu d Episcopi diocesis, vel Officialium suorum e
(qui hoc de jure possunt) recipiunt, minus quam de-
beat cogitantes, quomodo id a Patrum sanctorum est in-
stitutionibus alienum, & Ecclesiastica contrarium hone-
stati. Unde cum tu, Frater Archiepiscopo, ex officio
tibi commissio, tam iniquam consuetudinem de provincia
tua velis (sicut debes) radicibus extirpare f, tam in
illos, qui Ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter
detinent, quam in eos, qui de cetero occupate presump-
serint, excommunicationis sententiam protulisti. Nos
itaque eandem sententiam ratam habentes, & eam aucto-
ritate Apostolica confirmantes, mandamus, quatenus Cler-
icos ipsos, qui ipsam sententiam incurserint g, nisi con-
grue satisfecerint, absolvere minime presumatis.

C A P. IV.

*Ultra facultates non debet quis institui invititis Cleri-
cis Ecclesie.*

Clemens III. Clero Constantinopolitano. (an. 1190.)

Auctoritate h Apost. sedis: (& infra. b) Statuimus
insuper, ut nullus in Ecclesiis vestris, ultra quam
facultates earum suslineant i, vobis instituantur invititis.)

C A P. V.

*Cum in Ecclesiis oportet extraneos institui, non debeant
institui Clerici certa originis tantum, sed undecunque
sint, dum tamen sint idonei.*

Innocentius III. k S. Marcelli, & S. Susanna

Cardin. Apost. sedis Legat. (an. 1212.

Roma in Thraciam.)

AD l decorem: (& infra. a) Sicut nostris m au-
ribus est suggestum, Constantinopolitanus Patriar-
cha aliarum nationum Clericos spernens, Venetos tantum
in Constantinopolitanis Ecclesiis fatagit collocare, non
attendens, quod in omni n gente qui facit iustitiam,
acceptus est Deo, nec sanctorum Dei convenit iure he-
reditario possideri. Quocirca mandamus, quatenus monea-

tis eundem, ut viros literatos n, & alias b idoneos,
undecunque originem duxerint, in predictis Ecclesiis,
& maxime in majori, instituire non postponat, alioquin
id ignom se reddet, ut vos aliarum Clericos nationum
ad ejus obedientiam compellatis. Nec c dissimulare pos-
setis, quin hoc nostris auribus intimetis, ut ex hoc
ipso, an verum sit, quod super hoc Venetis dicitur pro-
misisse, conjicere valeamus.

(a Et commodum tam Ecclesia S. Sophia, quam alia-
rum Ecclesiarum, qua sunt in urbe Constantinopolitana
construata, noscitur pertinere, ut literati viri, & hone-
state morum perspiui, de quibuslibet mundi partibus ve-
nientes, institui debeant in eisdem. Verum)

C A P. VI.

*Institutiones & custodia possunt de jure speciali ad non
Episcopum pertinere, & pendente lite cum diaecesano de-
fenditur in possessione. h. d. Vel sic: Si possides jus insti-
tuendi is, ad quem de jure communi non spectat, penden-
te iudicio proprietatis in possessione defenditur.*

Idem Helien. Episcopo, & Archidiacon. Norwicen.

(an. 1212. in Anglia.)

Cum venissent d ad Apost. sed Archidiaconus Richi-
mundia, & procurator res Eboracen. Archiepiscopi,
ex parte Archiepiscopi fuit propositum, quod institutio
personarum, & custodia Ecclesiarum vacantium, ad eum
in diaecesi sua spectat, tam de iurisdictione c communi,
quam de consuetudine generali. Verum quidam præde-
cessores ipsius quibusdam Archidiacon. Richimundia tam
institutionem, quam custodiam personaliter commiserunt:
(& j. a) Inter alia vero Archidiaconus ipse f respondit
g, quod Archiepiscopus tam institutiones, quam custo-
dias, non personaliter Archidiacono, qui tunc erat, sed
perpetuo de consensu Capituli Archidiaconatus reali
concessione donavit. Cum autem Archidiaconatus ipse in
continua possessione tam istarum quam aliarum libera-
tarum, multorum Archiepiscoporum & Archidiaconorum
temporibus extitisset, & Archiepiscopus sine conditione h
qualibet concessisset ipsum eidem, post concessionem ab-
feruit, quod ipsum concesserit institutionibus & custo-
diis vacantium Ecclesiarum exceptis. Ipse i vero timens,
ne si negare expresse, cum nondum esset Archidiaconus
k possessionem adeptus, vel impediretur l penitus factum
ejus, vel diutius differretur, respondit, quod non
solum de illo, sed de omnibus redditibus suis faceret,
quod sibi placeret: (& infra. b) Nos igitur interlocuti
fuimus, Archidiaconum esse in plena libertate ejusdem
Archidiaconatus possessione tuendum, donec probatum
legitime fuerit ex adverso, libertates m ipsas Archidia-
conis ab Archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cum
in hoc casu tam ante, quam post, & in ipsa etiam
concessione Archiepiscopus eas n retinere poterit licite
tanquam suas, vel donec legitime probatum fuerit, eas-
dem libertates Archidiaconum abjurasse. Sed in hoc ca-
su, si concessio illa fuerit realis, Archiepiscopo nihil ju-
ris vel utilitatis accederet, quia nos vel ad petitionem
Eboracen. Ecclesie, vel per nos ipsos super hoc Archi-
diaconatus consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fu-
erit legitime approbatum, Archidiacono super libertatibus
ipsis: si neutrum, Archiepiscopo silentium imponatur.

(a Eas sibi aliorum tempore resinentes, & libere, sicut
spectabat ad eos, usentes eisdem. Itaque Archiepiscopus,
qui Ebor. Ecclesia modo præest, VV. de Chivilli quondam
Archid. Richem. illas ad preces incluta recordat. R. Re-
gis Anglorum de gratia speciali concessit, & eo in Episco-
pum

a In aliquot manuscr. ita: Eugenius Papa. b c. 3. eod.
tit. in 2. comp. Rele autem Concilio addit hic omnia a Ray-
mundo ex antiq. comp. c Post Concil. Lat. p. 28. c. 11. & c.
1. eod. tit. in 1. comp. d assensu, in antiq. c ipsorum. f Vid.
l. omnes. C. de dec. lib. 10. g incurserunt. h cap. 1. tit. de
jud. in 2. comp. i sufficienter. k D. sancti Marcelli, & B. san-
ctæ, & c. l. c. 1. eod. tit. in 3. comp. m al. ita, sicut nostris
est auribus intimatum. n Act. 10.

a Literati ita debent recipi in Canonicos sicut nobiles: ut
nos. in l. societatem in gloss. ff. pro soc. b & alios. c al. ita,
nec vos. d c. 3. eod. tit. in 3. comp. e In omnib. antiq.
tam de jure f illo. g al. ita respondit, dicens. h contra-
dictionem. i Idem vero. k Archidiaconus. l impedires. m
eandem libertatem. n ipsas.

quam post electo sibi retinuit tanquam suas. Ad hoc autem Archid. Richem. respondit, quod cum in clypea recordationis primus H. Rex Anglia apud Carleolum sedem Episcopalem vellet de novo creari, quia ex hoc Archid. Richem. ladebatur; Rex ipse a bon. mem. T. Archiepiscopo Eboracen. humiliter postulavit, ut in recompensationem cuiusdam partis, qua subtraheretur Archidiaconatus memorato, ei prædictas concederet dignitates. Archiepiscopus autem annuit dignitates precibus postulantis.

¶ Super hoc autem pars replicavit adversa, quod si renunciatum vel abjuratio Archidiaconi non noceret, per hoc tamen esset Archidiacono repetendi facultas adempta: sed Archidiaconus libertates illas se non repetere dicebat, cum eis libere, sicut prius, quando iter arripuit veniendi ad sedem Apostol. useretur, & earum possessione gauderet. Sed & contra hoc iterum replicabatur, quod idem Archidiaconus in quadam Ecclesia sui Archidiaconatus non per Archiepiscopum institui postulasset, sed talis institutio pertinebat ad ipsum, etsi ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet: ad quod Archiepiscopus ipse respondit, quod Archiepiscopum non institui, sed confirmari potius postularavit, licet quod seipsum institueret, incongruum videtur.

C A P. VII.

Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum institueri non potest.

Idem Episcopo Treacen. & Archidiacono Parisiensi.

(An. 1212.)

CUM a ad nostram, (& infra.) Illud autem nolumus visignorare, quod postquam M. fuit Abbas effectus b, custodiam de jure non potuit obtinere: quia cum ratione Abbatie ad ipsum pertineat donatio tam custodia, quam aliarum dignitatum, ac etiam Præbendarum in Ecclesia Patren. custodiam ipsam recipere non potuit a seipso: cum inter tantem & accipientem debeat esse distinctio personalis: sed nec ab alio, cum jus conterendi alius non haberet.

TITULUS VIII.
DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET
ECCLESIAE NON VACANTIS.

C A P. I.

Institutus scienter in beneficium vivens, deponendus est. Gelasius c. Papa ad Rom. (An. 495.)

QUI d in vivorum Sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab Ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis Sacerdotibus adhiberi.

C A P. II.

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent; & cum vacaverint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, & e contra, demum ad proximum superiorem devolvitur collatio.

Ex Concilio Lateranen. c. (An. 1179.)

NULLA f Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel Ecclesie tribuantur alicui, seu promittantur, antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur; in cuius locum & beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium inveniantur inhibita, turpe est, & divini plenum animadversione iudicii, si locum in Ecclesia Dei futurae successione expectatio habeat, quod ipsi etiam gentiles condemnare curarunt. Cum vero Præbendas Ecclesiasticas, seu quolibet officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, non diu maneat in suspenso, sed intra sex menses per-

sonis, quæ digne administrare valeant: conferantur. Si autem Episcopus ubi ad eum spectat a, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur b. Quod si ad Capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum religioso virorum consilio exequatur. Vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.

C A P. III.

Beneficia vacantia conferuntur, non obstantes appellatione illorum, quibus promissa fuerant, antequam vacarent, Alexander III. Eboracen. Archiepisc.

(An. 1180.)

RELATUM e est auribus nostris: (& infra.) Consultationi tuæ taliter respond. quod cum Lateranensi Concilio promissiones factæ de Ecclesiis non vacantibus. sint casatæ: prætextu appellationis eorum, quidicis promissionibus innituntur, omitti non debet, quibus Ecclesie, cum vacaverint, de personis idoneis ordinentur.

C A P. IV.

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio: dato execute ad providendum, per presentationem literarum collatori factam, afficitur Præbenda: ita quod collatio alteri facta tenet. h. d. secundum verum intellectum vide cap. li. capitulo. eod. tit. in 6.

Innocentius III. Præposito & Capitulo Cameracen. (An. 1210.)

PROPOSUIT d nobis T. Presbyter, quod cum C. Papa Præd. noster, pro receptione ipsius in fratrem, & assignatione Præbendæ ad donationem vestram spectantis in Ecclesia vestra proximo vacatura mandatum Apostolicum vobis destinasset, Decano Remensi execute concessio, Decanus ipse vos contumaces inveniens, ipsum de Præbenda primo vacatura in Ecclesia vestra, quæ ad donationem Capituli pertinet, auctoritate Apostolica investivit: (& infra. a) Sed cum Præbenda, quæ ad donationem vestram spectabat, in Ecclesia Cameracen. vacasset, eam alius assignatis: (& infra. b) Idem autem prædecess. nost. quod ab eodem Decano factum fuerat, ratum volens haberi, collationem Præbendæ factam a vobis penitus irritavit, & eum de ipsa per annullum investivit. Licet autem intentionis nostræ non sit, investituras de vacaturis factas contra canonum instituta ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare e: attendentes tamen, quod idem Presbyter non de vacatura, sed de vacante per præd. nost. fuit investitus, utpote quæ post cessationem concessionis a vobis factæ intelligitur vacare: mandamus, quatenus amoto ab ea Præbenda quolibet derentore, eam ipsi cum plenitudine honoris canonici assignetis.

(a Sed cum ipse Decanus morte præventus in negotio ipso ulterius non potuisset procedere.)

(b Cum autem propter hoc idem Presbyter ad ejusdem prædecess. nostri præsentiam accessisset, sicut ex literis eius nobis innosuit.)

C A P. V.

Semestre ad eligendum seu conferendum a jure præfixum non curris legitime impedito, nec incipit currere, nisi a die notitia vacationis. h. d. Et est textus multum allegabilis & quotidianus.

Idem P. sancta M. in via lata Diac. Card. Apost. sed. Legato. (An. 1210. Roma.)

Quia

a Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. b institutus. c in uno vetusto nulla est inscriptio. d cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & c. 2. de arate & qual. in 1. comp. e sub Alexand. III. c. 8. f cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & concord. Conc. Trid. sess. 35. de reform. c. 19. ubi hoc decretum roboratur, & c. de scand. eod. tit. l. 6.

a In Cod. Barb. ita: ubi ad eum spectat collatio. b ordinatur. c cap. 39. eod. tit. de appell. in 1. comp. & post Concil. Lateran. p. 47. c. 7. d cap. 1. eod. tit. in 3. compil. & vid. Fridericum consil. 299. e De hoc articulo vid. Felinum in c. postulasti. infra. De rescript. vers. quatuor casus. Adde notas hujus loci, quibus declaratur glossa in verbo, dispensare.

Quia a diversitate corporum, diversitas saepe sequitur animorum: (& infra. a) Conquerebatur inter cetera Eboracen. Archiepiscopus, quod cum ad eum in Ecclesia Eboracen. & aliis suis Ecclesiis collatio pertineat Præbendam, tempore suspensionis ipsius, & postmodum etiam quidam præter ejus auctoritatem se intruserunt in ipsas: (& infra. a) Mandamus, quatenus eos, qui Præbendas vel Dignitates Ecclesie Eboracen. vel aliarum ad donationem ejus spectantes, præter auctoritatem acceperunt ipsius, ad eas resignandas monitione præmissa per excommunicationis sententiam, & subtractionem aliorum beneficiorum, non obstanti confirmatione a sede Apost. obtenta sub forma communi, qua confirmant beneficia, & Præbendas, sicut iuste & pacifice possidentur, appell. rem. compellas: Nisi forte aliqui ea vel speciali mandato Apost. sed. vel auctoritate Lateranen. Concilii ab Eboracen. Capitulo sint adepti: Sic tamen, ut tempus suspensionis in sex mensibus nullatenus computetur: cum illa Lateranen. Concilii constitutio contra negligentem tantum faceret promulgata: & d. tunc si voluerit, non tamen valuerit Archiepiscopus ipse in conferendis Præbendis uti propria potestate: a qua etiam fuerit e sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa Præbendarum erat donatio devoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius, Præbendarum donatio pertinebat, qui præter ejus desideria & negligentiam poterat Præbendas donare g. Tempus etiam, quo ad Apost. sed. Accessit, & apud illum permanit, vel recessit ab illa, intra sex menses nullatenus computetur. Semestre autem tempus non a tempore vacationis Præbendarum, sed notitia ipsius potius volumus computari.

(*α* Ne plenitudo Ecclesiastica jurisdictionis in plures dispensata videretur, sed in uno potius collata vigeret, Apost. sed. Dominus in B. Petro universarum Ecclesiarum & custodiarum Christi fidelium magisterium consulit & primatum: quæ retenta sibi plenitudine potestatis ad implendum laudabilis officium pastorale, quod in omnibus iam constituit eam debitricem, multos in partem sollicitudinis evocavit, sicut suam dispensans onus & honorem in alios: ut nihil sui juris subtraheret, nec jurisdictionem suam in aliquo minoraret. Cum autem ex suscepto auctoritatis officio iam singulis, quam singulorum mater iusta presentibus, iustitiam nec posse nec debeat denegare, cum iustitia & iudicium sit preparatio sedis ejus: nos qui ad ejus regimen sumus, licet immeriti vel insufficientes assumpti, fratribus & Coepiscopis nostris ad nos clamantibus non possumus in iustitia non adesse, aut quod iuste postulaverint non audire: ne si forte circa exhibendum eis iustitiam fuerimus inventi remissi: isti quoque negligentem inveniantur in reddendis vicibus subditorum, & commissam nostræ sollicitudinis partem minus laudabiliter exequantur, si forte, quod absit, nos viderint vel declinare a jure, vel non audire iustitiam postulantes. Hac autem ratione diligenter induci, venientem ad Apost. sed. ven. f. n. Eboracen. Archiepiscopum benigne recepimus & multiplices curavimus ejus querelas audire.)

(*β* Et in hoc & in aliis juri ejus non modicum derogaverunt, quidam etiam in quasdam Abbatis diac. Eboracen. post interpositam ad nos appellationem irrepserant, qui ab eo nec confirmationis munus, nec benedictionis gratiam postulaverunt. Volentes igitur eidem Archiepiscopo per tuam sollicitudinis industriam provideri, dis. p. per Apost. sed. de frat. nost. conf.)

C A P. VI.

Non valens litera ad beneficium impetrata, qua de alterius colorata facti possessione non facit mentionem. hoc dicit, secundum verum & communem intellectum. Et

a C. 2. eod. tit. in 3. comp. hinc dicitur, qui dicatur intrusus: de quo vide Calderinum conf. 7. tit. de verb. sign. c. receperit. d. Codex Barbaria ita, & tunc si voluit, non tamen valuit, & c. e. fuit. f. ipsius. g. vid. l. pupillas. ff. de privill. cred. & l. gravi. ff. de his, qui net. infam.

est textus multum allegabilis, & habet materiam quotidianam. Et fuit decisio multum subtilis.

Idem Basiliensi a Episc. & Abbati S. Mariae
(an. 1216. Roma in Rauricam.)

Cum h. nostris fuerit olim auribus intimatum, quod Præpositura Ecclesie Lausanen. tempore tanto vacasset, ut secundum statuta Lateran. Concil. ad nos esset ejusdem donatio devoluta: Episcopo & Canonicis Lausanen. mandavimus, ut Præposituram ipsam Thesaurario Lausanen. conferrent, quibusdam super hoc executoribus deputatis: (& i.) Verum præfati Episcopus & Canonici litens receptis Præposituram prædictam non vacare dixerunt, quia licet ille, qui Præpositus fuerat, in Episcopum fuisset assumptus, ad ipsam tamen præposituram post consecrationem suam denuo fuerat ab ipsis Canonicis electus, & eam sicut antea possidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium esse juri, ipsam Præposituram de jure vacantem auct. Apost. præfato Thesaurario assignarunt: (& infra. α) Auditor igitur super hoc datus a nobis de mandato nostro decrevit, ut quod a memoratis executoribus factum fuerat obtentu literarum nostrarum, eo quod per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerat impetrata, cum Præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti, quam juris, haberetur irritum & inane. Nos vero sententiam ejusdem ratam habentes, mandamus, quatenus nisi prædictus Episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indigentia sed. Apost. speciali, vel ex alia iusta causa & necessaria sibi post consecrationem suam Præpositura concessa fuerit memorata, ipsum ad resignationem ipsius (si sponte noluerit) compellatis. Deinde Lausan. Capitulum ad conferendam eam Thesaurario su prædicto diligentem inducere procuratis.

(*α* In cuius presentia, cum prædicta & alia fuissent per nuncium Subdiaconi nostri relata, nuncius partis adversæ proposuit, quod postquam dominus suus Sedun. Episcopus, qui Præpositus fuerat Lausanen. fuit in Episcopum consecratus, Lausan. Capitulum ei Præposituram illam iterum concessit habendam, in hoc utilitatem Ecclesie suæ, necnon & antiquam consuetudinem attendentes. Episcopus Lausanen. videns eum plurimum utilem & necessariam Ecclesie suæ, quod a Canonicis suis factam fuerat super hoc approbavit: cui tanquam Præposito a Canonicis etiam Thesaurario est honor impensus. Memoratus vero Thesaurarius postmodum ad Ecclesiam Rom. accedens, & suppressim omnia, quæ tam fuerant ab Episcopo, quam a Canonicis acta, nobis Præposituram illam vacare suggestit, quare super assignanda Præpositura sibi literas impetravit a nobis, quas nullis ex causis proponebat esse per veri suppressionem & falsi suggestionem obtentas: nuncius pro parte d. sui Sedanen. utilitatem, necessitatem, consuetudinem allegans, quæ Thesaurarius suppresserat. Contra vera partis adversæ nuncius proponebat, & rationibus multis Præposituram illam vacare monstrabat, & vacantem Thesaurario Lausan. auct. superioris, ad quem fuerat secundum statuta Concil. Lateran. donatio devoluta, concessam: ratione insuper multiplici monstrare conabatur, quod dictus Sedun. Episcopus ad Præposituram Lausan. aqua fuerat ad regimen Episcopatus assumptus post consecrationem suam minime eligi potuisset, cum super hoc ei sacrorum canonum instituta repugnent. Dicebat etiam Præposituram illam alia ratione vacare, eo quod illi, quorum erat donatio, eam assumpto in Episcopum concedere præsumserunt, cum secundum statuta Concilii prædicti, qui receperit, debeat, quod contra sacros canones accepit, amitteret: & qui dedit, largiendi potestate privari. Oñendebat etiam multis assertionibus, quod pro ipso Sedun. Episcopo utilitas consuetudo & necessitas, quas nuncius in causa sua subsidium allegabat, minime faciebant: cum hæc potius mendicata suffragia, quam sua causa vera subsidia videantur. unde

a al. ita: Basili. Episc. ab. ita: Basilien. & Belicen. Episc. & Abb. & c. b. C. q. eod. tit. in 4. comp.

unde nuncius ejus petebat, ut quod a supradictis Judicibus factum fuerat obtentu litterarum nostrarum nostrarum dignaretur auct. Apost. confirmare, & ab ipsa Præpositura d. Sedunen. Episcopum amoveret.)

C A P. VII.

Ubi constat beneficium collatum per habentem potestatem, per exceptionem abjuracionis & renunciacionis, non debet possessio resardari.

Idem Archid. a Richemundia. (an. 1210.)

Post electionem & confirmationem Episcopi Elien. vacante Archidiaconatu Richemundia, quem tenuerat Eboracen. Archiepiscopus eum tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracen. Capitulo in mandatis, ut te in Archidiaconum recipere procuraret: cujus noluerunt mandato parere: quia prædecessor nost. inter alia, quæ Decano & Capitulo Eboracen. suo privilegio noscitur indulgisse, ordinationem Canonicorum seu personarum liberam esse decrevit, ut videlicet idonea & honesta persona, cui Archiepiscopus vacantem in Ecclesia Eboracen. Præbendam vel Dignitatem duxerit conferendam, secundum antiquam ipsius Ecclesie consuetudinem, præsentaretur Decano & Capitulo supradictis: (et infra.) Si quis d. contra consuetudinem hujusmodi in Ecclesia ipsa esset per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro Canonico haberetur. Quod si Archiepiscopus intra terminum Lateranen. & Concil. secundum formam præscriptam personæ idoneæ non conferret, liceret Decano & Capitulo auctor. Apostol. juxta ejusdem Concilii statuta conferre. Cum igitur in literis Archiepiscopi directis Capitulo, de Decano mentio nullatenus haberetur per cujus manum debebas in Capitulo investiri, ejus mandato extitit contradictum: (et infra.) Ipsius igitur institutione propter præmissas rationes a Capitulo reprobata, ipsi intelligentes Archidiaconatus donationem ad eos, tam auctor. Lateranen. Concilii, quam indulti sibi privilegii devolutam, R. de sancto Cadmundo illum unanimiter contulerunt, inventientes eundem de ipso, & solenniter installantes. Processu vero temporis præfatus Archiepiscopus post resignationem & abjuracionem a te factam, & receptam ab ipso, eidem R. Archidiaconatum contulit antedictum qui Archidiaconatum ipsum, tam ratione primæ, quam secundæ concessionis sibi assignatum, per sedem Apostolicam petiit confirmari: (et infra.) Quoniam constitit nobis Archidiaconatum prædictum tibi per Eboracen. Archiepiscopum primitus fuisse concessum, & quod institutione facta per ipsum, secundum juris ordinem minime reprobata, Archidiaconatus non vacans non potuit nec debuit in alium rite transferri: memorato R. qui contra justitiam regulam in Archidiaconatum alterius provehi se consentit, super eo diximus silentium imponendum, sententialiter decernentes, ut institutio facta per Archiepiscopum de te sortiantur effectum. Exinde si tu super renunciacione, vel abjuracione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui velit & valeat, adversus te quicquam duxerit proponendum, ordine poterit judicario experiri.

Ca. Ad objectiones ex ordine taliter respondebas, quod licet Decani mentio in literis Archiepiscopi directis Capitulo expresse facta non esset, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebas. Adjectisti præterea, quod si etiam ea fecisset, per adversarium tamen tuum sibi objici non poterat cum effectu, cui potius quod super ipso Archidiaconatu esset silentium imponendum, & approbata institutione tua sibi restituitur facienda, ex confessione partis adversæ, judicio facta & sæpius repetita ostendere nitentibus: ipse namque R. interrogatus in jure ex quo tempore Archidiaconatus Richemundia sibi per Capitulum fuerit assignatus, respondit, quod circa Festum Ascensionis proximum triennium compleretur. Cum igitur ex data litterarum nostrarum constaret, Archiepiscopum apud sed. Apostol. constitutum, & in eis per nos anti-

quam jus fuerit declaratum, ut tempus quo ad Apostolicam sedem accessit, apud illam permansit, vel recessit ab ipsa, non esset infra tempus sex mensium computandum: liquido constare dicebat, tempus illud Archiepiscopo minime concurrisset, sed si etiam quadriennium effluxisset, sicut etiam prioris responsi. Sed ponitens ultimo proposuit pars adversa, quod ex parte sua de jure fieri dicebatur, cum etiam tunc arripuisset iter ad sed. Apostol. veniendi, licet illud non fuerit constitutus profectus impedimentis multiplicibus resardatus, interpretatio responsi nostri ad tempus etiam hujus pertinebat cui postea præscriptio nocere non poterat in exilio constituto.)

C A P. VIII.

Recepto in Canonico, tenetur Capitulum providere, quamvis facultas se obtulerit.

Idem C. Canonico Tridentino. a C. an. 1210.

Cum super b. questione Triden. c. Præbendæ: (et infra.) Cum autem constet te in Canonico Triden. d. Ecclesie fuisse receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateranen. & Concil. pars adversa proponat, quia tamen probatum non extitit, nec ipsi Canonici videbantur tibi hoc opponere posse de jure, qui se fatentur te contra statuta præfati Concilii recepisse: Sententialiter decernimus, ut tibi, quam cito se facultas obtulerit, præbendæ beneficium in Triden. f. Ecclesia conferatur: cum ex quo receptus es in Canonico, non debeas carere Præbenda.

(et infra.) Quæ vertebatur inter te & Episcopum & Canonicos Triden. tu & procuratores partis alterius in nostra essetis præsentia constituti, vobis H. Cardin. dedimus n. audire, coram quo pro te suis allegacionibus, quod cum bon. m. O. Triden. Episcopus patris tui ab Apostolica sede reversus, Triden. Canonicos rogavisset, ut se reciperent in Canonico ipsi se receperunt, nulla prima vel secunda habita mentione, qui ab illo tempore usque nunc locum in choro & capitulo habuisti, & domos in ipsa canonica tibi assignatas possidisti. Procuratores vero partis alterius respondebant, quod cum in Triden. Ecclesiæ certus sit Canonico numerus, nos ei mandavimus, ut R. Subdiaconum in Canonico reciperent.)

C A P. IX.

Si habens Præbendam, in eadem Ecclesia recipit Dignitatem cum Præbenda, vel aliam Præbendam, vacat prima: & quamvis a superiore sibi confirmetur, tamen valet imperatio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius qua colorata non est. h. d. secundum verum intellectum. Panor.

Idem Episcopo & Magistro P. Canonico Hildesen. (an. 1210.)

Literas g. vestras accepimus, quod cum pro D. Clerico vobis scripserimus, ut eum de Præbenda vacante sancti Unifardi Bremen. quam dicebat ad donationem nostram fuisse juxta Lateranen. Concilii statuta devolutam, curaretis auctor. Apostol. investire: (et infra.) De facto fuit propositum coram nobis b. quod H. Præpositus, quondam simplex Canonicus ejusdem Ecclesie, de ipsa i. in majori Ecclesia in Canonico est electus, & postmodum anni spatio evoluta, in ipsa Ecclesia sancti Unifardi in Præpositum est assumptus, priorem Præbendam nihilominus retinens, quam in ipsa Ecclesia tunc habebat: (et infra.) Sed Præpositus allegabat e contra, quod erat ex consuetudine generali, quod unus in eadem Ecclesia plures haberet Præbendas, & cum Archiepiscopus Bremen. Præpositum ipsum de Præpositura in plena Synodo investiret, tam Præposituram illam, quam Præbendam ei de communi k. Canonicorum confirmavit assensu: (et infra.) Unde cum vobis dubium videretur, utrum cum aliquis de una Præbenda eligatur ad

a Tridenon. al. Ita: idem Canonicis Tridenon. b cap. 5. eod. tit. in 3. comp. c Tridenon. d Triden. e Alias. ita: Lateran. Conc. statuta. f Triden. g cap. 6. eod. tit. in 3. compil. h vobis, legitur in antiq. et ita etiam habetur in antiq. compilat. i In omnibus antiquitatibus de ipsa in majori Ecclesia canonicum est electus k dictio, communi, deest in recentioribus. quam habens veteres ut plurimum.

a In antiq. Magistro H. Archidiacon. & c. b cap. 4. tit. in 3. comp. c duceret. d In multis antiq. ita: & si quis, sub Alex. III. c. 8. f Eadmundo. g al. ita: Exinde vero.

Jur. Can. Tom. II.

ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per sententiam debeat adjudicari a eisdem, an propter confirmationem hujusmodi, quæ superius est expressa, Præbenda illa dici debeat non vacare: nos consulete voluistis. Cum igitur si ita est, præbenda illa etsi non de facto, de jure tamen vacare nescatur: mandamus, quatenus dictum Præpositum, ut illam sine difficultate resignet, appell. rem. cogatis: quam, cum de facto vacaverit, Clerico memorato conferre curetis.

(*α* Si Canonici, quibus super hoc scribebamus, id exequi non curarent, Herberto Præposito & quibusdam Canonici ipsius Ecclesie cum rippo D. & Magistro H. Canonico ipsius loci in nostra propter hoc præsentia constitutus fuit.)

(*β* Et super hoc partes consensiebant, suis etiam ab una parte propositum, quod ipse Præpositus præter Præbendam illam aliam Præbendam habebat Præpositura connexam, quam inficiamus esse Præbendam. Præterea fuit allegatum de jure, quod ex quo idem Præpositus de minori Ecclesia vocatus fuerat ad majorem, prima Præbenda de jure inceperat vacare juxta canonum instituta: deinde fuit ex parte Clerici allegatum, primam fuisse ordinationem ejusdem Ecclesie, ut in ea tredecim essent persone, Præpositus scilicet cum duodecim fratribus, quæ ordinatio nullatenus servaretur, nisi diceretur illa Præbenda vacare.)

(*γ* Eos qui super hoc inquirerent eundem, vinculo excommunicationis astringens. Unde objiciebatur Clerico memorato, quod propter hoc sententiam excommunicationis incurrisset, sed ipse talem confirmationem intervenisse negabat, quæ etiam si intervenit, afferbat eam non tenere de jure.)

C A P. X.

In Ecclesiis non numeratis vacatio Præbendarum seu Canonicatum possibilis non est: nec fit ibi devolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non providendo Ecclesie de ministris. h. d. & est casus notabilis.

Idem Episc. & Archiepiscopo Papiensi. (an. 1210.)

EX parte b Hastenen. Ecclesie nostris est auribus intimatum, quod cum quædam Præbendæ in ipsa per quatuor annos, & amplius vacavissent, Hastenen. Episcopus quosdam ibidem instituit e, credens sibi hoc ex Lateran. Concilio licere. Instituti autem scientes, non esse firmam institutionem hujusmodi, ad Mediolanen. Archiepiscopum recurrerunt: qui eosdem in Canonicos Hastenen. Ecclesie ordinavit, & in corporalem possessionem Præbendarum induxit, Capitulo ejusdem Ecclesie præbente assensum d, tribus tantum exceptis, qui se institutioni hujusmodi opponere præstarent: (& infra. β) Tandem utraque pars concorditer est confessa, quod in prædicta Ecclesia non erant distincta Præbendæ, nec Canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus evidenter statutum Lateran. Concilii de beneficiis ultra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse, e si forte Hastenen. Ecclesia Canonicorum patenter defectum. Unde institutio per Archiepiscopum, vel Episcopum facta, occasio Concilii memorati, carere debet robore firmitatis. Quia vero totum Capitulum, tribus exceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationale contra ipsos obiectum est & ostensum: mandamus, quatenus si Hasten. Ecclesie suppetant facultates, secundum consuetudinem hastenen. observatam, prædictos Clericos pro Canonicis faciatis haberi.

(*α* Tres illi dicebant electionem debere cassari, quia nec Episcopus nec Archiepiscopus prædicti de concessione Lateran. Concilii tunc in ordinatione illa poterant præsentam Ecclesiam ordinare, cum uterque circa tempus eis indultam a canone, in ordinatione fuerit negligens & remissus. His vero

a Adjudicari legitur in omnibus manuscrip. & ponitur pro auferri, quod et series indicat: unde colliges, perperam in aliquo vulgaris legi, adjudicari, in aliis, abdicari, quod est suavius. b C. 7. cod. tit. in 3. comp. c constituit, d consensum. e Lateran. Concil. sub Alex. III. c. 8.

altera pars dicebat, quod licet institutio Episcopi non valesset, Archiep. tamen institutio de jure valebat, quia tempus ei indultum a canone, nisi a tempore quo illi declaratum fuerat, non currebat. His autem utrinque propositis.)

C A P. XI.

Habens potestatem conferendi, potest de jure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

Idem Episcopo et Capitulo Laudun. a

(an. 1210.)

CONSTITUTUS b in præsentia nostra H. Subdiaconus Ecclesie vestre Canonicus humiliter intimavit, quod tu, frater Episcopo, potestatem ei dedisti sacerdotalem conferendi Præbendam, quæ e primo in Ecclesia vestra esset vacatura: & Remen. Archiepiscopus, tunc Apost. sed. Leg. vobis, filii Capituli d auctoritate nostra præcepit, ut cum Præbenda ipsa vacaret, personam illam, qui vellet idem H. eam conferre, sine interpositione alterius personæ reciperetis ad ipsam: (et infra. α) Quocirca mandamus, quatenus personam illam, cui memoratus H. sacerdotalem Præbendam, cum contigerit eam e vacare, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis: & tu interim, frater Episcopo, Præbendam hujusmodi contra formam concessionis tuæ, conferre alicui non præsumas: (et infra. β) Quia vero concessionis tales (si ad consequentiam traherentur) fieri vellent in fraudem canonicæ sanctionis f, per quam prohibentur Ecclesiastica beneficia concedi sive promitti, antequam vacent, nolimus, quod hujusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personale, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur g.

(*α* Afferuit etiam idem Subdiac. quod cum esset ad Apostolicam sedem accessurus, ipse sibi præcavens, appellavit ne tu frater Archiepiscopo, si forte interim aliquam sacerdotalem contingeret vacare Præbendam, eam nulli conferres, nec vos filii Capitulum reciperetis aliquam præsentatum ad illam, nisi quem duxerit præfatus Sub. præsentandum.)

(*β* Alioquin noveris nos dilect. fil. n. Cancellario Helien. et A. Canonicis Parisien. dedisse in mandatis, ut vos ad hac per cons. Ecclesie appell. rem. compellatis, in irritum reducentes, si quid post appellationem a præfato Subdiacono ad nos legitime interpositam contra concessionem sibi factam ac sacerdotali Præbenda noveris attestatum.)

C A P. XII.

Lateranense Concilium de beneficiis ultra sex menses vacantibus, ad Episcopatum non extenditur.

Idem (an. 1210. Roma in Calabriam.)

DILECTUS h filius Magister G. Canonicus vester nobis fugessit, quod Episcopo vestro viam universa carnis ingresso, Archiepiscopus sanctæ Severinæ assensens, quod propter negligentiam vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas devoluta, in Episcopatum vestrum elegit eundem. Nos igitur attendentes, quod canon Lateranen. Concilii ab Alexandro Papa contra negligentes editus ad Archiepiscopatum vel Episcopatum non solet extendi, sed ad personatus alios & minora Ecclesiastica beneficia coarctari, electionem hujusmodi iustitia cassavimus exigente.

C A P. XIII.

Non valet promissa beneficii vacaturi.

Idem Priori i Hostien. et Superiori S. Fridi.

(an. 1210. Roma.)

EX k tenore litterarum vestrarum accepimus, quod cum causa, quæ inter I. Clericum ex una parte, & Abbatem & Conventum de Bello ex altera, super provisione

a Laudun. al. Laudun. b cap. 8. eod. tit. in 3. comp. c al. ita: quæ primo esset in vestra Eccl. vacatura. d Capitulum. e illam. f In Conc. Lat. sub Alex. III. c. 8. et c. 2. sup. eod. adde Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19. g tribuatur. h C. 9. eod. lit. in 3. comp. i Priori Host. et Subpriori S. Fridi. al. ita: Priori de Osea. et Subpriori. S. Eridunida. k C. 20. eod. tit. in 3. comp.

visione vertebatur ipsius: (& infra. α) Dicitur Clericus post litem contestatam chartam quandam Monachorum exhibuit, continentem quod primam Ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarent eidem: (& infra. β) Nos igitur attendentes, quod promissio prædicta non tenet, utpote contra statuta Lateran. a Concilio attentata: mandamus, quatenus memorato Clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos Abbatem & Monachos absolvatis.

(α Vobis duximus committendam.)

(β Nihilominus per idoneos testes probans, ipsos post promissionem ejus, licet posuerunt, nolle sibi, quanquam super hoc admoniti fuerunt, providisse: quare dictos Abbatem & Monachos ad assignandum sibi redditum x. marcharum cogi cum instantia postulabat: suis ex adverso responsum, quod ratione promissionis huius, utpote facta contra Lateran. Concilium statuta, qua probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat convenire, asserentibus: aliis vero in contrarium sentientibus: super hoc fuisse et hinc inde coram nobis diutius disputatum, vos, quid juris sit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipso ulterius procedere noluitis, donec super hoc recipere nostra beneplacitum voluntatis: nobis humiliter supplicatis, ut quid sit in hac parte agendum vos distinguere per nostras reddere literas certiores.)

C A P. XIV.

Obligatur Prælatus, qui promissis providere cum poteris. Idem. (an. 1224. Roma in Galliam.)

Accedens b ad Apost. fed. R. Clericus suam nobis in finitionem monstravit, quod cum promiseritis provisurus eidem in Ecclesiastico beneficio cum poteris, sicut per literas iudicum delegatorum inde collectas liquido apparebat: (& infra. α) Nos autem considerantes, quod aliud est Prælatus promittere beneficii collationem cum poterit, aliud cum vacabit: cum in multis casibus se facultas offerre possit, in quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficii differenda: mandamus, quatenus memorato R. (cum poteritis) Ecclesiasticum beneficium assignetis.

(α Vos igitur id habentes efficere non curastis, allegantes coram iudicibus, quod talis promissio vos nullatenus obligaret, cum videretur esse facta contra Later. Conc. statuta, quod promissionem inhibet non vacantis beneficii.)

C A P. XV.

Si ad Capitulum & Prælatus, ut Prælatus, potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit: secus si Prælatus interfit, ut Canonici: quia tunc de Capitulo transit ad Prælatus, nisi dolum committat. h. d. & est textus multum allegabilis.

Idem (an. eod.)

Postulatis per fed. Apostol. edoceri, ut cum ad vos & Archiepiscopum vestrum simul, donatio Præbendarum Ecclesie vestre pertineat, utrum Præbendæ va. antis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat si ei nintia semestre tempus neglexeritis ordinare? Ad quod breviter resp. quod si vos & idem Archiepiscopum intra tempus præscriptum, circa hoc negligentis extiteritis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec a vobis ad illum potestas devolvitur conferendi, sed secundum statuta Lateran. Concilii d ad superiorem transit donatio: Nisi forte Archiepiscopus non ut Prælatus, sed ut Canonici vobiscum jus habeat conferendi e. Et in hoc casu cum dolose impedierit, dolum ei suffragari non debet.

C A P. XVI.

Sicut non potest patronus promittere se presentaturum alii

a Sub Alex. III. c. 8. & nunc contra Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 19. b cap. 1. eod. tit. in 4. comp. c cap. 2. eod. tit. in 4. comp. d Sub. Alex. III. c. 8. e Utrum donata ambasciatorib. cedant eorum lucro, vide varias opinion. in l. si vero. §. item quicquid. ff. sol. matr. et in l. qui propria. ff. de procur.

quem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem presentandi, antequam beneficium vacet.

Honorius III. Episcopo et Praeposito Capituli Cameracens. (an. 1222.)

Cum dilecta in Christo filia Comitissa Flandren. a fecerit promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus jus obtinet patronatus, & donationes eorum in manibus posuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne similia de cætero attentare præsumat. b

TITULUS IX.
NE SEDE VACANTE ALIQUID
INNOVETUR.

C A P. I.

Vacante sede status ejus mutari non debet, Innocentius III. Priori et Conventui c. Glaston. (an. 1214. Roma in Scotiam.)

Novit d ille, qui ferutor est cordium, & cognitio & secretorum, quod licet C. præd. nost. Ecclesiam vestram erexit cathedralem, ipsam Bathonien. Ecclesie uniendo, & idem esset Episcopus utriusque: quia tamen hæc unio asserbatur a vobis in grave præjudicium Glaston. Ecclesie redundare, cum per ipsam dissolveretur religio, & fraudaretur elemosyna, & hospitalitas tolleretur: nos ad relevandum Ecclesie vestre statum coepimus intendere diligenter: (& infra. α) Vos autem post obitum Bathonien. Episcopi humiliter postulatis, ut quia tempus advenerat, quo sine scandalo Ecclesie vestre ruinâ poterat relevari e, cum & Bathonien. Ecclesia id ipsum pariter pollularet, Rex quoque cum regni magnatibus, & quidam Episcopi cum multis Abbatibus deposcerent illud idem, ut unione penitus dissoluta, monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub Abbatibus regimine gubernandum. Attendentes igitur, quod Episcopali sede vacante non debet aliquid innovari, cum non sit, qui Episcopale jus teneat, maxime ne plus favisse personæ, quam Ecclesie videremur, si quod eo vivente concessimus, post obitum ejus subito mutarem: petitionem vestram nequivimus exaudire, auctoritate prædicta indulgentes, ut cum Bothonien. Ecclesia de Præfula fuerit ordinata, jus vestrum apud sedem Apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis: interim sub cura Prioris idem monasterium gubernetur.

(α Et quoniam absolum videbatur, ut subito p. vestri evacuaremus in hac parte statum, cum ei quantum cum Deo possumus deferre velimus, sicut et volumus, quia quantum cum Deo poterunt nobis vestri deserventes successores, in vicem unione manente, sic de cæteris disposuimus, quantumcumque bon. mem. Sanarigo Bathonien. Episcopo displiceret, frequenter ob hoc ad sed. Apost. laboranti, quod status Ecclesie vestre videbatur in melius laboratur. Unde post diversos tractatus et deliberationes multiplices, quod per providos et honestos auctores nostri mandati super hoc exiit ordinatum, ad petitionem ejusdem Episcopi, postquam aliud a nobis non potuit obtinere, Apostolico tandem curavimus munimine roborare.)

C A P. II.

Beneficia spectantia ad collationem Prælatis, non possunt conferri per Capitulum sedo vacante.

Honor. III. Episcopo Calmen. et Magistris V. et S. Canonici Sueffonen. h (an. 1223. Roma in Galliam.)

Illa devotionis sinceritas: (et infra. α) Ecclesiam sancti Leucini, de qua Magistrum R. donationis nostræ gratia præcedente, Præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus investivit, sibi duximus

a Flandrorum. b al. ut similia de cætero attentare non præsumat. c al. Glaston. d cap. 1. eod. tit. in 3. comp. Psal. 7. Sap. 1. Hier. 17. e Vid. l. aquissimum cum notat. ff. de usufr. f al. autoritate presentium. g al. ita: Episcopo Cam. et Magistr. etc. alias Calinen. h al. Sueffanen.

N 4

mus confirmandam: Non obstante concessione per Capitulum facta alii, seu confirmatione nostra, si qua in forma communi appareat a obrenta: cum nusquam inveniatur cautum in iure, quod Capitulum vacante sede fungatur vice Episcopi in collationibus Præbendarum: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi Præbendas ad Capitulum per superioris negligentiam devoluta, cum non fuerit ibi superior, qui eas posset de facto vel de iure conferre.

(*α* Quam dil. fil. Magister R. Decanus Trajan. & personam nostram & sed. Apostol. hactenus habuisse dignoscitur, nos inducit, ut eum pro sua scientia & probitatis intuitu geramus in visceribus charitatis, & eidem negare nolumus, qua secundum Deum fuerunt concedenda. Unde nos)

C A P. III.

Sede vacante iudicium habemus contra Ecclesiam, non tenet.

Idem Episcopo Burginen. b (an. 1223.)

Constitutis coram I. præd. noſt. procuratore Ecclesie sanctæ Mariæ de Castro forti, & Burginenſi Episcopo prædeceſſore tuo, dictus procurator petebat ab eodem Episcopo restitutionem ſu per libertate libere eligendi ſibi Prælatus: (& j. α) Nos igitur deſiſſionem teſtium, qui vacante Burginen. & Ecclesia, & carente legitimo deſenſore fuerunt ſ recepti, duximus reprobandas.

(*α* Quare etiam ſuper terris ipſius Ecclesia & reb. aliis, quibus omnibus pars ſua ſpoliata fuerat, inducitur. Licet igitur coram p. n. conſeſſata ſuper præmiſſis, & poſtmodum coram iudicibus delegatis, factis conſeſſionibus & receptis reſtibus, eadem cauſa fuit ad nos inſeruita remiſſa: procuratoribus igitur partium in noſtra præſentia conſiſtitus, cum ſuper præmiſſis coram nobis diutius liſigafens.

TITULUS X.

DE HIS, QUÆ FIUNT A PRÆLATO G SINE CONSENSU CAPITULI.

C A P. I.

Non tenet alienatio rei Ecclesiastica absque approbatione Capituli.

Ex Concilio apud Valentiam.

Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiastica, absque collaudatione & subscriptione Clericorum.

C A P. II.

In temporalis alienatione, quam facit Prælatus, vacuitas Capituli habetur pro consensu.

Alexander III. Norwicen. Episcopo. (an. 1180.)

Continebatur h: (& j.) Conſul. t. t. r. quod conſeſſio decimæ ab Abbatiſſa prius facta, ſi Conventu ſciente, & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verum ſi ignorante Conventu aut contradicente, decimam prius prædiſto H. conſeſſit, & non poſt multum temporis i de aſſenſu Conventus eandem decimam dedit eidem, ſecunda conſeſſio debet præiudicare priori.

C A P. III.

Alienatio temporalis facta sine consensu Capituli, per ratificationem eius roboratur.

Idem Vigorien. Episcopo. k (an. 1180.)

Cum nos hampredem: (& j. α) Certum eſt de rigore juris conſeſſionem illam non tenere, quam reclamante Capitulo per prædeceſſorem tuum conſtat factam fuiſſe: Niſi eam ratam poſtmodum habuiſſet.

a Appareat. alii. apparet. b Burgens. habent omnes Codices Vatic. uno recentiori excepto, in quo legitur Burgens. c al. Burgd. d Hæc verba (& j.) deſunt in magis vetuſtis ſed habentur iam in recentioribus. e al. Burgd. ſ fuerint. g Prælatus. h Poſt Conc. Lateran. ſub. Alex. III. part. 47. cap. 5. & c. 2. eod. tit. in 1. compit. i tempus. k VVigorens. l Cap. 3. eod. tit. in 1. compit.

(*α* Si bene meminimus, per literas noſtras indulgiſimus, ut ſi I. prædeceſſor tuus reclamante Capitulo Ecclesia tua Abbatibus & fratribus de Oſenia Ecclesia Deben. conſulit, eam tibi removere liceret; iam dictis fratribus, ſicut aſſeris, literas noſtras indulgiſimus, ut ipſis Ecclesia præd. Ham dimitteret pacifice poſſidendam, immemores exiſtentes illius ſcripti, quod ſuper hoc tibi fuerat a nobis indultum. Licet autem hoc tibi indulgiſimus, prudentiam tamen tuam monemus & exhortamur attentius, quatenus divino intuitu, & pro reverentia B. Petri & noſtra, Ecclesia ipſam ſi quo modo ſine gravi detrimento Ecclesia tua poteſ, iam dictis fratribus in pace dimittas: quia deceet prudentiam tuam ad commodum & profectum religioſorum locorum intedere, et quod idem præd. tuus pietatis ſtudio fecit, ratum et firmum habere. Si autem eandem ipſis Ecclesia dimittere forte non poteris, non obſtantibus literis, quas prædiſti fratres ſuper hoc impetraverunt, ſcriptum exinde indultum in ſua volumus ſtabilitate conſiſtere, quoniam)

C A P. IV.

Prælatus sine consilio Capituli instituire, vel deſiſſuere, vel alia negotia Ecclesia tractare non debet. hoc dicit, cum capitulo ſequenti.

Idem Hieroſolym. Patriarcha. (an. 1180.)

NOvit *α* tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus ſitis, ita quod tu caput, & illi membra eſſe probantur. Unde non deceet te omiſſis membris, aliorum conſilio in Ecclesia tuæ negotiis uti: cum id non ſit dubium & honeſtati tuæ, & ſanctorum Patrum institutionibus b contraire.

Innotuit ſiquidem auribus noſtris, quod tu ſine conſilio fratrum tuorum Canonicoſ S. Sepulchri, Abbates, & Abbatiaſſas, & alias Eccleſiaſticas perſonas inſtituiſtis & deſtituiſtis: (& j. α) Ideoque id auctor. Apoſt. prohibemus: (& infra.) Nos enim tales inſtitutiones, & deſtitutiones, carere decernimus robore firmitatis.

(*α* Non conſiderans neque aſſendens, quomodo te non ſit dubium ſtatuta S. S. canonum tranſgredi.)

C A P. V.

Summatum eſt ſupra capitulo proximo.

Idem eodem. (an. eod.)

QUanto c: (& infra. α) Frat. tuæ mandamus, quantum in conſeſſionibus & confirmationibus, & aliis Ecclesia tuæ negotiis fratres tuos requiras, & d cum eorum conſilio, vel ſenioris partis, eadem peragas & pertractes, & quæ e ſtatuenta ſunt, ſtatuas, & errata corrigas, & evellenda diſſipes & evellas. Abſentium quoque fratrum nomina inſcribi non ſinas f, quia talia munimenta ſunt irrita & falſa, & tu exinde quaſtionem falſi poteris merito formidare.

(*α* Maſori dignitate Domino ante præmines, tanto deceet amplius et oportet te in omnibus eam diligentiam et gravitatem habere, quod omnia videaris ſine nota et reprehensione peragere, et laudabiliter inſuſta tibi ſollicitudinis officium diſpensare. Audivimus autem, unde mirari ſumus, ſicut mirari merito poteramus, quod in conſeſſionibus et conſeſſationibus omiſſis Canonicoſ Ecclesia tua, conſilium Clericorum et Laicorum circa te commorantium, qui non ſunt de corpore Ecclesia ipſius, inſeordam, imo ſape requiris, & in eiſdem conſeſſionibus & donationibus & conſeſſationibus, juxta eorum conſilium & voluntatem procedis, & in privilegiis etiam, quod tuam proſus non deceet honeſtatem, ad maiorem auctoritatem. & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui abſentes fuerint, tanquam ſi præſentes fuerint, facis ſubſcribi. Quia igitur non deceet prudentiam tuam in negotiis tibi commiſſis Ecclesia conſilium fratrum tuorum poſtponere, cum quibus unum corpus exiſtere comprobabis.)

CAP.

a Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. ſub Alex. III. p. 50. c. 18. b conſeſſationibus. c Poſt Conc. Lat. ſub Alex. III. p. 50. c. 36 & c. 5. eod. tit. in 1. comp. d al. ut eum. e In C. Barb. & qua ſtatuenta fuerint ſtatueris, & c. f al. factas.

C A P. VI.

Si Ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit Prælatus de consensu Capituli, vel majoris partis, nisi de consuetudine, vel privilegio competat soli Prælato.

Cælestinus III. (an. 1196.)

EA noscitur: (& infra. α) Cum in provincia tua sæpe contingat, quod ad Ecclesias, in quibus collegia jus præsentandi habere noscuntur, eorum Abbates aut per se, aut per literas, personas idoneas Episcopis diocæsi. præsentant, & eis presentatis & receptis, aliquando ante, aliquando post, Monachi contradicunt. Respondemus, quod in præsentationibus Prælatorum intelligi debet, quod fiant de collegiorum suorum assensu, sine quo non obtinent firmitatem. Unde si constituerit, Conventus vel majoris & b. sanioris partis, non assensu, nisi ex antiqua & approbata consuetudine, vel concessa libertate, aliqui eorum probaverint commissi sibi collegii non debere in Ecclesiarum seu beneficiorum collationibus requiri consensum.

(α Ex sua siquidem nobis est parte propositum, quod)

C A P. VII.

Tenet donatio, quam de solius diocæsanis consensu facit Laicus Ecclesia de decimis, quas ab alia Ecclesia habet in feudum ab antiquo, i. e. ante Lateranense Concilium.

Innocentius III. Archiepiscopo & Magistro Scholasticorum d. Bisuricensi.

(an. 1210.)

CUM & Apostolica sedes: (& infra. α) Sane sicut ex literis vestris accepimus, cum ex una parte Capitulum S. Stephani, & ex altera Monachi de Platea f. super decima quadam in vestrum compromississent, arbitrium: Dicit Monachi proponebant donationem ipsius decime sibi a quadam milite factam, & Bituricensis Archiepiscopi diocæsanis ejus accedente consensu, confirmatam fuisse, seque auctoritate Hieronymi munitos existeret, qui scribens ad Damafum ait: *Si aliquando g fuerit a Laicis male deserta, qua divini juris esse noscuntur, & in usum transferint Monachorum, Episcopo loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixæ.* Econtrario pars allegabat adversa, consensum Episcopii sine Cleri consensu minus sufficere, auctoritate Leonis Papæ h dicentis: *Ne quis Episcopos de rebus Ecclesie quicquam donare vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat i, ut meliora prospiciat, & cum totius Cleri consensu atque tractatu id eligat, quod non sit dubium Ecclesie profuturum.* Quia vero nos consulere voluisti, utrum quando decima tenetur a Laico, si conferatur Ecclesie, ad confirmandam donationem consensu Episcopii sine Cleri consensu sufficere? Taliter respondemus, quod monendus est Laicus, qui decimam k detinet, ut eam restituat Ecclesie, ad quam spectat: qui si forte induci nequiverit, & eam cum diocæsanis consensu alicui Ecclesie assignaverit, præsertim religioso Conventui: constabit ipsa l donatio perpetua firmitate subnixæ. Auctoritates enim præmissæ, licet diversæ sint, non tamen adversæ: cum aliud sit alienare, quod ab Ecclesia possidetur: & aliud, quod detinetur a Laico, ad iuxta Ecclesiasticam revocare. In alienatione quoque juxta Leonis Papæ decretum, consensus Episcopii sine Clericorum consensu m, non

sufficit. In evocatione autem juxta scripturam a Hieronymi sufficit consensus Episcopii, cum per b utrumque utilitati Ecclesie consulatur. Nam & in Lateranen. e Concilio est inhibuit, ne qualibet religiosa persona Ecclesias & decimas de manibus Laicorum, sine consensu Episcoporum recipiat: per quod indirecte datur intelligi, quod sufficit consensus Episcopii, ut licitum Ecclesie sit decimas de manibus recipere Laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ Laicis in feudum perpetuo sunt concessæ.

(α Cui licet immeriti præfidemur, universis per orbem Ecclesiis, non humana. sed divina institutione sit prælatæ, & iustum est & conveniens, ut ad eam tanquam ad magistræ & matrem super diversis juris articulis referantur dubia quæstiones, quatenus qua jura constituit, eadem quoque jura distinguat, ne, qua diversa cornuntur, videantur adversa.)

C A P. VIII.

Non potest Episcopus sine consensu Capituli concedere Ecclesias aliis Ecclesiis, etiamsi habeat ius patronatus in Ecclesiis concessis.

Idem Meten. Archidiacono. d (an. 1210.)

QUA & nuper: (& infra.) Adjecti etiam, utrum Episcopo, vel electo cum solo Archidiacono præter assensum majoris Ecclesie, cum ab ipsa eligatur Episcopus, & Archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobii vel Ecclesie conventualibus, ad quas jus pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo vacantes Ecclesias baptismales: (& infra.) Alterius etiam quæstionis solutio ex Epistola Leonis Papæ colligitur evidenter, in qua legitur: *Ne quis Episcopos de rebus Ecclesie quicquam donare, vel permutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, et totius Cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium Ecclesie profuturum.* Irrita enim Episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei Ecclesiastica erit, absque conniventia & subscriptione Clericorum: per hoc enim numeris solutam secundo loco propositam quæstionem, cum concessionibus Ecclesiarum perpetuas ad alienationes non sit dubium pertinere.

C A P. IX.

Episcopus parociales Ecclesias, vel obventiones ipsarum, de consensu patroni sine consensu Capituli sui, monasterio conferre non potest.

Idem Episcopo Helien. (an. 1210.)

PASTORALIS officii diligentia: (& infra. α) Præterea quæstivisti (cum auctoritate s. Dionysii fuerint parociale limitatæ) quatenus singularum parociarum proventus in usus Ecclesie cederent necessarios, & stipendia ministrorum: si Episcopo liceat sine auctoritate summi Pont. vel saltem sine Capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obventiones alicujus parocialis Ecclesie, sustentatione Vicarii reservata. Et cum g Lateranen. Concilii statuta prohibeant Ecclesiis novam imponi, vel augere veterem pensionem, postulas doceri, an Episcopus valeat Religiosis, consentiente patrono, totam Ecclesiam, vel de novo conferre aliquam portionem? Ad quod breviter respondemus, quod salva constitutione canonica, de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum, neque secundum potuit facere Episcopus, nisi de licentia Rom. Pontif. præter Capituli sui voluntatem.

(α Quare sup. de refer. de off. et pot. jud. del. etc.)

C A P. X.

Ad Concilia provincialia vocari debent et admitti cathedralium Ecclesiarum Capitula.

Inno.

a aliter, rescriptum. b utramque. c Sub Alexand. III. cap. 9. d alit. Merens. e cap. 2. De his que conced. ab Episc. sine consens. Capit. in 1. comp. f Dionys. Pap. epist. 2. ad Severum Episc. g Conc. Lateran. sub Alexand. III. c. 7. §. prohibemus.

a Cap. un. ead. sit. in .i. compilat. b al. vel. c. al. Archiepiscopo, in plur. d scholarum, legitur in omnib. fere Vatic. e c. 1. De his que conceduntur ab Episcopo sine consens. Capit. in 3. compilat. f Fræta g al. aliqua. h. 12. quæst. 2. cap. sine exceptione. i. facit l. prætor. in princ. cum gloss. & not. & Barr. D. ne quid in loco publ. & l. prohibere §. plane D. quod vi aut clam. K tenet. l. ista. m Assensu.